

AUTHENTICA
ACTVVM
APOSTOLORVM,
ET EPISTOLÆ
AD ROMANOS
FIDES.


Ad Illustrissimum felicis recordationis Dominum, D. PETRUM
DE GVZMAN, potentissimorum Regnorum
Aragonix Præsidem.

*Magistro Fr. ANTONIO PEREZ Monacho
Benedictino Auctore.*

NUNC PRIMVM PRODIT.

*Cum Indicibus Controuersiarum & Capitum, locorum item Scriptura,
ac rerum verborumque notabilium.*

IN VIRTUTE




ET FORTVNA.



LVGDVNI,

Sumptibus LYDOVICI PROST, Hæredis Rouille.

M. DC. XXVI.





FEL. RECORDATIONIS

ILL^{MO} ET CLAR^{MO} DN.


D. PETRO

DE G V Z M A N.

HERI REGNORVM
POTENTISSIMORVM

Aragonæ Præfidi, nunc (proh cœli
immanitas!) pulveri terræ
condito,

MAG^{FR.} ANTONIVS PEREZ
gratitudinis ergò æternam precatur S.



*V*ne ille es (ILLVSTRISIME
& CLARISSIME PETRE) quem
Illustrissimorum & Clarissimo-
rum Marchionum Camarase fi-
lium, Salmantica educatum, Salmanticensium
Rectorem supremum, Collegam mihi purpura-
tum, atque utriusque iuris prælectorem inge-
nuum, & inde Granatensis Senatus, & exinde
Vallisoletani, & mox in regali Curia confessus
Equestris sub habitu Calatrana, & regy post su-
premiq̃ue Consilij Consiliarium regium, & tan-

dem potentissimorum Regnorum Aragonia Praesidem atque Primatem, nouimus, uidimus, & obseruauimus? & (quod caput est) capite adeo integro, illiso, excelso cuncta gerentem & administrantem, ut non admiratione tantum, sed stupori omnibus esses. At qui non fores? siquidem simul cum sanguine imbibisti spiritum excellentissimi Principis, Comitis de Olibares, consobri- ni tui: apud quem rerum summa summa cum dexteritate & felicitate est. Et ideo tibi, ut altera parti eius, alteram scriptorum istorum partem consecro.

Tu ne igitur ille es, CLARISSIME & ILLUSTRIS- SIME PETRE? Proh dolor! non es, sed fuisti; quia mors optima rapiens, optimum te nobis abripuit: & quidem, in bona & optima ac florenti etate, cum annum scilicet quadragesimum primum attigisti. Unde ab homine admodum sic egregio, in humum (heu dolor & luctus!) deflexisti; à flore in fenum, à Principe in puluerem, & à Cesare in cinerem terre conditum. Per quod sanè benemerentium omnium (quorum tu patronus eras Mecenasque) conceptam sibi spem fefellisti, & in luctum & planctum commutasti: & sic omnibus ostendisti, maius meliusque bonum fuisse, quod amissum maiores lugent, melioresque lamentantur.

natur in corruptione, surget in incorruptione: feminatur in ignobilitate, surget in gloria, feminatur in infirmitate, surget in virtute: feminatur corpus animale, surget corpus spirituale; *consequens est, ILLUSTRISSIME PETRE, ut seminatus terrenus, athereus surgas & ad aethereas sedes. Ut qui in sedibus regalibus cunctis, quas apud nos occupasti, & in quibus ardentissimo zelo affectuque iustitiae, aequitatis, pietatis, veritatis, beneficentia in omnes beneficentia dignos; studiositatisque Christianae & plane Apostolicae, sedens praesuisisti, effulsisti ut sidus, in caelestibus illis fulgeas, praefulgeasque ut Sol: sic enim fulgebunt iusti. Talium siquidem tantorumque benefactorum agmen huc cursus est. praesertim in humilibus. Inter quos sic tu micuisti, ut testamento caueris, & conceptis verbis prohibueris concionem de te haberi in iustis & funeribus tuis: quia nihil laude dignum de te posset concipi, vel audiri. O humilitatis abysus! & proinde celsitudinis thronus! cum scriptum sit, Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Quare tuorum mirabilium memoria monumentis Apostolorum affigo, dum ea tibi consecro: ut Apostoli propitij tibi ac beneuoli sint, usque ad conspectum Dei: ubi requiescas in pace. Amen.*

Luc 14.
 v. 11.

*Censura pro Regio Senatu Hispaniæ, à R. P. Luysio
Turriano Societatis Iesu Theologo.*

Iussu supremi Regiique Senatus Castellæ vidi
hunc librum, qui inscribitur, *Authentica fides
Actuum Apostolorum, & Epistola ad Romanos*, Sapien-
tissimi & Reuerendissimi P. Antonij Perez Mo-
nachi Benedictini, & est planè opus authore tan-
to dignissimum, plenum eruditione, pietate &
Catholica doctrina. & ideo iudico valde conue-
niens vt typis mandetur ad communem Ecclesiæ
vtilitatem. Matriti in hoc Collegio Imperiali So-
cietatis Iesu.

LVYSIVS TURRIANVS.

Facultas

*Facultas Rev. Magistri Fr. Aluari de Soto
Mayor, Generalis.*

Magister Fr. Alvarus de Soto Mayor, Congregationis Sancti Benedicti in Hispania & Anglia Generalis, Concedo facultatem vt semel à supremo Senatu obtenta copia typis mandetur liber inscriptus, *Authētica Actuum Apostolorum, & Epistola ad Romanos fides*, à Reuerendissimo P. Magistro Fr. Antonio Perez olim nostræ Congregationis Generali, & examinatus atque approbatus seueriori iudicio virorum grauiorum nostræ Congregationis. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & nostri officij sigillo munitas dedimus, Matriti apud S. Martinum. 4. Kalend. Decembris anni 1623.

Magister Fr. ALVARVS DE SOTO MAYOR
Generalis.

De mandato Reuerendissimi Generalis

Fr. IOANNES DE SALAÇAR Secretarius
Congregationis.

APPRO

A P P R O B A T I O.

IOANNES CLAVDIUS DE VILLE, in sacra Theologia Doctor, in S. Pauli Lugdunensis Canonicus, & in hac Diœcesi à D. Dionysio Simone de Marquemont, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo, in Librorum censuram incumbere iussi; fidem facimus, visum à nobis perlectumque librum, qui inscribitur, *Authentica Actuum Apostolorum, & Epistola ad Romanos fides*, Magistro Fratre Antonio Perez Monacho Benedictino Auctore, in quo nihil fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ contrarium animaduersum. Lugduni 16. Iunii 1625.

DE VILLE.


INDEX



INDEX CONTROVERSIARVM ET CAPITVM.

CONTROVERSA I.

*Utrum liber Actuum Apostolorum ca-
nonica scriptura sit? pag. 1.*


<p>CAP. I.  RGVITVR librum Actuum Apostolorum non esse authenticum. ibid.</p>	<p>librum Actuum Apostolorum non esse authenticum. ibid.</p>	<p>XV. Act. 3. v. 17. 45. 1. XVI. Act. 3. v. 21. 48. 2. XVII. Act. 4. v. 28. 53. 1. XVIII. Act. 5. v. 5. 55. 2. XIX. Act. 5. v. 34. 59. 1. XX. Act. 6. v. 3. 62. 1. XXI. Act. 7. v. 4. 64. 1. XXII. Act. 7. v. 53. 66. 1. XXIII. Act. 7. v. 56. 71. 2. XXIV. Act. 8. v. 33. 73. 2. XXV. Act. 9. v. 20. 75. 2. XXVI. Act. 10. v. 38. 78. 2. XXVII. Act. 11. v. 25. 80. 2. XXVIII. Act. 12. v. 2. 82. 1. XXIX. Act. 12. v. 21. 84. 2. XXX. Act. 13. v. 33. 86. 2. XXXI.</p>
<p>II. III. IV. & V. Ostendi- tur de fide pars affirma- riua. 7. 1. 8. 1. 9. 2. & 10. 2. VI. Explicatur locus Actorum 1. v. 1. 13. 1. VII. Act. 1. v. 4. 14. VIII. Act. 1. v. 6. 16. 2. IX. Act. 1. v. 18. 18. 2. X. Act. 1. v. 26. 22. 2. XI. Act. 2. à v. 1. vsque ad 34. 28. 1. XII. Act. 2. à v. 34. vsque ad 38. 36. 1. XIII. Act. 2. v. 21. 37. 1. XIV. Act. 2. v. 38. 39. 1.</p>	<p>XV. Act. 3. v. 17. 45. 1. XVI. Act. 3. v. 21. 48. 2. XVII. Act. 4. v. 28. 53. 1. XVIII. Act. 5. v. 5. 55. 2. XIX. Act. 5. v. 34. 59. 1. XX. Act. 6. v. 3. 62. 1. XXI. Act. 7. v. 4. 64. 1. XXII. Act. 7. v. 53. 66. 1. XXIII. Act. 7. v. 56. 71. 2. XXIV. Act. 8. v. 33. 73. 2. XXV. Act. 9. v. 20. 75. 2. XXVI. Act. 10. v. 38. 78. 2. XXVII. Act. 11. v. 25. 80. 2. XXVIII. Act. 12. v. 2. 82. 1. XXIX. Act. 12. v. 21. 84. 2. XXX. Act. 13. v. 33. 86. 2. XXXI.</p>	

INDEX CONTROV.

<p>XXXI. Act. 13. v. 34. 89.2.</p> <p>XXXII. Act. 14. v. 17. & 18. 91.2.</p> <p>XXXIII. Act. 15. v. 23. 93.1.</p> <p>XXXIV. Act. 25. v. 39. 96.2.</p> <p>XXXV. Act. 16. v. 4. 98.2.</p> <p>XXXVI. Act. 17. v. 21. 102.1.</p> <p>XXXVII. Act. 18. v. 18. 104.2.</p> <p>XXXVIII. Act. 19. v. 9. 107.1.</p> <p>XXXIX. Act. 20. v. 10. 109.1.</p> <p>XL. Act. 21. v. 9. 111.1.</p>	<p>XLI. Act. 21. v. 21. 24. & 26. 112.2.</p> <p>XLII. Act. 22. v. 4. 114.1.</p> <p>XLIII. Act. 23. v. 2. & 3. 115.2.</p> <p>XLIV. Act. 23. v. 5. 117.2.</p> <p>XLV. Act. 24. v. 14. 119.2.</p> <p>XLVI. Act. 25. v. 10. 122.1.</p> <p>XLVII. Act. 26. v. 2. 124.2.</p> <p>XLVIII. Act. 26. v. 7. 126.1.</p> <p>XLIX. Act. 27. v. 9. 127.1.</p> <p>VL. Act. 28. v. 17. 129.1.</p>
--	--

CONTROVERSIA II.

*Utrum Epistola B. Pauli ad Romanos
canonica scriptura sit? pag. 131.*

CAP. I.  RGVITVR
& II. à parte
negatiua
Epistolam ad Ro-
manos authenticam
non esse. ibid. &
132.2.

III. & IV. Ostenditur de
fide pars affirmati-

ua. 137. 1. & 139.
1.

V. Explicatur qualiter
Christus dicatur
agnitus & non agni-
tus secundum car-
nem. 141.1.

VI. Ostenditur qualiter
Paulus loquutus sit
cùm

ET CAPITVM.

- | | |
|---|---|
| <p>cum illuminatissimus omnium fuerit. 144.1.</p> <p>VII. Ostenditur numerus & ordo Epistolarum Pauli, & quare Epistola ad Romanos priorem locum obtineat, cum tempore nouior fuerit. 146.2.</p> <p>VIII. Explicatur locus ex Rom. 1. v. 4. 148.1.</p> <p>IX. Ex Rom. 1. v. 14. 155.1.</p> <p>X. Ex Rom. 1. v. 31. 157.2.</p> <p>XI. Ex Rom. 2. v. 9. 159.</p> <p>XII. Ex Rom. 2. v. 12. 164.1.</p> <p>XIII. Ex Rom. 2. v. 14. 166.1.</p> <p>XIV. Ex Rom. 3. v. 12. 173.1.</p> <p>XV. Ex Rom. 3. v. 27. 178.1.</p> <p>XVI. Ex Rom. 4. v. 2. 179.1.</p> <p>XVII. Ex Rom. 4. v. 10. 182.2.</p> <p>XVIII. Ex Rom. 4. v. 25. 184.1.</p> <p>XIX. Ex Rom. 5. v. 3. 186.1.</p> <p>XX. Ex Rom. 5. v. 14. 189.1.</p> <p>XXI. Ex Rom. 5. v. 15.</p> | <p>195.1.</p> <p>XXII. Ex Rom. 5. v. 18. 212.1.</p> <p>XXIII. Ex Rom. 5. v. 20. 214.1.</p> <p>XXIV. Ex Rom. 6. v. 2. 216.1.</p> <p>XXV. Ex Rom. 6. v. 13. 219.1.</p> <p>XXVI. Ex Rom. 7. v. 14. 220.1.</p> <p>XXVII. Ex Rom. 8. v. 8. 225.2.</p> <p>XXVIII. Ex Rom. 8. v. 16. 227.1.</p> <p>XXIX. Ex Rom. 8. v. 18. 235.2.</p> <p>XXX. Ex Rom. 8. v. 20. 245.1.</p> <p>XXXI. Ex Rom. 8. v. 26. 247.2.</p> <p>XXXII. Ex Rom. 9. v. 30. 251.1.</p> <p>XXXIII. Ex Rom. 9. v. 12. 256.1.</p> <p>XXXIV. Ex Rom. 10. v. 3. 267.1.</p> <p>XXXV. Ex Rom. 11. v. 11. 274.2.</p> <p>XXXVI. Ex Rom. 11. v. 32. 279.1.</p> <p>XXXVII. Ex Rom. 12. v. 2. 280.2.</p> <p>XXXVIII. Ex Rom. 12. v. ult. 285.1.</p> <p>XXXIX. Ex Rom. 13. v. 1. 288.1.</p> <p>XL. Ex Rom. 13. v. 14. 291.</p> |
|---|---|

INDEX CONTROV. ET CAPITVM.

291. I.

XLI. Ex Rom. 14. à n. 1.

293. I.

XLII. An Paulus in Hispaniam venerit.

298. I.

Vlt. Cur inter tot saluta-

tiones, quas Paulus Romam misit, nullam ad Petrum direxerit, neque ullam de Petro mentionem fecerit.

301. I.

RELIQVA



RELIQVA SCRIPTVRÆ
SANCTÆ LOCA QVÆ

ENVOLEANTVR.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

CAP. 22. V. 12. **N**UNC cogno-
vi quod
timeas

Dominum. 21.2.

III.

Ex Leuitico.

23. 15. Altera die Sabbati.
30. 1. initio.

Ex Deuteronomio.

18. 15. Prophetam suscitabit
vobis Dominus.

87. 2. initio.

30. 11. Mandatum quod ego
precipio tibi, &c.
267. 1. med.

20. Ipse enim vita tua,
& longitudo die-
rum tuorum. 273.
2. med.

33. 2. Dominus apparuit
de monte Pharan.

74. 2. 297.

Ex lib. Iudicum.

3. 9. Clamauerunt ad Do-
minum qui suscita-
uit eis saluatorem
Othoniel filium Ce-
nez. 87. 2. initio.

Ex Iob.

9. 31. Abominabuntur me
vestimenta mea. 21.
2. III.

Ex Psalmis.

13. 1. Dixit insipiens in
corde suo: Non est
Deus. 173. 2. med.

50. 5. Iniquitatem meam
ego cognosco, & pec-
catum meum contra
me est semper. 229.
1. fin.

88. 2. Quoniam dixisti: In
aeternum misericor-
dia edificabitur in
caelis, preparabitur
veritas tua in eis. 90.
2. initio.

4. & 5. Disposui testamētum
electis meis, iuravi
David seruo meo:
Vsq̄ue in aeternum
preparabo semē tuū:
& edificabo in ge-
neratione & gene-
rationem sedē tuam,
ibid. med.

148. 1. Laudate Dominum

INDEX LOCORVM

- de calis.* 74. 2. 297.
 Ex Prouerbiis.
 16. 34. *Sortes mittuntur in sinu, & à Domino temperantur.* 22. 2. 116.
 Ex Sapientia.
 3. 7. *Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.* 238. 1. initio.
 Ex Ecclesiastico.
 46. 16. *Propheta Domini renouauit imperiũ, & unxit Principes ex gente sua.* 78. 2. 310.
 Ex Ifaia.
 11. 1. *Acquiescet super eum Spiritus Domini.* 79. 1. 312.
 14. 9. *Suscitauit tibi gigantes.* 87. 2. initio.
 48. 11. *Propter me faciam ut non blasphemet, & gloriam meam alteri non dabo.* 85. 2. 337.
 53. 7. *De angustia & de iudicio sublatus est.* 4. 1. initio.
 Ex Sophonia.
 2. 11. *Adorabunt Dominum viri de loco suo.* 74. 2. 297.

EX NOVO TESTAMENTO.

- Ex Matthæo.
 3. 11. **I**lle vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. 82. 1. med.
 7. 8. *Omnis qui petit accipit.* 37. 2. med.
 11. 12. *A diebus Ioannis Baptistæ usque nunc regnum celorum uis patitur, & uolenti rapiunt illud: omnes enim Prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetauerunt.* 112. 1. 422.
 Ex Luca.
 16. 29. *Habent Moysen & Prophetas.* 191. 2. initio.
 Ex Ioanne.
 1. 6. *Illuminauit omnem hominem uenientem in hunc mundum.* 14. 1. 82.
 2. 27. *Unctio eius docet uos de omnibus.* 80. 2. 318.
 7. 39. *Nondum spiritus erat datus, quia nondum erat Christus glorificatus.* 154. 2. fin.
 10. 22. *Loquor uobis, & non credetis.* 47. 2. 208.
 Ex Actis apostolorum.
 1. 4. *Expectarem promissionem Patris.* 21. 4.
 2. 1. *Cum compleuerentur dies Pentecostes, descendit*

S. SCRIPTURÆ.

- dicit Spiritus sanctus.*
2. 2. initio.
4. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. 81. 1. 321.
5. Ex omni natione que sub cœlo est. 31. 2. initio.
8. 33. In humilitate iudicium eius sublatum est. 74. 1. initio.
12. 23. Quia Deo non dedit honorem. 4. 2. initio.
13. 22. Amoto illo suscitavit illis David Regem. 87. 2. initio.
44. Vobis oportebat loqui primum. 217. 2. fin.
20. 27. Non subterfugi, quominus annunciareris omne consilium Dei vobis. 13. 2. 80.
21. 8. Lex & Prophete & que ad Ioannem. 5. 2. 30.
- Ex Epist. ad Romanos.
1. 4. Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. 154. 1. 105.
14. Gracis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus, debitor sum. 155. 2. 108.
2. 9. Causati enim sumus Iudeos & Gracos omnes esse sub pec-
- cato. 174. 1. 164. & 176. 1. 170. fin.
4. 19. Vbi enim est lex, nec prauaricatio legis. 193. 2. fin.
5. 13. Peccatum non imputabatur cum non esset. 190. 1. med.
7. 5. Cum essemus in carne passiones peccatorum que per legem erat operabatur in membris nostris. 221. 1. med.
7. Peccatum non cognoui nisi per legem. ib.
8. 18. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 226. 2. med.
21. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem glorie filiorum Dei. 246. 2. initio.
23. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. 247. 1. med.
9. 3. Ignorantes iustitiam Dei, & suam querentes statuere. 270. 1. fi.
22. Valens Deus ostendere etiam. 265. 2. fin.

INDEX LOCORVM S. SCRIPT.

30. *Gentes quæ non sectabantur iustitiam.* 274. 1.477.
- Ad Corinthios prima.
2. 1. *Nō veni in sublimitate sermonis. & sermo meus, & prædicatio mea nō in persuasibilibus humana sapientia verbis.* 145. 2. initio.
4. 5. *Tunc laus erit unicuique à Deo.* 238. 1. fin.
6. 1. *Audet aliquis vestrum habere negotium aduersus alterum, &c.* 122. 1. 457.
- Ad Corinthios secunda.
3. 14. *Vsq̄ue in hodiernum diē cum legitur Moyses.* 191. 2. initio.
5. 12. *Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.* 101. 2. med.
10. 7. *Quæ secundum faciem sunt videte.* 101. 2. med.
- Ad Galatas.
2. 11. *In faciem ei restiti.* 101. 1. med.
21. *Si enim per legem iustitia; ergo Christus gratis mortuus est.* 270. 1. med.
3. 19. *Quid igitur lex? propter transgressiones posita est: ordinata per Angelos in manu mediatoris.* 67. in initio.
- Ad Philippenses.
2. 21. *Omnes quarunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi.* 173. 2. med.
- Ad Colossenses.
2. 14. *Delens quæ aduersus nos erit chirographum decreti.* 214. 2. med.
16. *Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, quæ sunt umbra futurorū.* 93. 1. fin.
- Ad Hebræos.
2. 2. *Qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus.* 68. 1. 273.
- Ioannis prima.
2. 4. *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in eo veritas non est.* 104. 2. fin.



AVTHENTICA
ACTVVM
APOSTOLORVM
FIDES.


Controuersia Prima.

Vtrum liber Actuum Apostolorum cano-
nica scriptura sit?

CAPVT I.

Auctores & argumenta partis negatiue.

Auctores ex
aduersis.
Petr. lib. de
quadr. ap. c.
vi.
Hier. lib. 4.
l. c. 29.
Philastr. in
oral. c. 36.
August. lib.
de utilit.
credend. c. 2.
1.
Eorum argu-
menta.



MULTIS
huius libri fi-
des detracta
est: utiq; à Ta-
tiano & Cer-
done, apud
Tertullianum; à Seuero, eiusque
gregariis, & à sectis Seacerianis,
apud Eusebium; à Cherinto
apud Philastrum; & à Mani-
chæis apud Augustinum.

Argumenta eorum nulla sūt,
& forte nulla vnquam fuere; ut-
pote qui non ratione, sed libidi-

ne de sacris iudicabant: vt (quod
de Epicuro dixit Cicero) *ex ara,*
nō ex schola verè producti homines.

Cicer. in P.
lonem.

Quæ tamen eos potuerunt in
hunc errorem inducere, si ta-
men argumentatione aliqua in-
ducti sunt, nullum non mouen-
do huius libri lapidem, hoc est,
lubricum scopulum, disquire-
mus: vt constet nulla esse offen-
dicula, quæ expeditum huic li-
bro gressum retardare possint.

In primis autem cap. i. quin-
que propositiones habentur, quæ

3.
Propositiones
aduersariorū
quinque ex
cap. i.

A cum

De fide Actuum Apostolorum

- L
 cum sinceritate veritatis pugnare videntur. Prima habetur versu 1. vbi Lucas asserit de seipso, *Sermonem feci de omnibus, quæ cepit Iesus facere & docere. Quæ tamen pugnare videntur cum illo*
- Act. 1. 7. 1.
Ioan. vit. v. vit.
 Ioannis ultimo : *Si omnia Christi scribenda essent, mundus eorum liberos non caperet.*
4.
Act. 1. v. 4.
 Secunda versu 4. vbi dicitur : *Expectarem promissionem Patris.* hoc est, Spiritus sancti aduentum. Cum tamen nusquam Pater, sed tantum Christus Dominus pollicitus, & quidem saepe, inueniatur Spiritus sancti aduentum.
- Ioan. 14. v. 26. & c. 15. v. 26. & cap. 26. v. 7.
5.
 Tertia propositio habetur versu 6. vbi dicitur, discipulos interrogasse Dominum, *Domine si in tempore hoc restitues regnum Israël.* quasi tam rudes & hebetes tunc Apostoli fuissent, vt tamquam prorsus carnales, de restitutione carnali & temporali regni Israël solliciti essent.
- Act. 1. v. 6.
6.
 Quarta versu 18. de Iuda proditore : dicitur enim, *Suspensus crepuit medius.* cum tamen post resurrectione Christi eum superstitem fuisse, multorum sententia sit.
- Act. 1. v. 18.
7.
 Quinta propositio versu 26. habetur de electione Matthiæ ad Apostolatam; de qua dicitur, *Dederunt sortes eius, & cecidit fors super Matthiam; & annumeratus est cum undecim Apostolis.* cum tamen electio per sortes, tamquã irrationabilis ab omni bene instituta Republica perpetuo repudiata sit.
- Act. 1. 7. 26.
8.
 Deinde cap. 2. à versu 1. vsque ad 38. aliæ quatuor propositiones habentur quæ difficultatem
- ingerunt. Prima est illa versiculi 1. *Cum complerentur dies Pentecostes, descendit Spiritus sanctus.* id est, quinquagesimo die à Pascha. Parasceutes descendit Spiritus sanctus. At Pascha illud incidit 52. diebus ante aduentum Spiritus sancti, vt apud Ioannem vidimus : ergo non cum complerentur dies Pentecostes venit Spiritus sanctus, sed biduo post completos.
- Act. 2. v. 1.
9.
 Secunda est versu 2. vbi de Spiritu sancto dicitur quod descendit tamquam spiritus vehemens; Cum tamen 3. Reg. scriptum sit, *Non in commotione Dominus : non in turbine Dominus.*
- Act. 2. v. 2.
10.
 Tertia versu 21. *Et erit, ornnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* cum tamen scriptum sit : *Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum.*
3. Reg. 19. 11.
Act. 2. v. 21.
11.
 Quarta versu 38. *Pœnitementi, & baptizetur vnusquisque vestrum.* quasi sacramentum Baptismi sit sacramentum Pœnitentiæ ; & non sufficiat credere ad veram susceptionem illius : prout in Eunucho Reginæ Candaciæ infra visum est, vtique cap. 8. versu 37.
- Act. 8. v. 37.
12.
 Tertio cap. 3. duæ aliæ propositiones difficultatem inferunt. Prima versu 17. vbi refertur, dixisse Petrum crucifixoribus Christi, *Nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri.* cum tamen Christus ipse de eisdem dixerit apud Ioannem, *Excusationem non habent de peccato suo.* vtique quoniam ex odio deliquerunt in eum, iuxta illud
- Ioan. 15. 22.
Ex c. 3. 24.
Act. 3. v. 17.
Ioan. 15. 22.
Rursus 15. v. 24.

illud eiusdem Domini, *Oderunt me & Patrem meum.* Constat autem peccata odij à malitia, & non ab ignorantia procedere.

Secunda propositio vers. 21. ubi de Christo dicitur, *Quem oportet cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium.* cum tamen corporaliter Christus sæpe ad terras descenderit: utique quando apparuit Saulo, Actor. 9. vers. 3.

Quartò cap. 4. vers. 28. dicitur ad Deum in persona Orthodoxorum, quòd Iudæi conueniunt in ciuitate Ierusalem facere aduersus Christum, *qua manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Quasi Deo opem ferente, vel consiliante Christus in crucem actus fuerit.

Quintò cap. 5. duo alia difficillima inducuntur. Primum est vers. 3. & 10. scilicet, Apostolum Petrum verbo suo interfecisse duos fideles, utique Ananiam & Saphiram, eo quòd pretium cuiusdam sui agri diuenditi, non fideliter detulerunt ad pedes Apostolorum. Quasi capitale esset veris prædiorum dominis penes se retinere pretia illorum, quæ diuenduntur.

Alterum est, quod à versu 34. usque ad 39. inducitur de Gamaliel: videlicet quòd eripuit discipulos Domini à persecutione Iudæorum, dicens, *Si ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non potestis dissoluere illud.* Quod tamen consilium & monitum si expediens esset, deberent nouorum dogmatum assertores in medium producere, ut intra Ec-

clesiam catholicam pede inoffenso current, absque eo, quòd propter falsa dogmata capite plecterentur; quod tamen militat contra perpetuum Ecclesiæ morem puniendi hæreticos.

Sextò cap. 6. à vers. 3. usque ad 7. dicitur, quòd pro ministrandis fidelium mensis, electi sunt ex discipulis Domini septem Spiritu sancto & sapientia pleni, ductique ad Apostolos, qui orâtes imposuerunt eis manus. Quasi opus ministrandi mensis syderetum aded & ita diuinum esset, ad quòd ipsa suprema Seraphim deputanda venirent. Nam quid plura ad ministrandum altari, & ad conficiendum dignè Eucharistiæ sacramentum demandari posset & requiri.

Septimò cap. 7. tria proponuntur explicatione indiga, versu etenim 4. & 5. dicitur quòd licet Deus pollicitus fuisset Abrahamo possessionem totius Palæstinæ, hoc est, terræ promissionis, tamen non dedit illi, nec passum pedis. Cum tamen & fidelis sit Deus in omnibus verbis suis, prout Psalmista ait, & Gen. 23. constet quòd possedit ibidem agrum cum spelunca. & versu 53. dicitur, *Quia accepistis legem in dispositione Angelorum.* cum tamen Deuter. 5. dicatur, quòd Deus ipse facie ad faciem dedit illis eam. & vers. 56. *Ecce video filium hominis stantem à dextris virtutis Dei;* cum tamen Marci 16. dicatur quòd sedet à dextris Dei.

Octauò cap. 8. versu 33. dicitur apud Isaiam scriptum esse de

13. Act. 5. v. 21.

14. Ex cap. 4. v. 21.

15. Ex cap. 5. dno.

16. Ex cap. 5. v. 39.

17.

18.

17. Ex c. 6. v. 1.

Act. 6. v. 3. &

18. Ex c. 7. v. 1.

Act 7. v. 4. &

Psal. 144. v.

Gen. 23. v.

Act. 7. v. 53.

Act. 7. v. 56.

Marci 16. v.

19. Ex c. 8. v. 1.

4 De fide Actuum Apostolorum

Act. 2. v. 33. Christo, In humilitate iudicium eius sublatum est. cum tamen apud Mai. 53. v. 7. Isaiam non legamus, nisi, De angustia & de iudicio sublatum est. hoc est, de tribulatione ac iudicio ereptus.

20. Nonò cap. 9. versu 20. dicitur de Saulo recenter baptizato, & ad fidem conuerso: Continuo prædicabat in synagogis. cum tamen, vt Bernardus. expendit, contra prædicatores Neophytos & præcoces scriptum sit, Fili mi. ne p̄cessuas.

21. Decimò cap. 10. vers. 38. dicitur de Christo, Vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute. Quasi Spiritus sanctus posset esse ali- quid adiacens vel inhærens mēti etiam Christi: vel quid liniens seu p̄rungens ad instar olei, vel vnguenti animam. Est enim verus & substantialis Deus, con- substantialisque & coæternus Patri & filio.

22. Undecimò cap. 11. vers. 15. di- citur in persona Petri, quòd su- per Gentiles quosdam cecidit Spiritus sanctus; sicut in die Pentecostes ceciderat super A- postolos. Cum tamen descensus Spiritus sancti super Apostolos singularis admodum fuerit, & cæteris excellentior; vt patet ex effectibus, ob quos omnes qui viderant mente confusi sunt: prout supra dicitur c. 2. vers. 6.

23. Duodecimò duo alia difficilia dicuntur. Versu etenim 2. dicitur, Herodes occidit Iacobum fratrem Iohannis gladio. Quod tamen pu- gnare videtur cum illa promif- sione Christi, Calicem quidem meum bibetis. Calix enim Christi crucis, non gladij fuit. Versu

item 21. refertur, quòd cum concionati Herodi à populo in- clamatum esset, Dei voces, & non hominis; confestim Herodes ipse ab Angelo percussus est: & qui- dem adeò seuerè, vt consump- ptus à vermibus expirauerit; quia. Deo non dedit honorem. id est, quia non retulit in Deum feli- cem concionis exitum, sed sibi arrogauit. Quasi, qui ob necem Iacobi mortè mulctatus nõ fue- rat, postea ob tam frequētem in hominibus leuitatis aut socor- dia notam, neci tradendus foret.

Decimotertiò c. 13. vers. 33. dicitur in persona Pauli quòd resurrectio Christi repromissa fuit Patribus in illis verbis Psal- mi 2. Filius meus es tu: ego hodie genui te, cum tamen ibi non de Resurrectione, sed tantum de generatione Christi sermo fiat. Versu item 34. dicitur, quòd in illis verbis Isaiæ, Dabo vobis san- cta David fidelia, continebatur repromissio quòd Christus se- mel tantum pro peccatis nostris morti concessurus erat. Cum ta- men hîc de immortalitate nul- lum verbum eluceat.

Decimoquarto cap. 14. vers. 17. dicitur quòd turbę valde pro- pensę erant ad immolandum Paulo ac Barnabæ, vtique quo- niam (vt versu 10. notatur) ha- buerunt eos pro Dijs. Versu autē 18 dicitur, quòd turba ipsa mox lapidibus prosequuta est Paulū adeò crudeliter, vt iam mortuus iudicaretur; quòd tamen videtur incredibile in tam breui tempo- ris interuallo. Non enim sic ho- mines de tanto in tantum extre- mum tam subito resiliunt.

Decimo



Decimoquinto cap. 15. vers. 23. refertur quod Apostolico acto Concilio decreuerunt, vt fideles abstinerent omnino a suffocato & sanguine. Quod tamen in Ecclesia Dei violatur impunè: neutiquam tamen violandum, si verè præceptum Apostolicum fuisset; maximè postquam ibi dicitur, quod Spiritui sancto visum est, quidquid ibi constitutum fuit, vt patet ibidem vers. 28. Versu item; 9. dicitur factam fuisse inter Paulum & Barnabam dissensionem, ita vt discederent ab inuicem; quia Barnabas volebat secum assumere Ioannem, qui dicebatur Marcus: Paulus autem contradicebat. Quod tamen tantis, tanque Apostolicis viris alienum pariter & indignum videtur.

Decimosexto cap. 16. dicitur quod Paulus circumcidit Timotheum discipulum suum in gratiam Iudæorum. Cùm tamen circumcisiouis lex tunc non solum mortua, verum & mortifera esset, non secus ac cetera legalia: immo plus quam cetera legalia, quoniam circumcisio erat vniuersorum legalium professio & protestatio.

Decimosextimo cap. 17. vers. 23. inducitur Paulus dicēs Atheniensibus, quod ara dicata apud eos Deo ignoto, referēbat Deum verum Op. Max. At cum is apud eundem Paulum Rom. 1. scitis esset notus Philosophis, non videtur, quod illi exessent aram sub nomine Dei ignoti.

Decimooctavo cap. 18. vers. 18. dicitur, quod quidam nomi-

ne Aquila sibi caput totondit, quoniam habebat votum; quasi omnes voto adstricti continuo tenerentur ad tonsuram: cuius tamen contrarium apparet in sacerdotibus, quibus præceptum erat Ezechiel. 44. ne capita raderent.

Decimonono cap. 19. vers. 5. dicitur, quod quidam discipuli baptizati in nomine Domini Iesu, acceperunt illicò Spiritum sanctum, & linguis loquuti sunt, & prophetare cœperunt. Cùm tamen Baptismus nisi conferatur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, verus & validus non sit.

Vigesimo cap. 20. vers. 10. dicitur de quodam adolescente, nomine Eutychus, quod cadens de sublimi loco, illicò mortuus est: & quod Paulus ad circumstantes conuersus dixit, *Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.* quod tamen repugnat cum morte.

Vigesimo primo cap. 21. v. 8. referuntur quatuor virgines filiae Lucae Euangelistae prophetantes. Cùm tamen Matth. 11. scriptum sit, *Lex & Propheta usque ad Ioannem.* hoc est, non vltra tempora Ioannis. Ioannes enim fuit vltimus Prophetarum. Vers. item 21. 24. & 26. refertur, quod ad monita quorundam Iudæorum dixerunt Paulo, *Sanctifica te, & scient omnes quia ambulas & ipse custodiens legem.* Paulus ipse purificatus est; quod siue serio, siue simulatè præstitū, damnabile videtur: siquidem abrogatam iam legem nullo pacto exequi aut simulare licebat.

24.
Ex cap. 15.
num.
Act. 15. v.
25.
Act. 15. v.
26.
Ex cap. 16.
num.
Act. 16. v. 1.
& 4.
26.
Act. 11. v.
21. 24. &
26.

Act. 18. v.
18.
Ezech. 44.
20.
28.
Ex cap. 19.
num.
Act. 19. v.
10.
29.
Ex cap. 10.
num.
Act. 20. v.
10.
30.
Ex cap. 21.
num.
Act. 21. v. 8.
Act. 11. v.
21. 24. &
26.

6. De fide Actuum Apostolorum

31.
Ex cap. 22.
unum.
Act. 21. v. 4.

Vigesimo secundo cap. 22. Paulus asseruit se Iudæum Tarsensem; vers. autem 25. dixit se hominem Romanum esse. Cum enim audisset tribunum dicentem, *Ego multa summa civitatem hanc consequutus sum*, subiecit Paul. vers. 28. *Ego autem & natus sum*. Quæ tamen duo videntur inter se pugnare: quomodo enim natus Tarsis potuit Romanus nasci.

32.
Ex cap. 23.
unum & alterum.
Act. 23. v. 1.
& 3.

Vigesimo tertio cap. 23. v. 2. & 3. dicitur quod quia iussit Ananias princeps sacerdotum adstantibus in Concilio ut os Pauli percuterent, Paulus ipse Pontifici dixit, *Percutiat te Deus paries dealbate*. Quod tamen impatientiæ genus valde absonum videtur viro Apostolico; maxime scienti monitum illud Christi apud Matthæum, *Ego dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percussit in dextram maxillam tuam, præbe illi alteram*.

March. 5.
39.

Versum item 5. refertur Paulum dixisse quod nesciret Ananiam illum, cui proxime maledixerat, esse summum Sacerdotem. Cum tamen palam videret illum pro tribunali in summo Concilio sedentem.

33.
Act. 23. v. 5.

34.
Ex cap. 24.
unum.
Act. 24. v. 14.

Vigesimo quarto cap. 24. vers. 14. dicitur quod Paulus in hæc verba profiliit apud Felicem Præsidentem: *Confiteor tibi, quod secundum sectam, quam dicunt heresim, deservio Patri, ac Deo meo*. Quæ tamen minus reuerenter dicta videntur, quam pro Catholicæ fidei dignitate dici oportuisset. Nomen enim sectæ vel hæresis execrabile semper apud omnes fuit, & male ybique au-

dit, & ideo Christianæ fidei aptandum ab homine eius colentissimo, ne utiquam foret, etiam si mille mortes subiret.

Vigesimo quinto cap. 25. vers. 10. & 12. Cæsaris iudicium interpellavit Paulus, & appellavit Cæsarem; cum tamen Ecclesiasticum Pontificis, tamquam Ecclesiasticus, non autem seculare Ethnici Imperatoris, forum appellare debuisset, ne sacra prophanare videretur.

35.
Ex cap. 25.
unum.
Act. 25. v. 10.

Vigesimo sexto cap. 26. vers. 2. cum Paulo dicendi copia à Rege Agrippa facta esset, Paulus ipse extenta manu cœpit dicere, *De omnibus quibus accusor à Iudæis. Rex Agrippa, astimo me beatum apud te cum sim defensurus me hodie*. Quod tamen videtur fuisse prius victoriâ quam bellum canere, contra prudentum leges morésque. Versu item 7. recensitis omnibus Tribubus Israël tantum numerantur duodecim; cum tamen fuerint 13. eo quod Tribus Ioseph in duas diuisa fuit; Gen. 48. v. 5.

36.
Ex cap. 26.
unum, atque alterum.
Act. 26. v. 2.

Vigesimo septimo cap. 27. vers. 9. dicitur, *Iam non erat tui navigatio, eo quod ieiunium iam præterisset*. quasi navigationis securitas à ieiunij hora dependeret, & non potius à tranquillitate manus & æquitate. Contra turbatum enim & insanum mare, quid nauticarum, Ethnicorum ieiunia potuissent, ut eum tranquillassent, certamque nauticis navigationem redderent. Vnde licet postea (ut habetur vers. 21.) multa ieiunatio fuisset, nautæ præ timore de nauis fugere constituerunt. ut habetur vers.

37.
Ex cap. 27.
unum.
Act. 27. v. 9.

vers. 30. quibus tamen exitus opportunè præclusus fuit consilio Pauli dicentis vers. 31. *Centurioni & militibus: Nisi q̄ in manu manserint vos salui fieri non potestis.*

Vigesimalmo octavo cap. 28. vers. 17. inducitur Paulus dicens, *Ego nihil aduersus plebem faciens aut morem patrum vincens ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum.* Cum tamen anxius & sollicitus totam suam operam impenderet in abrogatione morum ac traditionum patrum, quarum amplius amulator extiterat.

CAPUT II.

Ostenditur de fide pars affirmativa.

His tamen (quos è tenebris Herui argumentorum cuneis) non obstantibus, huius sacri libri fides prorsus authentica est, & omnino diuina, utpote perpetuo Ecclesiæ sensu usque recepta, omniumque Conciliorum, & maximè Laodicensis, Carthaginensis III. & deum Tridentini decretis, ac definitionibus roborata, & tandem sanctorum Patrum calculis munita.

Etenim sanctorum Patrum hæc est vna vox, Lucas Evangelista, citra dubium est Actorum Apostolicorum libri scriptor & auctor. Ob id enim à commemoratione libri Evangeliorum, quem ipse scripserat, direxerat

que Theophilo, inchoauit illum, dicens, *Primum quidem sermonem feci de omnibus à Theophile quæ cepit Iesus facere & docere.* id est, ante omnia ea quæ fecit Christus, & dixit, vno exaravi volumine: sequitur vt quæ discipuli eius in obsequium Christi fecerunt & docuerunt, alio codice promam: vt sic absoluta & certa de his omnibus constet ratio. Cum igitur vtriusque libri idem Evangelista scriptor & auctor sit, eademque potissima ratio, idem scopus & finis, eadem & auctoritas erit. Vnde Hieronymus ad Paulinum scribens, hæc ait, *Actus Apostolorum nondum sonare videntur historiam, sed si nouerimus scriptorem eorum esse Lucam medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam.*

Hæc proculdubio obseruauit & monuit Hieronymus, vt notaret latum discrimen inter ista Apostolorum Acta quæ Lucas descripsit, & alia quæ alij scripto signauerunt, & quæ sub nomine Petri, vel Pauli, Andrea, Ioannis, Thomæ, Philippi, vel aliorum nomine circumferebantur, quæ Patres meritò censura Ecclesiastica (prout Baronius dixit) proseripserunt, vt quæ non legitima, sed spuria & ab hæreticis inueniantur esse commenta.

CAP.

Hieron. ep. 60.

47.

Gelas. in Conc. Rom. cap. de lib. Apoc. Epiph. hæres. 30. Athan. ep. 15. fid. cap. Hieron. de script. Eccl. Philast. de hæres. Baron. anno Christi 34. n. 235.

8.
Eccap. 18.
v. 18. v.
7.
37.
Sancti
Rec. Eccl.
Conc. Laod.
Carthagin.
Tridentini
Baronius
anno
Christi

CAPVT III.

Eadem pars affirmatiua ostenditur ex fide miraculorum huius libri.

EAdem authentica fides huius libri rursus probatur ex eo, quod in eo perspicitur qualiter executioni fuerint miraculose mandata eadem quae Christus antea executioni mandanda Apostolis repromiserat. Dixit enim Christus Ioannis 14. *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Haec igitur hic referuntur, & ad ostendam fidem promissionis Christi, ex professo & consulto narrantur: prout obseruauit Chrysostomus. Horum autem summam breui compendio perstrinxit OEcumenius, siue alius sub nomine OEcumenij, dicens, *Apostolorum signa, quae ediderunt, haec sunt.*

Primò Petrus & Ioann. Actorum 3. per nomen Domini curant eum qui ab utero matris claudus erat, & sedebat ad portam speciosam templi.

Secundò Actorum 5. Petrus Ananiam & Saphiram uxorem mendacij conuicit, & repente occubuerunt.

Tertio Actorum 5. Petri umbra ad aegrotos pertingens curauit eos.

Quarto Actorum 6. Stephanus faciebat prodigia & signa magna in populo.

Quinto Actorum 8. Philippus Eunuchum animaduertit legentem Isaiam, & baptizauit eum.

Sexto ibidem Philippus in Samaria multos eiecit spiritus, pluresque claudi, ac paralyti dissoluti ab eo curati sunt.

Septimo Actorum 9. Paulus cum accederet Damascum vidit visionem, statimque Evangelista factus est.

Octauo ibidem Petrus Aeneam paralyticum ab octo annis in grabato decumbentem curauit.

Nono ibidem Petrus Ioppe mortuam Dorcadem quae Tabitha dicebatur oratione excitauit à mortuis.

Decimo Actorum 10. Petrus vidit vas è caelo descendens plenum omni genere animalium.

Vndecimo Actorum 12. Petrus seruatus in custodia ac victus in carcere ab Angelo solutus est, Herodesque à vermibus erosus expirauit.

Duodecimo Actor. 13. Paulus in Cypro Elymam Magum increpauit, & Magus ipse caecus factus est.

Decimotertio Actorum 14. Paulus Lystris eum qui a natiuitate claudus erat, per nomen Domini sanauit.

Decimoquarto cap: 16. Paulus à visione in Macedoniam vocatus est.

Decimoquinto ibidem Paulus mulierem, quae spiritum habebat diuinatorem, Philippis emundauit.

Decimosexto ibidem Paulus & Silas in carcerem coniecti sunt, pedesque ligno constrictos habebat

Ioan. 14. v. 12.

Chrys. hom. 1 in Acta

OEcum. proem. in Act. Apost.

43. Apostolorum signa.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

habebant; media tamen nocte terramotus factus est, eorumque vincula dissoluta.

Decimiseptimo ibidem a corpore Pauli deferebant sudaria super infirmos, ac daemone vexatos, & curabantur.

Decimooctavo Actorum 20. Paulus Troade Eutychum quæ a fenestra ceciderat, & mortuus fuerat, excitavit.

Decimonono Actorum 27. cum Romam versus nauigaret Paulus, tempestatem passi sunt ipse & omnes qui cum illo erant in naui 14. dies vna cum noctibus. In omnibus autem sese perituros arbitrantibus, adstantibus omnibus Paulo dixit, *Propter te his vitam concedo*, & seruari sunt.

Vigesimo Actorum 28. egressum e naui Paulum viperæ mordit, & omnes arbitrabantur illum moriturum. Verum cum illæsus permansisset, existimarent illum esse Deum.

Vigesimo primo ibid. Patrem Publij in insula dysæteria laborantem Paulus manibus impositis sanauit, multosque alios ægotantes curauit. Hactenus Oecumenius.

Nec propterea existimandum est hæc tantum Apostolos miracula edidisse; sed hæc fuisse portiora, & congrua magis instituto suo. Ex quo illud Chrysostomi, *Actorum Apostolorum nomen huic libro inditum est: non quod acta omnia, neque omnium, sed vnus tantum vel alterius, eademque faciliè numeratu continer.* Aliqua enim Petri & Pauli, prout iam vidimus, necnon Philippi &

Barnabæ egregia facinora recensentur: aliorum autem miracula non narrantur; cum tamen omnes Apostoli miracula edidissent: vtpote de omnibus scriptum, *Virtute magna reddebant. Apostoli testimonium Resurrectionis Iesu Christi Domini nosciri.* Et rursum, *Per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe.*

Act. 4. 7. 33

Act. 5. 12

C A P V T I V.

Eadem pars affirmatiua ostenditur ex fide euentus rerum quas prænuntiavit Christus.

Eadem authentica fides huius libri roboratur ex eo, quod Euangelista narrat in illo, qualiter finem suum & exitum habuerant illa Christi Domini oracula. *Euntes in mundum vniuersum, predicate Euangelium omni creature,* Marc. ult. & illa, *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudea & Samaria, & usque ad extremum terra,* Act. 1.

64.

Mar. 16. v. 10.

Act. 1. v. 8.

Etenim cap. 8. vers. 1. dicitur quod post lapidatum Stephanum grauis in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, persecutio deferebuit, in qua omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ præter Apostolos.

65.

Horum numerum dum Baronius computat, colligit fuisse ultra quindecim millia credentium

66.
Baron. anno Christi 35. n. 3.

tiuni, quos Petrus i. can. cap. i. & Iacobus cap. i. appellant *Adienas dispersionis*, & duodecim tribus in dispersione. Per hos autem fama Christi & Euagelij propagabatut, iuxta illud Act. 11. Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione, qua facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt usque Phoenicem & Cyprum, & Antiochiam: nemini loquentes verbum, nisi solis Iudais. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenaei: qui cum intrassent Antiochiam, loquebantur ad Gracos, annuntiantes Dominum Iesum. Ecce qualiter tam apud Iudaeos, quam apud Gentiles fama Christi extunc propagabatut, media dispersione ista.

Inde Athanasius magnus: *Habemus in Actis Apostolorum post lapidatum Stephanum discipulos dispersos & quasi seminatos, non quidem imbecillitate disiecti, sed fidei gratia ita diuisi & dispersi, ut seminatoris frumenta effecti, orbem peragrarent.* Inde etiam Gregorius Nilfenus, *Vt periti athletae subeuntes corpus aduersariorum per quandam artificiosam agilitatem & habilitatem, grauiorem lapsum illis struant; ita Stephanus humi prostratus grauem illam aduersarij contusionem effecit. Hinc in orbem terrarum discipuli currere ceperunt. Hoc omnes in partes sermonis diuulgationis initium est. Nam nisi ab illius cade populus Iudaorum in discipulos sciuisset, forsitan solummodo Hierosolymis Euagelij gratia inclusa esset. Nunc vero omnes gentes sermo percurrrens ad fidem adducit.* Beda denique Venerabilis, explicans illud

Actorum 8. *Omnes dispersi sunt in regiones Iudae & Samaria, ita inquit: Hoc est quod Dominus praecipit: Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam; illius enim metu gerebatur ut tribulationis occasio fieret Euagelij seminarii.*

Planè ista confirmantur ex illo Actorum 6. quos Apollolorum verberationem dicit, *Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.* Vbi apprimè notandum est, *Turba sacerdotum*, utpote illorum qui (vt notauit Chrysostomus) in crucifixione Christi clamauerunt, *Alios saluos fecit, seipsum saluum facere nequit.*

CAPVT V.

Eadem pars affirmatiua ostenditur ex profectio- ne aliquorum Apostolorum ad disseminandum Euangelium.

Refertur hoc eodem libro aliquorum Apostolorum ad praedicandum Euangelium profectio, utique Petri & Ioannis c. 8. vers. 14. & c. 10. vers. 5. Philippi etiam cap. 8. vers. 26. & c. ac demum Pauli & Barnaba cap. 11. vers. 16. & cap. 13. vers. 4. & reliquis lib. capitibus vsque ad finem.

De diuisione autem & profectio- ne generali omnium Apo- stolorum

Act. 8. v. 1

Beda 3. cap. 8. Acto

43. Act. 6. v. 7

Chrysost. Act. 6. v. 7 Matth. 7. 42.

Act. 11. v. 19. Act. 11. v. 20.

67

Athin hom. de sententia.

Greg. Nilf. serm. de sancto Stephano. 110.

stolorum ad disseminandum Euangelium per orbem, nulla mentio fit in hoc libro: ex consilio tamen & composito, quoniam, ut Tertullianus, Hieronymus & Beda habent, in hoc libro infantia nascentis Ecclesie eiusque incunabula struuntur. Profectio autem generalis Apostolorum ad disseminandum Euangelium per orbem partim ad propagationem & quasi generationem, & partim ad augmentum potius quam ad incunabula pertinebat Ecclesie.

Idcirco neque de profectio-
ne Iacobi ad peragrandam Hispaniam, eandemque Catholica fide imbuendam aliquid hic Euangelista indicauit: qua tamen ut explorata constituunt Isidorus Hispalensis, Beda, Turpinus, & cum illo historiographi multi, & (quod caput est) Calixtus II. summus Ecclesie Potifex. Martyrium tamen Iacobi cap. 12. Lucas retulit, ut etiam aliorum Apostolorum pressuras, torturas & labores, ut sic planum fieret, quod non leuiter Apostoli Iudeos deseruerint, & ad gentes migrarint, sed post diuturnos labores patienter perpellos, grauissimasque ab eis repullas passos.

Inde Chrysostomus, *Apostoli predicauerunt Iudeis, longoque temporis spatio, a se & flagellati in Iudea manentes, ac demum ab ipsis propulsi in gentes profecti sunt.* Quod valde consonat illis verbis Pauli & Barnabae Actor. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis eter-*

nae vita, ecce conuertimur ad gentes. Tempus autem quo Apostoli digressi sunt diuersis orbis partibus euangelizaturi, adhuc sub iudice est: quoniam (ut praedixi) Lucas consulto ab ista narratione abstinuit: ut etiam abstinuit ab aliis magni momenti, verbi gratia, a fundatione Ecclesie Antiochenae per Petrum, a profectioe Iacobi maioris in Hispaniam, & calamitatum illarum ac difficultatum, quas Paulus de se & aliis narrat 2. Corinth. 11. Et ideo tempus communis & vniuersalis profectioe ad concionandum certo definitum non est, nec defini potest; quamuis eruditissimus Genebrardus dicat, *diuisionem Apostolorum ab inuicem anno a passione 7. vel, iuxta Bedam, 12. fuisse.* sed certe an hoc illi constiterit, mihi non constat.

Illud etiam quod ex Melitone Sardensi Episcopo noster Beda refert, scilicet biennio ab Ascensione Christi Apostolos per orbem dispersos ad praedicandum fuisse, falsitatis conuincitur ipso Actoru cap. 8. vers. 1. Illud item quod ex Apollon. recitat Euseb. nimirum Apostolos praecipitum habuisse a Christo ne a Hierosolymis discederent ante duodecimum annum post ascensionem suam, similiter refellitur illo testimonio Marci cap. vlt. *Illi autem profecti praedicauerunt ubique.* Quod scriptum esse constat biennio ante tempus ab Apollonio definitum. Scripsit enim Marcus suum Euangelium, antequam Alexandriam euangelizaturus proficisceretur,

Profectio generalis omnium Apostolorum ad concionandum.
Tertul. lib. de prescrip. Hieron. ep. 103. ad Paulum.
Beda proce. 2. in Act. Apost.
71.
Apostolorum lib. de ortu & antiquitate. 71.
Beda in col. 1. 1.
Turpin. in 1. 1. de reb. gest. Cap. 12.
72.
Chrysostom. in 1. 1. de reb. gest. Cap. 12.
73.
74.

Genebr. lib. 3. Chronol. f. 372.
74.
Beda 3. 8. c. Act.
Euseb. lib. 5. c. 17.

Euseb.
chron.
Euthym.
prefatione
in Matth.

vtique post annum 10. à passione Christi, iuxta Eusebium, & Eathymium, qui annus fuit secundus Claudij, quo Petrus Romam iam venerat, & proinde reliqui Apostoli in suas regiones profecti.

75.
Professionis
tempus.
Baron. anno
Christi 44.
n. 15.

Idecirco illud verosimilius iudicatum a Cardinali illustrissimo & sapientissimo Baronio præfetur, videlicet anno 2. Claudij generalem istam Apostolorum partitionem fuisse vtique post Iacobi Zebedæi iugulum, de qua Actorum 12. vers. 1. Vt enim discipulorum dispersio contigit post lapidationem Stephani, qui erat vnus ex discipulis Domini. Actorum 8. vers. 1. ita Apostolorum generalis partitio post iugulum Iacobi, qui erat vnus ex Apostolis Domini. Vt enim Stephanus inter primores discipulorum computabatur; sic Iacobus inter Apostolorum potiores; & ideo vt mors illius disperdit discipulos, sic mors alius Apostolos. Quare duo isti priores ad necem conquisiti sunt.

76.
Prævincia
quas singuli
sortiti sunt
Apostoli.
OEcumen.
procemio in
Acta.

Quas autem singuli Apostoli prævincias sortiti fuerunt, in promptu apud OEcumenium habemus. Sic enim ait, Primus Simon Petrus in Ponto, Gallicia, Cappadocia, Bithynia & Roma, Euangelium prædicauit. Secundus Andreas Scythis, & Sogdianis, & Saccis. Tertius Iacobus Zebedæi duodecim tribubus dispersionis. Quartus Ioannes frater Iacobi in Asia. Quintus Philippus in Phrygia. Sextus Bartholomæus Indis, qui appellantur Felices. Septimus Thomas Parthis ac Modis, Persis & Germanis, Hyrcanis & Brabtiis.

Octauus Mattheus Hieropolitanis. Nonus Iacobus Alpha Hierosolymitanis. Decimus Iudas Thaddæus Edessinis, & vniuersæ Mesopotamia. Vndecimus Simon Cananæus Hierosolymitanis. Duodecimus Matthias Æthiopia. Decimustertius Paulus Damascis, Tharsis, Antiochenis, Cypris, Syriis, Macedonibus, Thessalonicensibus, Corinthiis, Romanis, & aliis propemodum infinitis.

Baronius item ex multorum Patrum sententiis, prævincias in quas singulatim Apostoli profecti sunt, locupletiori calamo recensuit, vt Lucæ tacurnitatem suppleret; qui tantum rudimenta Ecclesiæ prætexere voluit, & ea quibus ipse interfuit, & quæ vidit scribere. Vnde Chrysostomus homilia 1. in Acta, reuocans in memoriam illud verbum Evangelij Luc. cap. 1. Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, ratiocinatur sic: Cui fides habita est scribenti, quæ audierat, huic multo magis habenda est fides ea conscribenti quæ neque ab aliis accepit, sed quæ vidit ipse simul & audiuit. Et non dixit, quemadmodum nobis tradiderunt qui Spiritus sancti donum promeruerunt; sed quorum ipsi spectatores fuerunt; quoniam hoc maxime fidem conciliat, si quis didicerit, ex his qui quæ narant, oculis suis vidit. Vnde Ioan. 1. Christus, Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. & Euangelista ipse cap. 18. Qui vidit testimonium perhibuit.

His ergo miraculorum, concionum, dispersionum, similitumque argumentis, hæcenus in medium

77.
Baron. anno
Christi 44.
n. 15.

Luc. 1. v. 2.

Ioan. 1.
Ioan. 18.
36.

78.

medium productis, probatur & stabilitur authentica tantæ historię fides, utpote quod promissa a Deo, & prænuntiata ab illo, Deum exequutorem requirebant, nec non & narratorem, ut omnibus certò constaret Dei refragabili adimplerone, ut de authentica promissione constabat. Authentica igitur est velut diuina vox hæc Actuum Apostolicorum scriptura,

CAPUT VI.

Respondetur primo argumento primi capituli, quoad primam propositionem, & explicatur quid sit Lucam narrasse omnia quæ Christus cepit facere & docere.

NEque argumenta contraria in contrariam nos partem propellunt. Primi enim primam difficultatem omnes interpretes viderunt, præsertim Chrysostomus, OEcumenius & Beda, ex quibus Chrysostomus eam hoc modo discussit: *At qui non dixit omnia, sed de omnibus, perinde ac si quis dicat summam & in genere, aut de omnibus quæ necessaria sunt urgentque.* OEcumenius sic: *Nihil prætermisit eorum, in quibus diuinitas ac veritas prædicationis comprehenditur. Etenim ipse quoque Ioannes de his omnibus disseruit. Non enim quippiam eorum reliquerunt per quæ vel dispensatio*

verbi iuxta carnem creditur & agnoscitur, vel magnitudo ipsius iuxta diuinitatem relucet. Beda denique, *De omnibus se dicit Christi factis & dictis in Euangelio scripsisse; non quod omnia comprehendere potuerit, sed quod de omnibus elegit unum facere sermonem, quæ iudicant sufficere officio dispensationis sue.*

Possumus etiam respondere quod licet Lucas non dixisset se de omnibus scripsisse, sed scripsisse omnia Christi; adhuc elogij fides non vacillaret. Quoniam *ly omnia* sapè in sacris litteris stat pro plurimis, aut pro primoribus, ut cum 4. Reg. dicitur, *Congregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem.* & Isaia 60. *Omnes de Sabba veniet, aurum & thus deferentes.* & Marci 1. *Egredebatur ad Baptistam omnis Iudæa regio, & Hierosolymita uniuersi,* & 2. Actuum Paul. *Non subterfugi, quominus annunciam omne consiliam Dei vobis.* id est, pleraque & præcipua. Quare cum Lucas pleraque pariter & potiora Christi facta dictaque primo illo sermone prodierit, consequens est ut congruenter asserere potuerit se recensuisse omnia quæ Christus fecit ac docuit.

Præterquam quod non dixit, se habuisse sermonem de omnibus, quæ Christus fecit, ac docuit, *sed de omnibus quæ cepit facere & docere.* *ly autem cepit,* est magnorum operum nota: ut cum Genes. 4. dicitur de Henos, *Iste cepit inuocare nomen Domini.* & 1. Esdræ, *Cæperunt offerre holocausta.* Tobia 3. *Cæperunt orare*

Beda 5. Act.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

79.
Prima diffi-
cultas arg.
primi.
Chrystom.
1. in Act.
Apost.

OEcum.
3. Act.

Ly omnia,
pro plurimis,
vel pro primoribus.

4. Reg. 23. v.

1.

Isaia 60. v.

6.

Marc. 1. v. 5.

Act. 20. v.

27.

81.

Cæpit, verbum, magnorum operum nota.

Gen. 4. v. 4-6.

1. Esdræ 3.

v. 6.

Tob. 3. v. 1.

Psal. 76. v. 1.

Matth. 11. v. 7.

Ioan. 13. v. 7.

cum lachrymis. Psalms. 76. Dixi nunc coepi. Hac mutatio dextere Excelsi. Matth. 11. Coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Ioan. 13. Coepit lauare pedes discipulorum suorum. Quare dixisse Lucam quod sermonem habuit de omnibus, quæ coepit Iesus facere & docere, idem est ac dicere, quod de potioribus Christi actibus historiam euangelicam texuit.

32.

Habet etiam *ly coepit facere & docere*, emphasim apud subtilissimum Caietanum, acutè, more suo, & quidem laudabili, dicentem, utique sermonem esse, non de operibus creationis, quibus cælum creauit & terram, prout Deus; sed de operibus redemptionis, quas opere præstitit, tamquam homo. Lucas enim non de illis, sed de istis in Euangelio egit ut Iesus, id est, Saluator. Et adhuc ista Redemptionis opera, non omnia adæquatè voluit Euangelista recensere; recensuit tamen illa, quæ in Euangelio signauit. Attamen non propterea propositio illius veritatis excessit mensuram, eo quod similes propositiones distributione accommodata intelligenda sunt, ita ut sensus sit, sermonem feci de omnibus, quæ Christus fecit & docuit, in illo Euangelij mei libro comprehensis. Vel ut Ioan. 1. de Christo afferitur, quod *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; *ly enim omnem hominem* distributione accommodata intelligendum esse eo loci monstrauit, videatur.

Ioan. 1. v. 6.

Vide s. controu. 5. Ioan. c. 11. solut. ad arg. 3. c.

83.

Arias M. 5. Act. 17. 1.

Benediectus etiã Arias Montanus aliã huius verbi ratione spe-

culatur, hac in parte, inquit: *Omnes actiones, operaque omnia quæ Iesus ante mortem & resurrectionem suam fecit, incipientes fuerunt eius rei, ad quam electus fuerat à Deo. Nam quamquã unaquaque actio in se, quantum ex auctore & natura rerum ipsarum perfecta esset, & absoluta: tamen quantum ad absolutum usum hominum, & præstantem fructum, incepta fuerunt omnia illa priora: quorum finis absolutissimusque usus in hominibus spectatus fuit post missum Spiritum sanctum ipsius Iesu Christi virtute, & efficientia. Quam rem Lucas aperte significabat in Euangelij initio, illis duobus verbis: Ordinate narrationem, quæ in nobis complete sunt verã.* Hactenus Arias Mont. argutè admodum, & præclare. Ceterum tam huius quàm præmissa Caiet. explicatio nodũ argumenti non expediunt: expeditus tamen remanet ex antea dictis atque ex subiunctis pro sensu distributionis accommodata, de quo supra in controuersia de Euangelio Ioan. c. 11. ad finem.

C A P V T V I I.

Respondetur primo argumento primi capituli, quoad secundam propositionem, & explicatur quo sensu Spiritus sancti aduentus in Apostolos, dicatur promissum Patris.

Secundam difficultatem huius primi argumenti sic

84. Secunda difficultas arg. prim.

OEcum.
AG. I.

85. OEcumenius, triplici solutione
adhibita subinouet. Dicimus,
quod vel per defectum oportet
illud hoc intelligi, ut subaudiatur
propositio à Patre, siquæ sesus. Ex-
pectarent à Patre promissionem
quam vobis feci de Spiritu sancto.
Vel etiam, quia sicut ipse ait, quæ à
Patre audiui, hæc annuntio vobis.
Sancti quoque Spiritus promissio,
etiamsi per Christum facta sit, at-
tamen à Patre erat, iuxta Ioëlis il-
lud 2. Effundam de Spiritu meo su-
per omnem carnem.

86.
Solutio tri-
ma.

Prima solutio consistit in hoc
quod per ellipsim, id est, per de-
fectum verbi, idem est promissio
Patris, ac promissio à Patre
expectanda, Christus enim Spiritum
sanctum promiserat à Patre
dandum; iuxta illud Ioan. 14. Ego
rogabo Patrem, & alium Paraclitum
dabit vobis qui maneat vobiscum in
æternum. & rursum, Paraclitus autem
Spiritus sanctus, quem mittet Pater
in nomine meo. & cap. 15. Cum autem
uenerit Paraclitus quem ego mit-
tam vobis à Patre, Spiritum veri-
tatis qui à Patre procedit.

Ioan. 14. v.
16.

Ibidem v.
26.

Ioan. 15. v.
26.

86.
Luc. 24. v.
49.

Contra eam tamen stat illud
Christi verbum Lucæ 24. Ego
mitto promissionem Patris mei in
vos. vbi apertè Christus vocat
promissum Patris, eundem Spi-
ritum sanctum esse dandum.
Non ergo hic vocauit eum pro-
missionem Patris tamquam pro-
missum à Patre præstandum, sed
tamquam verè ab illo pollici-
tum.

87.
Solutio scilicet
Ioan. 14. 10.

Secundæ solutionis vis in eo
sita est, quod, ut Christus ipse
Ioan. 14. dixit, Verba quæ ego lo-
quor vobis, à meipso non loquor:
Pater autem in me manens, ipse fa-

cit opera. & Ioan. 7. Mea doctrina Ioan. 7. 16.
non est mea, sed eius qui misit me
Patris; sic in presenti. Quare
sicut propter hoc quod dixit
Christus Ioan. 12. Qui credit in Ioan. 12. 44.
me, non credit in me, sed in eum qui
misit me. Et qui videt me, videt
eum qui misit me. non negauit
quod credens in Deum, credat
etiam in Christum hominem,
sed quod potissimum fidei ob-
iectum, Deus ipse est; ita quan-
do hic vocauit Spiritus san-
cti aduentum promissum Pa-
tris, non subintellexit, non esse
promissum proprium, sed etiam
simul Patris, quatenus & omnia
ipsius verba & promissa Patris
erant: & Pater per Christum ho-
minem, tamquam per suum le-
gatum & internuncium Spiritus
sancti pollicitationem fecerat.

88.
Solutio tertia.
Sed certè, quia huiusmodi
ambagibus, & circumloquutio-
nibus opus non est ad saluan-
dam verbi proprietatem, simpli-
cior & congruentior est tertia
solutio, quæ ait Spiritus sancti
missionem verè dici promissum
Patris, quia per Prophetas Pa-
ter verè illum promisit, vtique
loco illo Ioëlis 2. quem induxit
Petrus Actorum 2. cuius hæc est
series. Et erit in nouissimis diebus,
dicit Dominus, effundam de Spiritu
meo super omnem carnem: &
prophetabunt filij vestri & filie ve-
stra. Item illo Isaia 44. 3. Effun-
dam de Spiritu meo super semen-
tuum: & benedictionem meam su-
per stirpem tuam. & Ezech. 36. Ezech. 36.
Et dabo vobis cor nouum: & spiri-
tum nouum ponam in medio vestri.
Verè ergo Pater Spiritum san-
ctum promisit: imò priusquam
Christus

Ioëlis 2. 28.
Act. 2. 17.

26.

Christus promisit, & proinde merito vendicat sibi nomen promissionem Patris.

89. Quod autem promissiones predictæ respiciant Spiritus sancti aduentum super Apostolos in die Pentecostes, vel illud verbum *effundam* declarat; vbertatem enim ingentem, eximiam copiam & abundantiam significat: vtpote metaphora sumpta ab aquis, quæ præ abundantia & copia vberissime & copiose funduntur. Vnde cum Spiritus sancti vberior largiorque effusio in die Pentecostes tantum fuerit, ideo pollicitatio effusionis Spiritus sancti maxime illam, non verò aliam potuit prospicere. Notanter dixi *maxime*, vt concedam

Cyrill. super Isai. 44. v. 3. Procop. ibid. Greg. Mag. lib. 33. Mor. cap. 5.

Cyrillo & Procopio ac Gregorio Magno pollicitationem illam Isaiæ 44. respexisse abundantiam gratiarum germinantium in animabus iustorum fruges vberissimas fructusque virtutum. Sed hoc etiam maxime præstitit Spiritus sancti immisio in die Pentecostes. Merito ergo Spiritus sancti aduentus promissio Patris dicitur, vtpote facta ab illo in diem Pentecostes potissimè, & deinde pro regeneratione Baptismatis; tunc enim etiam suo modo infunditur Spiritus sanctus in regeneratis. Cuius gratia Montanus hic per promissionem Patris subintellexit Regnum Dei per Euangelium à Christo expositum, cuius summa descriptio est Baptismus Spiritus sancti sanctificantis homines sanctitate & gloria filiorum Dei.

Arias Mont. s. Act. 1. v. 4.

CAPVT VIII.

Respondetur primo argumento primi capituli, quoad tertiam propositionem, & discutitur an de spirituali, vel potius temporalis Regno Apostoli loqueretur, cum interrogarent Christum: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israël.

AD tertiam partem primi Argumenti accedendo videtur quod cum Christus proximè de regno Dei cum Apostolis colloquutus esset, iuxta id cap. 1. vers. 3. *Apparens eis & loquens de regno Dei*, posset aliquis non irrationabiliter existimare, quod Apostoli non iam carnaliter, sed spiritualiter tantum, de regni restitutione cogitarent. Quoniam citra dubium est quod sic Christus de regno Dei sermonem apud eos habuerit, & quod occasione huius illi de regni instauratione quaesierunt. Ex quo illud Bedæ hic, *Quoniam apparens eis loquutus est de regno Dei, Spiritus quoque sancti non post multos dies promisit aduentum. Consequenter cum de regno percontantur, vtrum videlicet mox, adueniente Spiritu sancto in presenti restituendum, an in futuro Sanctis*

90. Tertia difficultas arg. primi.

Act. 1. v. 3.

Bedæ super Act. 1.

refer.

reseruandum credere debeant. Quare Arias Montanus vbique eruditissimus Hispalensis, sic interpretatur *ly restitues regnū Israel*, id est, dispersum per orbis regiones, restitueſcē in gratiam Dei, & communicationem vnus Ecclesia.

Nihilominus, vt mox ipse Beda subiunxit, *Carnales adhuc discipuli resurrectione Christi completa continuē regnū Israel credebant esse venturum; iuxta quod Cleophas ait: Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus Israel. Et Euangelista prēmisit, quia Domino Hierosolymam venturo existimarunt quod cōfestim regnū Dei manifestaretur.* Ex quo sequitur quod carnali affectu Apostoli de carnali regno tunc temporis loquuti sunt, vt etiam OEcumenius expressit, dicens, *Interrogant de mundano regno, nam adhuc imperfectius affecti erant. & mox, Nondum enim aderat Spiritus qui eos doceret.*

His planē subscripsit Lyrannus, inquiens, *Mulii de discipulis Christi de regno eius adhuc carnaliter sentiebant, utpote nondum recepta Spiritus sancti gratia estimantes ipsum temporaliter regnaturum, propter quod filij Zebedæi petierunt, quod vnus ad dexteram sederet, alius ad sinistram, cō regnū Israel temporale ablatum à Iudæis per Romanos statim restituendum: ideo quaesierunt, Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel.*

Idem habet Caietanus & alij: qui cum Theophylacto super Luc. 24. vers. 21. dicit discipulorum Christi & aliorum existi-

matione tunc fuisse quod Christus liberaturus esset in secundo suo aduentu Israël a iugo gentium, & restauraturus regnū populi Dei in eum statum, quo erat Dauidis & Salomonis tempore, adeoque meliorem & magnificentiorem. Quoniam *ly Israel*, non in accusatiuo, sed in datiuo est, ita vt sensus sit, quando id quod à regno Israël ablatum & ereptum fuerat esset eidem cum scēnore resarciendum. Constans igitur est Apostolos nondum perfectos & simul affectu patriæ carnaliter inclinatos de mundani regni instauratione hic fuisse loquutos.

Neque obstat quod Christus hoc eodem tempore sermonem ad illos habuerit de regno spiritali: quoniam sicut his non obstantibus ipsi nomine regni Dei tantum intellexerunt mundanum Israël regnū, vt quid Deo proprium; sic regni instaurationem carnaliter, non spiritaliter acceperunt: equidem estimationem quam de carnali huius regni subleuatione filij Zebedæi conceperant, coram omnes Christus ipse coarguit, dicens, *nescitis quid petatis.* & nihilominus Cleophas Luc. 24. dixit ad Christum, *Nos sperabamus quod ipse esset redempturus Israel.* vtique redemptione politica & carnali: spiritalis siquidem iam passione Christi erat redempta.

His adde quæ notauit Hieronymus super Matth. 20. videlicet quod vel ipse Petrus Apostolus videns regni Christi splendorem & gloriam in transfiguratione

Mont. vbi 3.
v. 6.

91.
Beda vbi 3.

Luc. 24. v.
21.

OEcum. 3.
Act. 1.

91.
Lyr. 3. Act.
Matth. 20. v.
21.

93.
Caiet. 3. Act.

94.

Matth. 20. v.
20.
Luc. 24. v.
21.

95.
Matth. 20. v.
20.

ratione, tria illic voluit instruere tabernacula, nesciens tamen quid diceret. Quod si hæc Petrus post adeo agnitam & professam Iesu Christi filiationem dicitur: quid alij? Vnde quandiu Spiritus sancti pleni non fuerunt, rudes admodum in aliquibus arcanis fidei se ostenderunt. Quare mox subiicit Christus, responsi vice: *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos. utique vt sic plane comprehenderent quæ antea mente assequi non valebant.*

96. Mox item attexit Christus, *Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad vltimum terra.* Quod expendens & exponens Beda inquit sensum esse, *Cum superuenit in vos Spiritus sanctus, nequaquam regnum Israel, siue regnum Dei in Israel, vt putatis, afferet, sed vobis virtutem de me testificandi præbebit, tantumque regni illius tempora longe sunt vt prius non solum hanc Hierosolymorum urbem, verum etiam omnes Iudææ fines, omnesque mundi terminos Evangelij fama percurrat. id est, regnum Dei spiritale omnino annuntiabit, ac de illo sermonem ubique terrarum habebitis, nulla de mundano regno mentione facta. instauracionem enim illius iustis de causis distulit. Deus: vt enim idem Beda præmisit, oportebat impleri prophetiam, qua Christus Patri dixit, Tu vero repulisti & spreuisti, distulisti Christum. Repulit enim & spreuit filium Pater quem Deum in passione deseruit loquentem, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

Distulit autem vt quem Sancti illo tempore regnaturum putabant expectent in die iudicij in sua maiestate venturum.

CAPVT IX.

Respondetur eidem primo argumento quoad quartam propositionem; & discutitur quoniam genere mortis Iudas tandem perit.

AD quartam primi argumenti propositionem dicendum in primis est, verè quidem aliquos eximie autoritatis viros, vtique OEcumenium, Euthymium, Theophylactum & Cedrenum, in eam sententiam venisse, quod Iudas laqueo suo strangulatus non obiit: sed curru compressus, vel præcipitio collisus, vt Euthymius habet. Quam sententiam, velut vulgarem, refert author scholasticæ historiæ.

Sed audiamus verba OEcumenij: talia enim sunt. *Iudas suspendio à vita non discessit: sed superuixit; deiectus est enim prius quam præfocaretur: idque Apostolorum Acta indicant, quod pronus crepuit medius. Hoc autem planius scripsit Papias Ioannis Apostoli discipulus, dicens: Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permansit Iudas, in tantum enim corpore inflatus, vt progredi non posset: cum curru leni cursu per-*

Proposicio quarta de Iuda proditore.

OEcum. 5.
Act. 1.
Euthym. c. 67. in Matth.
Theoph. 5.
Matth. 27. v. 2.
Cedren. in compendio. Pet. Comector in hist. Actuum Apostol. c. 162.

97.

Pfal. 88. v.

89.

Matth. 27. v.

46.

transiret, curru compressus est: ita ut effunderentur eius intestina. Auctoritate igitur & ratione ducti videntur isti Patres in huius sententiæ assertionem, vtique auctoritate Papia, Apostolorum discipuli: & ratione desumpta; à proprietate verborum sacrae paginae, & ab impietatis exemplo.

98. Et non tantum ad impietatis, verum miserandæ calamitatis exemplum, vel (vt ait Theophylactus) introductionem & confessionem videtur Iudam superuixisse. Siquidem, vt OEcumenius ipse ex eodem Papia subiunxit, *Palpebras oculorum eius adeo intumuisse ferunt, vt lumen omnino videre non posset.* & mox: *Porro sanies ac vermes contumeliosè confluentes ex toto ipsius corpore ferebantur, egredientes per sola loca secretiora; post multa vero tormenta & ultiones cum in suo prædio (vt aiunt) mortuus esset, præfatore prædium illud desertum præmansit, & non habitatum usque in hodiernum diem. Sed neque ad hoc usque tempus locum illum quisquam præterire potest, nisi obrutis manu naribus.*

99. Horum etiam auctorum exstimatione nos in primis argumento illo fulcire possumus, quod, vt in præfati capite dixit Petrus de Iuda versu 18. *Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis.* Cum igitur illū non possederit ante laqueum sibi impactum: vtpote quod prius fuit pœnitere de scelere proditionis, & pōst proicere pecuniam sibi ob talem proditionem exhibitam, & mox laqueo se

suspendere; & tandem inito per principes sacerdotum consilio, emere pecunia illa agrum figuli, de quo dicitur fuisse à Iuda possessum.

Deinde ratione desumpta ex eo quod Iudas *crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius*, vt habetur hīc versu 18. At id ex suspensio non fuit, nec potuit esse; vt patet in his, qui quotidie suspensio & furca necantur: ergo aliunde id processit; vnde ergo congruentius quàm à curru comprehensione, vt ait OEcumenius, vel à præcipiti casu è loco sublimi, vt ait Euthymius, vel saltim à graui lapsu in terram, vt ait Theophylactus. Vera igitur videtur sententia istorum Patrum.

Nihilominus cum in oraculo isto quod nos explicandum suscepimus, simpliciter & absolute dicatur quod Iudas suspensus crepuit medius, non datur locus interpretandi, quod curru compressus perit, quoniam alias non suspensus, sed suppressus, & suppositus interiisset.

Neque etiam datur locus commentandi quod prius suspensus, postea disruptus sit, quoniam Petrus simul inquit, *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius.* id est, adhuc pendens & sublimis. certè more pecudum, quas suspensas lanis rumpit, vt effundantur viscera, & intestina erumpant. Quam sic explicatam sententiam, communem video esse sanctorum Patrum mentem; scribunt enim Iudam (iuxta euangelicam narrationem) la-

quo sibi eripuisse vitam; im-
mo addunt, quod hoc necis ge-
nus valde congruum & consen-
taneum extitit tali crimini.

Etenim noster sapientissimus
Beda ita loquimur: Dignam sibi
pœnam traditor amens inuenit: ut
videlicet guttur quo vox prodition-
nis exierat, laquei nodus necaret.
Dignum etiam locum interitus que-
siuit, ut qui hominum Angelorum-
que Dominum morti tradiderat,
caelo terraque perosus, quasi aeris
tantummodo spiritibus sociandus,
iuxta exemplum Achitophel, &
Absalom, qui Regem Dauid per-
sequuti sunt, aeris medio periret.
Cuius simillima pœna, pœna mors
Arcium heresiarcham damnasse re-
fertur, ut quia ille humanitatem
Christi, iste diuinitatem extinguere
moliebatur, ambo sicut sensu ina-
nes vixerant, sic quoque ventre va-
cui perirent. Similia promunt Iu-
uencus & Arator.

Augustinus etiã sermone 26.
sic ratiocinatur: Iudas se despe-
rando occidit, & laqueo se suspen-
dit. Quod fecit in corpore suo, hoc
factum est in anima eius, spiritus
enim ipsius dicitur etiam iste aeris
ventus. Quomodo ergo qui sibi col-
lum ligant inde se occidunt quod
non ad eos intrat spiritus aeris hu-
ius; sic illi, qui desperant de indul-
gentia Dei, ipsa desperatione intus
se suffocant ut eos Spiritus sanctus
visitare non possit. & rursum: Post
redditum pretium laqueo se suspen-
dit, ut qui se multauerat pecunia,
multaretur & vita. & iterum: Abiit
Iudas & laqueo se suspendit, vi-
de Iudas, sententiam diuina maie-
statis que te punire noluit, manibus
alienis. Pendes in laqueo, & argen-

tium manet in templo.

His consonant illa Leonis Pa-
pæ verba. Merito tibi tula pœna
commissa est, quia in supplicium
tuum nemo te senior potuit inueniri.
& iterum: Merito sanctus Pro-
pheta prædixerat: Oratio eius fiat
in peccatum; quoniam consummato
scelere iam peruersa impij conuer-
sio fuit, ut etiam pœnitendo pecca-
ret. Et alibi, Scelestior omnibus fu-
da & infelicior extitisti, quem non
pœnitentia reuocauit ad Dominum,
sed desperatio traxit ad laqueum.

Subscripsit Bernardus, dicens:
Tibi impie Iuda viscera plane fa-
cultas fuit non ponendi, sed pen-
dendi animam: nec tradente, sed
trahente laqueo nequissimus ille
spiritus tuus exiit non emissus à
te, sed amissus. Et author Schola-
sticæ historiæ suffragatur, vbi
supra, dicens: Iudas effusus visceri-
bus crepuit rædius, & in hoc quo-
dammodo delatum est ori, quo oscu-
latus erat Dominum: ne per os spi-
ritus effunderetur.

Neque oppositæ sententiæ
assertores eam tamquam pro-
prium, sed tamquam ex aliorum,
vtique Papiæ, monumentis de-
promptam adstruunt. Et in eo
quod asserunt Papiam discipu-
lum Ioannis Euangelistæ fuisse,
ad maiorem fidem in hac parte
conciliandam apertâ deceptio
est. Ipse enim Papias iactio sui
operis profitetur se suis oculis
nullum Apostolorum vidisse. In-
quit enim, Siquis presbyter mihi
fortè occurreret qui cum Apostolis
versatus fuisset, dicta Apostolorum
diligenter sciscitabar. Itaque Pa-
pias ab his, qui cum Apostolis
versati sunt, Apostolica dicta
accepit

103.
Beda. Super
Act. 1. v. 18.

103.
Leo. serm.
16. de serm.
Domini etc.

Idem. serm.
5. c. 3.

Idem. serm.
3. c. 3.

116.
Bern. serm.
ser. 5. heb-
domadæ pe-
rosæ.

Comestore.
161. hist.
Apost.

Iuenc. lib.
4. hist. Euag.
Arat. lib. 1.
hist. Apost.
104.
Aug. tom.
26. ser. 26.

Idem. serm.
128. de tem-
pore.

Idem. serm.
101.

107.

accepisse profitetur. Vnde istorum potius, quam Apostolorum fuit discipulus. Et licet singulariter fuerit discipulus cuiusdam Ioannis presbyteri, qui in numero discipulorum censebatur, non tamen Ioannis Apostoli & Euangelistæ.

108.

Item, quamuis iste Papias magnæ authoritatis sit, utpote de quo Eusebius Polycarpij ætate, *Papias Episcopus magna fama & celebritate fuit, vir plane cum omnium aliarum artium scientia disertissimus, tum cognitionis sacrarum litterarum non ignarus.* Et ipse de seipso: *Non (ut vulgus hominum solet) iis qui multa dicunt, sed qui vera docet, oblector.* Adhuc tamen non satis liquet an Papias talem historiam texuerit, sed lectoris arbitrio relinquitur an possit haberi ut Papiæ. In quo sane non derogamus auctoritati OEcumenij & aliorum Doctorum, qui ut de monumentis Papiæ illam sententiam retulerunt. Non enim constat vtrum omnino ex propria vel potius de vulgi sententia loquuti fuerint.

Euseb. ubi 3.
Pap. apud
Euseb. ubi 5.

109.
Argumentis
in contrariū
faciunt.

Neque argumenta in contrarium obstant. Ad primū enim in utroque dicendi modo respondendum est, Iudam illius agri verum non habuisse dominium, sed neque habere potuisse, quantuncumque superstes suo laqueo esset: tunc quoniam ager ille eo emptus fuit eisdem met nummis argenteis quos ipse in templo ad pedes sacerdotum abiecerat, abdicans per hæc à se omnino dominium illorum. Constat autem rem pretio em-

ptam non fieri eius cuius pretium emptionis non est. Tum quoniam illud fundum non in usum Iudæ, sed in sepulturam peregrinorum deputatum est. Quare quantuncumque Iudas superuixisset, non potuisset peregrinos iure talis sepulturæ priuare.

Vnde fit ut etiamsi cum Augustino dicamus, Iudam non ante mortem Saluatoris manus sibi intulisse, adhuc in possessionem illius agri non intrasse, quoniam nec suis bonis (utpote iam repudiatis) neque in sui commodum coemptus est.

Quando autem dicitur Iudam possedisse agrum de mercede iniquitatis, intelligendum est, iuxta communem interpretationem Doctorum, præsertim Gregorij Magni & Bedæ, quasi dictum esset, *possidere fecit.* Ad eum modum (ait Beda) quo dixerat Iob, *Abominabuntur me vestimenta mea* id est, abominabilem me reddent. Et etiam ad illud, quo dixit Dominus ad Abraham, *Nunc cognoui quod timeas Dominum.* id est, nunc cognoscere te feci quod timeas Dominum. Quod amplius illustratur lectione Græca & Syriaca; ut quæ non habent, *Possedit, sed, acquisiuit,* utique non sibi, sed aliis, nimirum peregrinorum cadaueribus.

Dici etiam potest quod Iudas possedit hunc agrum quatenus tamquam aliquid Iudæ reputatus est. Appellabatur enim, (ut hîc habetur vers. 29.) *Aceldama, hoc est, ager sanguinis,* nimirum illius quem Iudas vili pretio tra-

110.
Aug. lib. qu.
nou. Test. q.
94.

111.
Greg. lib. 9.
in Iob. c. 9.
Beda 5. Act.
1. v. 18.
Iob 9. v. 31.
Gen. 22. v.
12.

112.

diderat. Ad eum modum, quo templum Hierosolymitanum ab Herode constructum, & illud prius a Zerobabele restauratum, dicebatur templum Salomonis, quia Salomonis putabatur, propter primum quod ibi Salomon templū erexerat. Præterquam quod cui dubium erit, quin ager ille vulgariter appellaretur, *Ager proditoris Iudæ*, Deo sic providente, aut permitte, ut tam nefandi criminis perpetuum monumentum extaret. Hoc autem satis ac super sufficit ut dicatur Iudam possedisse illum, utique quantum ad nomen & ignominie vocem, quæ tribuebatur illis.

113.
Arg. secundo. Ad secundum argumentum respondetur experimento comprobatum esse in patibulatis sagittarum telis confossis; omnes enim qui diu strangulati pendent, vehementer inflantur & tumescunt. Vsu item rerum constare effrenam & exundantem iræ vel mœstitiæ furorem facile illa rumpere, & medium discerpere ventrem: ut patet in his qui graui atque exitiali laborantes stomacho, tandem disrupti sunt.

114. Cum igitur Iudas suspensio perierit, exitialique stomacho præ facti atrocitate & fœditate flagraret; consequens est ut suspensio ipso medius crepere potuerit, & tandem ruptus viscera eructare. In petus exundans enim quo acriter insimulatus est ad proiciendas pecunias, & vitam perimendam, eodem impulsus & compressus est ad effundenda viscera. Non enim

tam feruidus iracundiæ motus intra fornicem corporis se potuit continere. Quare tandem rupta materia venter erupit.

CAPUT X.

Respondetur eidem primo argumento primi capituli, quoad ultimam propositionem, & discutitur electionis genus per sortes, & an eo Matthias electus sit?

115.
Ultima difficultas arg. primi. Extrema pars primi argumenti solerti indagine discutienda est, ut plane comperiamus quid de electione per sortes prudenter atque catholicè sentiendum sit, & proinde an iure vel iniuria Apostoli ea aliquando vsi fuerint.

116.
Proverb. 16. A parte autem affirmatiua quæ sortium honestatem commendat videt in primis illud *Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinu & a Domino temperantur.* id est, quæ sorte discutiuntur iudicio Dei deliberantur, hoc est, non casu, sed a consilio & quidem diuino eueniunt: quatenus providentiã diuinã, quæ moderatur omnia, etiam moderatur sortes. Vnde Augustinus, *Solent quæ sorte dantur, diuinitus dari.*

117.
Aug. lib. 4. Gen. c. 25. Argumento, & quidem robustissimo sunt exempla quæ factis in litteris ad rem istam produntur: Etenim *Deut. 16.* sorte designabatur quisnam è duobus

10.
hircis

hircis Domino immolandus esset, quis vero ut caper emillarius in solitudinem eiecendus.

Rursum Num. 17. Aaron forte aliis praelatus est. Et cap. 26. & 34. sortibus inter Hebræos promissionis terra distributa. Iosue 7. Cham iudicio sortium patrefactus fuit. 1. Regū Saul à Samuele per sortes in regnum & regē cooptatus. Et cap. 14. Ionathas per sortes à patre suo Dauid comprehensus comedisse mel. Et 1. Paralip. 24. sacerdotalia munia iussu sacerdotum iniuncta. Ionæ item 1. Ionas forte detectus, in mari proiectus est. Lucæ præterea 1. sacerdotes forte addicebantur, ut Domino in censum adolerēt. Denique Matthias hic iudicio sortium in Apostolorum collegio cooptatus habetur.

His fauet Aug. dicens, *Sors non est aliquid mali, sed res in humanam dubitationem, indicans voluntatem diuinam.* & rursus, *Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorum persecutionis tempore mancant, ne fuga fiat omnium, si hæc disceptatio aliter non potuerit terminari (quantum mihi videtur) forte eligantur, qui mancant, & qui fugiant.* & alibi, *Si cui abundaret aliquid quod oporteret dari eis qui non haberent, nec duobus dari potuisset, si tibi occurrant duo, quorum neuter aliqua vel indigentia, vel urgente aliqua necessitate superaret: nihil iusti faceres, quam ut sorte eligeres, cui dandum esset, quod dari utrique non possit.*

Argumento demum est usus tam pristinus quam recens sortium. Etenim apud antiquos fixe-

quens admodum fuit usus illarum: ut videre liquet apud Homer. Virgil. Ciceronem, & apud alios, de quibus eruditissimus Petrus Greg. Apud præsentem autem adeo nunc in viridi est, ut apud multa Scholasticorum collegia, & maxime Salinātina, & apud multorum populorum comitia, cū de annua magistratum electione tempus occurrat, omnia sortibus committantur. Ut enim præcludatur omnis despectus, suspicio, & omnis ambitionis occasio submoueat, sortibus relinquitur dubij determinatio, & rei gerendæ decisio. Ut olim apud Romanos, in distributione magistratum, fieri consueuerat: iuxta Corn. Tac. & alios. Constat autem quod si tale iudicij genus rationabile multum non esset, Christiana res publica id minimè tolerasset.

A parte autem negatiua vel illud satis esse videtur, quod Leo Papa edixit, *Uique sortes, quibus cuncta vos vestris discernitis prouinciis, quas Patres damnarunt, nihil aliud quam diuinationes & maleficia decernimus. Quam ob rem volumus omnes illas damnari, & ultra inter Christianos nominari nolumus. Et ne exerceantur anathematis interdito prohibemus.*

Præne similia statuit Aufelian. Conc. edicens, *Siquis clericus, Monachus, vel secularis diuinationem, vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes, ab Ecclesia communi pellantur.* Conc. item Tolet. IV. cap. 28. decreuit, *Si quis ex ordine clericorum magos, aut incantatores, aut sortilegos consuluisset deprehensus fuerit, ab hono-*

Hom. Ill. 8.
Virg. Æneid. 5.
Cicer. in Ver.
Petr. Greg. tr. de Elect. c. 3. n. 10. & lib. 34. Syn. cap. 1.

Corn. Tac. lib. 10. anna.
Sygonius lib. 2. de iud. cap. 12.

121.
Damnatur à canonibus, Leo IV. ep. ad Episc. Britan. c. 4. & refertur 26. q. 1. cap. sortes.

122.
Conc. Aurel. I. c. 12.

Conc. IV. Tol. c. 28.

118.
Nem. 17. 2.
Num. 26. v. 55.
Num. 34. v. 2.
Iosue 7. 16.
1. Reg. 10. 20.
1. Reg. 14. v. 41.

1. Par. 24. v. 31.
Iona 1. v. 7.
Luc. 1. 9.

Act. 1. v. 21.

119.
Aug. conc. 2. in v. 16. Psal. 50.
Idem epist. 180. ad Honorium.

Aug. lib. 1. de doctr. Christiana c. 18.

120.
Seruam usus antiqua.

24 De fide Actuum Apostolorum

Conc. Agathen-
theo. c. 47.
Greg. Mag.
lib. 9. regis
ep. 47. & lib.
7. ep. 66. ad
Laurentium.

Damnatur
quoque a le-
ge civili.

123.

re dignitatis sit suspensum. Confo-
nant valde his Conc. Agathen-
can. 42. Gregor. Mag. epistola ad
Hadrianum notarium, Et Eccle-
sia ipsa catholica imponens oc-
cultis sortilegis quatuoraginta
dierum penitentiam Notariis,
Eucharistiam negans, & cleri-
cos deponens, laicos excommu-
nicans, prout videre liquet cap.
1. de sortilegis. can. si quis Epi-
scopus 26. quest. 5. Nec solum
facri canones, verum & lex civi-
lis in sortilegos scruit, ultimo li-
quidem supplicio eos afficit:
prout videre datur l. 3. l. nemo
5. l. culpa 6. de maleficiis lib. 9.
C. tit. 18.

Nec mirum quod vtrum-
que forum sic auerfetur sorti-
legos; quoniam qui sortibus
vitur, vel existimat eas guber-
nari a casu, vel a cœlo, vel a
Dæmone, vel a Deo. Si a casu,
stultus omnino, atque impru-
dens est, dum casui fortunæque
obiicit, quæ ratione & consulta-
tione diffinire deberet. Sors
enim hoc modo considerata, cæ-
ca omnino est, imò tumultenta.
Vnde ille,

*Sic vago ludit tumultenta passu
sors.*

124.

Si a cœlo, superstitiosus est;
quoniam superstitiorum vitium
est a cœlorum astris expectare
humanarum actionum modera-
mina. Vnde sors hoc modo in-
tellecta appellatur *Fatidica* iux-
ta Mantuanum illud, *Licet si cre-
dere sortibus*, inquit, *fatidicis*. Si
a diabolo, blasphemus pariter,
& sacrilegus est; quoniam hu-
manarum regimē credit diabo-
lo, vt mundi rectori: vnde peri-

culosa sortilegia ista appellan-
tur, dicente Boetio, *fugiens pe-
riculosam sortem*. Denique si a
Deo, tentator est; quoniam te-
mere expectat a Deo, quod ipse
facturum non promisit. Quare
sortitio ista temeraria dicitur, &
est.

Inde Beda, *Non statim debe-
mus sub exemplis Ione sortibus cre-
dere: vel illud de actibus Apostolo-
rum huic testimonio copulare, ubi
sorte in Apostolaturn Matthias eli-
gitur: cum privilegia singulorum
non possint legem facere commu-
nem.*

Immo non videtur electio-
nem Matthiæ sortitione effe-
ctam, dicente Dionys. Areop.
*Perro de sorte illa diuina, quæ
Matthiæ diuinitus obigit, alij qui-
dem alia senserunt: meo quidem iu-
dicio non recte, apertam autem ipse
quod sentiam. Videtur mihi Scri-
ptura appellasse diuini quiddam &
precipui muneris, per quod illi choro
sanctissimo insinuaretur, quis esset
diuina electione declaratus. id est,
signū aliquod visibile, & a cœ-
lo, quod indicaret eum: vt olim
columba Christum in baptisma-
te, & columna ignis Gregorium
Magnum, secreto delitescentem
& latitantem, ne ad summum
Pontificatum eueheretur: &
alios alia portenta ad eandem,
vel similem dignitatem efferen-
dos; nimirum Fabianum Papam,
Ambr. Remigium Remensem,
Nicolaum Magnum & alios.*

Huic videtur affine quod rela-
tum habemus in Concilio Ro-
mano, relato d. 15. cap. vlt. Ro-
mana Ecclesia, videlicet Gela-
sium Pontificem inter apocry-
pha

125.
Beda 5. Ad.

126.
Electio Mat-
thiæ.
Dionys. lib.
c. 1. Hiero-
nymph.

Matth. 9. 17.

127.
Rom. Cong.
c. de libris.

pha reiecitte librum quendam, qui tunc circumferebatur, sub isto titulo, *Sortes Apostolorum*. quasi apud eos vllæ vnquam ductæ fuerint.

128.

Sed quidquid sit de hoc, illud est certo certius, quod postquam receperunt Apostoli Spiritum sanctum, nullum sortilegij apud eos vestigium inuentum est: quamuis eligendi munus non eis defuerit, vt patet cap. 3. v. 6. Per quod nõ leuiter insinuat, eatenus sortilegia admisisse, quatenus de malitia illarum per aduentum Spiritus sancti illustrati non fuerant. Vnde Vener. Beda, *Matthias ante Pentecostem ordinatur, sorte queritur. Septem verò Diaconi postea, nequaquam sortis agitatione, sed discipulorum tantum electione sunt ordinati.*

Beda 5. Act. 8.

129.

Inde etiam Augustinus epist. 119. ad inquisitiones Ianuarij, & refertur 26. quæst. 2. cap. 2. *Hi qui de paginis euangelicis sortes legunt, & si optandum est, vt id potius faciant, quam ad demonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displicet consuetudo.* id est, neque illud, neque istud approbo: licet illius vituperabilius sit isto. Inde demum Dionys. Halicarn. ex Dione refert, apud Gentiles vetitum esse, sacerdotes sorte, aut pretio eligere; vtique quoniam vtumque æquè illicitum reputabant.

Dionys. Halicarn. lib. 2. hist. Rom. Sacerdotes sorte aut pretio eligi apud Gentiles vetitum.

130.

Vtrisque nihilominus argumentorum classibus non obstantibus, media in conflictu præsentia via tenenda est: quam suo nobis sydere D. Thomas, vt cætera, propalauit. Sanè 2. 2. q. 95. art. 8. rem istam ex pro-

fesso diffiniens, notauit in primis, sortis nomine intelligendum venire quidquid eo consilio geritur, vt eius euentu explorato, aliquid inde occultum innotescat. Quare quidquid sub hoc sine exercetur, siue id fiat per schedulas, siue per paleas, siue per taxillos, siue per aues, dimittendo eas liberè abire per aëra, siue quouis alio modo sortitionem parando, sortis nomine comprehenditur, vt pote destinatum ad hoc, vt ex euentu illius aliquid occultum fiat notum: in hoc enim tota ratio sortis sita est.

Sortis nomine quid intelligendum veniat.

Secundò notandū, sortem esse in triplici differentia. Quædam enim dicuntur diuiforæ: illæ nimirum quæ ducuntur ad distributionem rerum, cuiuscumque generis quatenus inter sortientes conuenit rem dare illi, cui fors obtigerit. Quædam etiã dicuntur consultoriæ: vtique illæ, quæ iactantur ad internoscendum quid in re alia dubia factò opus sit. Quædam denique diuinatoriæ, illæ videlicet, per quas futurorum prænotio inquiritur, & non à veræ prænotionis causa. Vtique neque à Deo, neque à causis secundis futurorum.

131. Sortis differentia triplex. D. Th. 2. 2. vbi s. art. 1.

Tertiò est notandū, sortes posse duci sub prætextu quòd nullū omnino habent moderatorem; sed quòd illis quidquid committitur casui, & fortunæ committitur, & obiicitur. Vel sub conditione & prætextu, intuitiue, quòd ab aliqua superiori causa reguntur, & diriguntur. Vtique vel à cælo, vel à Dæmone, vel à Deo: vt sic melior aliqua spes

132.

de illis possit concipi & haberi.
His positis ne in longum ipse
me differam, rem istam quatuor
dictis aggredior.

133.

Sententia autem
Sortis.

26. q. 2. c. 3.

Primum est, fors diuisoria ca-
sui omnino commissa, dummo-
do aliquibus circumstantiis sit
temperata, potest esse licita &
bona. Est autem mala, quotiens
circumstantiis illis vestita non
fuerit. Circumstantiæ autem sunt.
Prima quod fors sit circa res
temporales externas, non autem
spirituales, & factas. Sacris enim
canonibus cautum est, sortibus
casui expositis uti ad res sacras.
Secunda quod inter sortiētes aut
nulla sit meritum disparitas
per ordinem ad res sorte distri-
buendas; vel nulla, aut modica
saltem diuersitas diiudicetur: sed
iure omnes idonei, & pares de-
beant moraliter reputari. Recte
siquidem rationi absonum, re-
pugnantque iudicatur inæqua-
libus partibus æquale ius tri-
buere, maxime cum cedit in de-
trimentum alterius, ut cedit ini-
qua magistratum distributio in
perniciem reipublicæ. Tertia
denique quod distributio aptius,
aut conuenientius, aut commo-
dius fieri non possit, quam per
fortes. Alias enim irrationabili-
ter casui dirimenda committe-
rentur, quæ ratione & consilio
decerni potuissent. ex quo sequi-
tur harum oranium, & singula-
rum circumstantiarum defectu
sortem casualem vitare, cumu-
lum vero illarum perficere.

134.

Hoc primum dictum sic ex-
plicatum citra omnem contro-
uersiam est, & habet pro se
D. Thomam ubi supra art. 8. &

omnes interpretes illius; & pro-
batur ex eo quod nulla id lege
cautum est. Immo si consuetudo
habet vim legis, lege munita est
hæc fors. Quoniam frequenter
homines paciscuntur inter se,
ut ille quem fors designauerit,
habeat sibi tale, v. g. prædium,
vel talia vasa argentea iure hæ-
reditatis; vel subeat tale pericu-
lum iure belli: vel acquirat ta-
lem præfecturam iure collegij,
aut ciuis. Sape etiam Imperato-
res inter milites æquè fontes ac
noxios, sorti committunt quis-
nam illorum morte plectendus
sit, aliis cum vita relicta. Immo
Augustinus ubi supra dixit forte
eligendum sacerdotem qui tem-
pore pestis & persecutionis ma-
net in oppido, ut fidelibus res
sacras administret. Et ad diri-
mendas lites, huiusmodi forti-
tionis remedium adhibetur in
leg. si cum ambo. ff. de iudicijs.

Aug. epist.
119.

Secundum dictum est. Fors
omnes astrorum directioni, &
gubernationi commissa, illicita
prorsus, vana ac falsa est. ita
D. Th. ea ductus ratione, quod
actus liberi nostri non subsunt
cælo. Et ait, *Siquis ea intentione
sortibus utatur, quasi actus huma-
ni, qui requiruntur ad sortes, secun-
dam dispositionem stellarum sor-
tiantur effectum, vana & falsa est
opinio: & per consequens non ca-
rens Demonum suggestionem: ex quo
talis diuinitio erit superstitiosa &
illicita.*

136.

Est tamen hic notandum ser-
monem omnino procedere de
actibus humanis, aliis liberis, &
proinde hic comprehensos non
esse actus hominis naturales,

quo

quoniam in cælo subdi possunt. Quare qui credens aut iudicans exaltationis suæ tempus instare, forti propterea se committens, superstitiosus non esset: modò absolutam spem in astorum beneuolentiâ non figeret. Videndus Caiet. supra D. Thom. vbi suprâ, & eruditissimus vir Martinus del Rio.

Tertium dictum est. Omne genus sortis sub Dæmonis patrociniò, aut regimine exercitum, omnino illicitum est, improbum & sacrilegum. ita D. Thom. vbi suprâ, & cuncti, utpote quòd sacrilegum est, & planè diabolicum, à diabolo tenebrarum principe, & patre mēdaci, certò sperare lucis, atque veritatis splendorem: & infensissimo humanæ naturæ hosti committere gubernationem eorum, quæ hominum sunt. Est enim accipitri columbam, pullos miluo, & ouem lupo tradere. Vnde addit D. Thom. tales sortes esse illas, quas facti canones reprobarunt: utique cap. 1. de sortileg. 26. quæst. 5. per varia capita: utpote qui eis utuntur, sortilegi nominantur. de quibus 26. qu. 1. cap. 1. ex Isid. lib. 8. Etym. c. 9. dicente, *Sortilegi sunt, qui sub nomine sictæ religionis, per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur.*

Quartum dictum est, sortem diuisoriam & consultoriam, sub Dei patrociniò, & regimine exercitam, licitam & piam esse posse: si tamen quatuor conditionibus exerceantur, quas D. Thom. hîc designat, dicens: Prima est, non recurrere ad huius-

modi sortes, nisi premente necessitate: utpote quòd non vult Deus suas nobis per sortes voluntates indagari, quando ad id necessitas non compellit. Quare citra necessitatem, ad has sortes concurrere, idem esset ac Deum tentare. Secunda, non uti eis absque reuerentia Dei. Ut Apostoli, non nisi prius collecto cœtu fratrum, & precibus ad Deum fuis, cum circa electionem Matthiæ consulere: etiam si explorandi voluntatem illius, eos necessitas compellebat, ut Beda hîc notat. Tertia, non conuertere ad terrena negotia diuina oracula; quoniam specialis irreuerentia committitur contra diuina oracula & consilia euangelica, dum illis ob terrena commoda utimur. Quod est illud suprâ ex Augustino citatum epistola 1: 9. cap. 20. ad inquisitiones Ianuarij. Quarta, ne sortes ducantur circa materiam prohibitam, utique circa electiones spiritualium prælatorum; quoniam licet Apostoli ante Spiritus sancti aduentum id non seruauerint, ut patet in electione Matthiæ, post effusa tamen Spiritus sancti dona illud opere compleuerunt.

His liquidò pater quâsnam eligendi sortes probent affirmatiuæ partis argumenta, quas verò reprobent argumenta partis negatiuæ.

Patet etiam (ut iam instituto nostro directè inseruiamus) nihil absurditatis intercessisse in hoc quòd sortibus Apostoli electione Matthiæ peregerunt: cum sortes illæ diuisoriæ tantum vel

Beda 5. Act. 1.

139.

Caiet. 2. 2. q.

93.

Rio lib. 4.

disq. Mag.

sect. 4. ad finem.

137

Sortilegi qui.

138.

D. Thom. vbi 5.

diuiforiae pariter & conſultoriae, omnibus circumſtantiis veſtitae, quae ad illam honeſtandam conducunt: vt patet ex his quae habentur Actor. 1. verſ. 14. Vnde vt ſortes, quibus Aaron & Sairi aſſumpti ſunt ad primatus, laudabiles extiterunt; ſic & iſta, qua Matthias ad Apoſtolatum aſſumptus.

Medio ergo ſortium miniſterio Matthias ad Apoſtolatus apicem euectus eſt. Et quidem non ſine numine, diuinoque conſilio. Sic enim electio illius a Deo facta fuit, vt aliorum vnde decem: quibus Chriſtus dixit, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* ſic etiam mitius ac lenius Apoſtolatus repulſam paſſus eſt Barnabas, videns Apoſtolos iudicio tantum diuino in illa re proceſſiſſe: non autem iudicio humano ſpretum ſe eſſe, quiniſmo in hoc praelatum, vt qui cunctorum ore iuſtus praedicabatur, & appellabatur.

C A P V T X I.

Reſpondetur ſecundo argumento primi capitis, & ostenditur an die ipſo Pentecoſtes Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Apoſtolos.

ARgumenti ſecundi prior pars non facilis explicatu eſt, ſuppoſita communi ſententia de morte Chriſti Domini in die Paraſceue, qui fuit primus

dies Paſchae, & primus Azymorum, prout ipſe in controuerſia ſuper Euangeliu Ioannis oſtendi. Si enim a die reſurrectionis Chriſti, vſque in diem, quo Spiritus ſanctus aduenit, computantur quinquaginta dies, utique quadraginta vſque in aſcenſionem, & decem a die aſcenſionis: conſequens videtur, vt a die mortis eius, vſque in diem, quo Spiritus ſanctus aduenit, pluſquam quinquaginta dies interceſſerint; & proinde Spiritum ſanctum non veniſſe, cum completerentur dies Pentecoſtes, ſed poſt completos: ſuppoſita utique illorum Patrum mente, quae aſſerit iſtos quinquaginta dies numerandos eſſe ab eo die, quo agnus immolabatur.

Plurimum enim Patrum ſententia eſt, Spiritus ſancti aduentum ſuper Apoſtolos, eo die fuiſſe, quo feſtum agitabatur in honorem exhibitę legis in monte Sina: datam autem fuiſſe legē quinquageſimo die ab egreſſu, diſceſſuue ab Aegypto, qui fuit dies maſtationis agni: vt videre liquet apud Cypr. Hieron. Auguſt. Leonem, Chryſoſt. Iſidor. & alios. Ea autem ratione ducuntur, quod, vt habetur Exodi 12. Populus egreſſus eſt de Aegypto 15. die menſis primi, id eſt, Nyſan, ſine Martij. Et (vt habetur ibidem) cap. 19. lex data fuit die tertia menſis tertij, utique Maij: ab hac autem die vſque ad illam quinquaginta dies, incluſiuę intercedunt.

Et auget difficultatem quod de communi Patrum, & Conciliorum conſenſu, cui repugnare nefas,

Cypr. ſermon.
Spiritus ſancti.
Hier. epiſt.
127 ad Fabiolum.
Aug. ep. 116.
c. 16. & 9.
95. noui
Teſtam.
Chryſoſt.
2. de Spiritu
ſancto.
Iſidor. 1. de
offi. Eccleſ.
c. 32.
Leo. Papa.
ſer. 1. Peni.
142.

nefas, Spiritus sancti descensus super Apostolos Dominica die fuit: ut est videre tomo 2. Conc. in VI. Syn. generali cap. 8. Clem. Rom. lib. 5. const. cap. ultimo Aug. Leone, Isid. Albino Flacco in lib. de diu. off. cap. de Spiritus sancti die. At à die maectationis agni vsque ad Dominicam hanc, qua Spiritum sanctum venisse & descendisse creditur, cõputantur 53. dies. ergo aduentus eius super Apostolos, aut fuit feria quinta, proximè precedenti: aut non videtur fuisse in die Pente-costes, id est, in ipso quinquagesimo die, à maectatione agni, facta feria quinta ad Vesperam.

Huic nodo primam solutionem adhibet Beda, inquiens: *Iuxta historiam, apud antiquos, dies Pentecostes, id est, quinquagesimus, quo lex data erat, ab occisione agni imputabatur. Hic autem non à Domini passione, sed, sicut beatus Augustinus exponit, ab eius resurrectione, dies quinquagesimus, quo Spiritus sanctus missus est, computatur. Qui, redeunte signi veteris exemplo, ipse sibi manifestissime diem Dominicam suo consecranit aduentu. Quo etiam temporis articulo verum Pascha die Dominico monstravit esse celebrandum. Nam sicut hic, sic & illic in ignis visione Deus apparuit, dicente Exodo: Totus mons igne fumigabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne. Quasi diceret. Lucas numeravit dies Pentecostes, non Iudaico more, sed Christiano, cõputando eos, non à die occisionis agni, sed à die resurrectionis Christi.*

Secundam explicationem ad-

hibet Rupert. noster, dicens Pente-costem Iudæorum & Christianorum anno passionis Christi in eadem diem Dominicam incidisse; quoniam Levit. 23. 15. sic habetur, *Numerabis ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimæ; id est, 50. dies: & sic offeretis sacrificium novum Domino. Et paulo ante vers. 10. Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis; & messueritis segetem; facietis manipulos spicarum, primitias messis vestre ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram Domino altero die sabbati. Quasi diceretur. In festo Azymorum (in hoc enim manipulus segetum offerebatur) altero die sabbati (id est, die Dominica) numerabuntur 50. dies: in quorum extremo offeratur sacrificium nouorum, quod erat festum Pentecostes.*

Si igitur à Dominica die cõputandi erant dies isti, & quidem à Dominica proximè occurrente post sabbatum Azymorum: ut habet Rup. & ratio ipsa docet; altera enim dies sabbati, dies Dominica est: consequens est quòd à die, quo Christus surrexit, computati fuerint anno illo dies Pentecostes Iudæorum: & proinde quàm fuerint completi eodem ipso die, quo Spiritus sanctus descendit super Apostolos.

Tertiam explicationem nodi comminiscuntur iuniorum doctissimi, constituentes in primis cum Rup. Pentecostes Iudæorum & Christianorum, anno

Secunda Rupert. lib. 2. in Lev. cap. 33.

145.

146.

Tertia aliorum recentiorum.

Aug. ferm. 114. de tempore. Leo ep. 81. c. 11. Isid. de diu. off. cap. 4.

143. Prima solutio Beda. Beda ubi s. ad cor. 2.

144.

passionis Christi in eandem Dominicam diem incidisse: afferentes tamen contra illum verbum illud *Leu. 23. altera dies sabbati*, significare diem Dominicam; quoniam dicunt, non significare nisi secundam diem Azymorum, primò eo quòd nomine sabbati significabatur eo loci dies Azymorum, quæ solemnis erat, & generali nomine appellabatur dies sabbati, & sabbatum. ita *Lyra, Abul. & Caiet.* Secundò quia expressis verbis *Iosephus* dicit quòd à secunda die Azymorum computabatur dies 50. in quorum ultimo festum Pentecostes colebatur.

Quòd si obiiciamus eis, sequi euidenter ex hoc, plusquam quinquaginta dies fluxisse à secundo die Azymorum ad Spiritus sancti descensum: vtpote quòd anno illo secunda dies Azymorum incidit in sabbatum, & propterea pridie quam Spiritus sanctus veniret, impletum fuisse numerorum 50. dierum. Respondent quòd quia anno illo secunda dies Azymorum incidit vere in sabbato pridie ante Dominicam, ideo à Dominica proximè occurrente summa illorum quinquaginta dierum imita est. Non enim licebat in sabbato falcem in messem mittere, alia inferuilia opera impendere: quæ tamen necessaria erant ad offerendum manipulum primitiatum, de quo supra ex *Leuit. 13. vers. 15.* & ideo differebatur in tertiam Azymorum diem manipuli oblatio & computatio quinquaginta dierum. ita *Illusterrimi & Doctissimi Cardinales*

Bellarmin. & Baron. & alij.

Quartam & vltimam possumus nos explicationem subiungere, si semel cū historia Scholastica cap. 11. Actorum premiserimus festum Pentecostes per septem continuos dies celebrari: non secus atque festum Azymorum, ac Scenopegiæ. Hoc enim admisso dici posset quòd licet in duo, aut biduo post primum diem Pentecostes Spiritus sanctus descenderit: at non descendisse exactis Pentecostes diebus, aut completis; sed dum complerentur: vtpote qui erant numero septem. & Spiritus sanctus descendit in medio festiuitatis, vel prope medium, vti que secundo vel tertio die.

Ex his quatuor solutionibus (si meum licet iudiciū interponere) prima solidior cæteris mihi apparet. Primò, quoniam *Lucas*, non Iudaicam, sed Christianam historiam texebat: quando iam *ly Pentecostes* pro Spiritus sancti descensu super Apostolos apud Christianos intelligebatur: vt constat ex eo quòd cap. 20. *Acton. 20. 16.* scripsit. Dixit enim, *Proposuerat Paulus transigrare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim (si possibile illi esset) ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis.* Cū enim non liceret iam ei Pentecostem Iudaicam, tunc temporis iam antiquatam, & abrogatam, sed Christianam agere: consequens est quòd *Lucas* nomine *Pentecostes* non intellexit illud, sed istud. Secundò, quoniam *Lucas* hætenus nullam de Iudaicis ritibus vocem ediderat: sed tantum sermonem

Iosephus
lib. 3. antiq.
cap. 10. alias
73.

147.

Bellarmin. lib.
3. de cultu
SS. c. 15.
Baron. t. 1.
ad. ann.
Christi 34.
p. 139.
Manuel Sa.
E. Lnc. 23.
15.

Quarta
Acton.

148.

Acton. 20.
16.

monem fecerat de numero 40. dierum, per quos Christus redituum se præbuit Apostolis, atque de ascensionis spectro: item de Spiritu sancto promisso non post multos ab ascensione dies. igitur eum modò inquit, *Cum complerentur dies Pentecostes*; cur de Pentecoste Iudæorum, & non potius Christianorum intelligendum erit? ita ut sensum faciat promissionem Christi retardatam non fuisse, sed præstolatam ad eò, ut intra quinquaginta à resurrectione dies opere sit exhibita: per quod Montanistarum errori via præclusa est, qui dicebant, Spiritum sanctum non venisse, vsque dum Montanus apparuit: ut refert Isid. Pelus. Quare huic Bedæ nostri sententiæ subscribunt Rabanus noster, Caletanus, Franc. Suarez, & alij.

Quod si obiiciat aliquis primò sequi ex hoc Spiritum sanctum non venisse, cum complerentur dies Pentecostes, sed post completos. Resp. ita esse loquendo de Pentecoste Iudæorum, at non de Christianorum, ut patet. Quod si secundò obiiciat frustrari in hoc consilium, quod habuit Lucas in usu huius vocis *Pentecostes*, quod proculdubio fuisse videtur ostendere Spiritum sanctum descendisse eo ipso die, quo Ierosolymis congregati erant Iudæi, *ex omni natione, quæ sub caelo est*, ut ipse vers. 5. asseruit. Ter enim Iudæi omnes quotannis Ierosolymis confluebant, utique in Pascha, Pentecoste & Scenopegia.

Si igitur secundò id obiicias;

respondeo ex præallegato testimonio potius contrarium posse colligi, & debere. Lucas enim hic per *ly ex omni natione, quæ sub caelo est*, non subintellexit superuenientes hospites, sed potius habitatores & colonos Ierusalem. Dixit enim, *Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione, quæ sub caelo est*. Quod adhuc roboravit, subiiciens vers. 9. *Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libya, quæ est circa Cyrenem*. Ut enim hos omnes ostenderet habitatores Ierusalem, non verò hospites, attextit protinus, *& aduenæ Romani*. Ex quo enim Romanos tantum nuncupavit aduenas, subindicavit istos tantum hospites esse, reliquos autem inquilinos, qui vel studiorum, vel mercimoniorum causa illic commorabantur. Quare propter diuersa nationum genera, quæ ibi sedem figerant, diuersæ Hierosolymis Synagogæ erant: ut constat ex illo Actorum 6. vers. 9. *Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia*. quod de variis Synagogis intelligendum esse constat, cum interpretibus, maxime Chrysoft. Oecumenio, & aliis.

Quod si demum obiiciat frustrari figuram & typum veteris Pentecostes, cum tamen negari non possit, quin illud præsignauerit illud, & proinde eodem

Isid. Pelus.
lib. 1. epist.
500.
Rab. Calet.
5. Act. 2. 1.
Suarez 3. P.
4. 1. 4. 5.
lect. 7.

150.
Obiectionibus
occurritur.

Chrysoft. 3.
Act. 2. v. 1.
Oecum. ibi.

152.

prorsus die esse complendam. Respondeo quod etiam agni paschalis mactatio præfigurabat passionem Christi; quæ tamen non feria quinta ad Vesperam, vt illa, sed feria sexta contigit. Quare licet Pentecostes Iudæorum præsignauerit Pentecostem Christianorum, non proinde sequitur ambo eodem die accidisse, vel accidere debuisse. Dico autem illud Pentecostem præsignasse istud: quoniam ita habent

Aug. Hier. vbi sup. Cypr. & Leo serm. de Spiritu sancto. Iud. in catena Exodi c. 19.

August. Hier. Cypr. Leo, Iud. Beda & Rabanus nostri hic Quare vt illic lex in igne data est, ita hic; licet illa paucis, quoniam scripta: hæc autem multis, quia nõ litteris, sed cordibus exarata. Secunda item solutio, quæ nostri Ruperti est, certa ac vera inuenitur in eo quod ait anno passionis Christi vtriusque Pentecostes diem in idem omnino itrepisse tempus; non tamen in eo quod id colligit ex constitutione Leuitici 15. 25. vtique, *Numerabis ab altera die sabbati quinquaginta dies.* quoniam, cum hæc constitutio vniuersalis sit, & pro singulis stabilita annis, si aliquid pro Ruperto probaret, perinde concluderet, quotannis Pentecostes Iudæorum in eandem Dominicam prouenturam, vt pote quæ in sequentem diem à sabbato ex præscripto legis incidere debebat.

Scio Rupertum id non pro inconuenienti, sed pro mysterio reputasse. Sic etenim & argute ait, *Ita sit, vt nos atque Iudæi sepius eadem die, sanctum Pascha celebremus: eo quod nequaquam eo die, quo illi agnum suum iugulabant, sed*

154. Rupert. vbi supra.

quo fascicula coram Domino de manibus spicarum primitias messis offeruntur: nos quoque paschale sacrificium offerimus. Vt autem huius mysterium explicet, subdit, inquit, *Nūquid de insensibili spicarum cumulo cura est Deo? an nõ potius propter illum fasciculum nostrum, hæc fieri iussit? de quo Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Qui enim fasciculus myrrhæ propter passionis amaritudinem; ipse idem botrus Cyprî dicitur, propter resurrectionis dulcedinem. & rursum: An non in prouidentiam resurrectionis huius fasciculi; qui resurrecturus erat altera die sabbati, illum talem fasciculum iussit hæc sancta & mystica lex eleuari coram Domino altera die sabbati.*

Mox item addit, *Inde merito laudanda est studiosa sanctæ Ecclesiæ fides, vel industria, quæ hoc præfiniuit, vt quacumque feriarum sanguinei Iudæi suum trucidant agnū, vel hadum, expectetur altera sabbati, quo illi secundum legem, primitias messis eleuare consueuerint, vel spicarum fasciculum: & tunc deum nos vitalem nostrum eleuamus fasciculum, dicentem: Exurrexi, & adhuc tecum sum. Et rem totam perstringens, & absoluens, ait: Igitur solemnitatum trium, maximam magisque caelestem habet causam festiuitas hebdomadarum, & id primò magis placet, ac delectat nos, quod Dominica dies earum principium, & finis est: vt Christiane læticia diem vtrique Iudæi celebrauerint, etiam inuidentes. Ecce qualiter ex prouidentia legis asserit constitutum, vt Dominica die Iudæi fasciculum messis offerrent, & quod ab ea quinquagesimam*

gesimam suam computarent, vt nos à resurrectione ad Pentecostem: vt communis dies paschatum communem generaret lætitiã, & gauderent de figura qui de veritate discutiabantur. Edictum autem legis vniuersale, ad omnes annos erat.

136. Nihilominus cum à Dominica resurrectionis in Dominicam Pentecostes quadraginta nouem dies, non amplius sint: consequens est, vt si ab eadem Dominica vtrumque Pentecostes sumebat exordium, quod neutrum esset verè Pentecostes, id est, tempus & cumulus quinquaginta dierum, sed tantum 49. Præterquam quod (vt Iosephus habet) *secunda die Azymorum offerretur manipulus de frugibus messis.* Quædo igitur prima dies Azymorum incidebat, v. g. in feria secunda, quomodo in Dominicam sequentem reicienda & differenda manipuli oblatio? & exordium computationis quinquaginta dierum? Neque in hac parte Iosepho refragandum est, vtpote qui tamquam eximius Ierosolymorum Sacerdos, praxim ritualet legum probè multum callebat.

137. Tertia rursus sententia, quatenus cum precedenti consentit in priori parte eandem quam illa certitudinem obtinet; & idem est quatenus asserit in elogio Leuit. 23. vers. 10. & 15. per alteram diem sabbati intelligendum esse primum diem post festum Azymorum: quo etiam pacto intelligitur à Cyrillo, Caiet. Abulimmo à Iosepho vbi supra, ab aliisque Rabinis. Ac demum

idem est quatenus ait ordinariè quidem numerari cœpisse dies Pentecostes à secunda die Azymorum. Non tamen in eo quod ait quod quando secunda dies Azymorum occurrebat in sabbato, tunc cœpisse numerari à die tertia Azymorum, propter feruilia opera, quæ ad oblationem manipuli requirebantur: vtique metere segetes, siccare, deferre ad Sacerdotem, & similia, quæ sabbato fieri non licebat, ob eximiam sabbati reuerentiam. & ideo talis manipuli oblatio, & initium numerandi 50. dies, in sequentem diem reiciebatur. id est, in primã diem profanam, quando secunda dies Azymorum incidebat in sabbato. Et proinde quod quia anno passionis Christi secunda dies Azymorum incidit in sabbato, ideo tam oblatio manipuli, quàm initium computandi diem Pentecostes, in Dominicam proximè sequentem reiecta sunt.

138. Igitur quantum ad hanc partem tertia sententia non arridet: quoniam præterquam quod sine teste asseritur, & quod demessio segetum ad oblationem manipuli diem sabbati non violabat: vel quia erat religionis opus, vel quia pridie fieri poterat, vt postridie offerretur, vt verba textus Leuit. 23. 15. admittere videntur. habent enim, *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, facietis manipulum spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram Domino altera die sabbati.* Hic autem

non magis præscribitur dies mittendi manipulum, quam terram promissam intrandi; sed tantum definitur dies, quando manipulus Sacerdoti traditus, coram Domino offerendus esset: utique altero die sabbati, uti in immolatione agni paschalis ille qui victimandus erat, ante quinque dies domi erat seruandus. Et fauet Iosephus, inquit, *Secunda die Azymorum offertur manipulus frugibus demessis*: hoc est, ex frugibus iam ante demessis.

Igitur præter hæc, quæ non leuia sunt, vel illud premit maximi quod alias in istam sententiam idem quod in sententiam Ruperti incoueniens graffaretur: nimirum, anno passionis Christi tam Pentecostes Iudæorum, quam etiam Christianorum non in Dominica terminante septem hebdomadas, sed in feriam secundam sequentem completa esse. Et proinde Spiritum sanctum verè non venissimum complerentur dies Pentecostes; sed antequam complerentur.

Quarta demum solutio re ipsa non subsistit; quoniam licet suppositionis illius assertorem habeat non solum Magistrum historiæ Scholasticæ, verum & Hugonem, & alios, & quidem non temere: siquidem elogium illud Ruperti, supra dicentis, *Harum trium solemnitatum, maximam, magisque celestem habet causam festiuitas hebdomadarum, que Græcè dicitur Pētecostes*. Nam magna quidem beneficia fuerunt quod Pharaonis dominatione liberauerit Dominus populum suum, quod in-

troduxit in illam terram, pro qua iurauit patribus eorum: sed maximum atque optimum fuit quod pepigit cum eo, ut esset Deus ipsorum. Nam illa quidem bona, sed transitoria fuerunt: hoc bonum, & optimum est, quia sempiternum. Elogium igitur hoc magni ponderis est, utpote maxima rationis & authoritatis mole circumdatum. Cui possumus annectere illud quod supra tactum est, nimirum festum hoc fuisse institutum in memoriam datæ legis in monte Sinai, ubi per multos dies demoratus legitur Moyfes Exodi 19.

Nihilominus communis Doctorum consensus est Pentecostes festum vno tantum fuisse contentum die, tum primò ut institutum in memoriam illius diei, quo Dominus descendit in montem Sina, & legem dedit Moyfi, qui tantum vnus fuit, ut patet Exodi 19. ibi, *Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat*. Tum secundò, quia Leuitici 23. postquam à vers. 5. vsque ad nonum edixerat Dominus septem dies celebrandos in festo Azymorum: & antequam à vers. 34. vsque in finem ediceret septem alios dies solemnes pro festo Tabernaculorum: à vers. autem 10. vsque ad 22. edicens festum Pentecostes, vnus tantum diei fecit mentionem, dicens vers. 21. *Vocabis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum*. Omne opus seruire non facietis in eo. Constat autè quod si per plures dies festum illud, ut duo alia, agitandum esset, quod etiam expressisset eos, ut expressit alios.

Tum

Iosephus
vbi 5.

159.

160.

Hugo, Tal-
lius Grif-
poldus sup.
Act. 2
Rup. vbi 5.

161.

Leuit. 23. v.
34.Leuit. 23.
21.

161.
Moyſes Ægypti. lib. 3.
duſtoris du-
biorum cap.
44.

Tum tertio, quoniam ita ſenſit Moyſes Ægyptius, dicens, *Dicemus igitur quod feſtum Pentecoſtes eſt dies, in qua data fuit lex, & propter honorem ipſius diei numerantur dies à die Paſchæ uſque ad ipſam diem. Sicut qui expectat viſionem amici, quem diligit ex animo, & numerat dies donec videat ipſum. & mox, illa manifeſtatio grandis & honorabilis non fuit niſi una die: & ita memoria eius ſingulis annis non fit niſi una die.*

163.

Quod autem duo alia feſta per ſeptem dies celebrarentur, in cauſa eſſe potuit, quod feſtum Azymorum, vt patet Deut. 16. inſtitutum fuit, vt filij Iſraël meminere dierum egreſſionis de Ægypto, qui plures, & amari fuerunt. De quo Iosephus & Philo multa, Feſtū item Scenopegla, ſeu tabernaculorum plures etiam habuit dies, vtpote inſtitutum Leuit. 23. & Num. 19. in memoriam illius temporis, quo filij Iſraël egreſſi de Ægypto per deſertum in tentoriis & tabernaculis per multos dies degabant. At feſtum Pentecoſtes inſtitutum fuit in memoriam datæ legis, quæ vnum tantum occupauit diem.

Ioseph. lib. 3. antiq. cap. 10.
Philo lib. de ſacrifi. Abel & Cain.

Quid ergo tandem dicendum? ſane id quod lego apud eruditifſimum patrem Ribera quolib. 5. de templo 3. tractum de feſtis Hebr. cap. 7. præmittens elogium Leuitici 23. verſ. 15. quod nos retulimus in proſitione ſententiæ Rupert. ita inquit: *Ex his videmus Pentecoſtem celebrari menſe 3. Nam his quinquaginta diebus continentur quindecim ex primo menſe, qui numerabantur à*

decimoſexto die, qui erat ſecundus Azymorum, & ſecundus ex toto menſe ſecundo & ſexto die menſis tertij celebrabatur Pentecoſtes, id eſt, quinquageſima: à numero dierum ſumpto nomine. Sicut & feſtum hebdomadarum dicitur Deut. 16. à ſeptem hebdomadibus integris, quæ numerabantur.

164.

Et mox, Hinc etiam vidimus in Dominica noſtri Pentecoſtes impleri omnino hunc numerum: rectèque de ea dixiſſe Lucam Actorum 2. *Dum complerentur dies Pentecoſtes. Tunc enim ſabbatum fuit 29. dies Azymorum: & ab eo uſque ad ſabbatum ſeptima hebdomada 49. dies ſunt. Dominica fuit quinquageſima, ſue Pentecoſtes. Itaque noſtra Pentecoſtes, quæ veteri illi ſucceſſit, non numeratur à die quo Dominus paſſus eſt: eſſet enim quinquageſimus primus dies, nec à die reſurrectionis, quia eſſet 49. ſed ab eodem die à quo Iudæi numerabant, id eſt, à ſecundo die Azymorum: quo die Spiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos. Hæc ſapientiſſimus Pater Ribera: quibus nihil addere, aut adimere eſt, pro mea ſententia, & pro ſolutione argumentorum, quæ initio induximus, præſuppoſitis quæ tam abundè probauimus.*

CAPVT XII.

*Respondetur secundo argu-
mento quoad secundam
partem, & ostenditur
cur in die Pentecostes
Spiritus sanctus descen-
derit super Apostolos in
spiritu uehementi.*

165.
Causa descē-
sionis Spiritus
sancti super
Apostolos, se-
ptem.

Chrysostom.
4 in Acta.

Chrysostom.
5.
Ecum.
5.
Act. 1.

Epiph. lib. 1.
de hæres.

AD secundam partem se-
cundi argumenti respon-
detur illius flatus uehementiam
plures, & quidem mysticas ha-
buisse causas. Prima ad demon-
strandam planè diuinam, & à
cælo esse illarum linguarum su-
per Apostolos effusionem. Ait
enim Chrysost. *Si cum hoc acci-
disset, dixerunt: Musto pleni sunt,
quod non dixissent, si signum non
fuisset additum?* Secunda ut me-
ra Spiritus, qui Apostolis infun-
debat, uehementia, contra ad-
uersarios manifestaretur. Quæ
admodum super mare rubrum
uehemens ad fugandas aquas
ventus reffluit Exod. 14. v. 21. ut
etiã idem Chrysost. & Ecumenius
que notarunt. Turris etiam Ba-
bel ventorum impetu euerfa le-
gitur apud Epiphani. Tertia, ut
sicut corpora senserunt ignem
in linguis, apparuerint siquidem
disperite lingue tamquam ignis;
sic senserunt & sonitum in voce.
iuxta quæ tangit Beda, utrum-
que enim ad prædicationem op-
portunum erat, lingua & vox: &
vox maxime uehementi, eo quòd

*in omnem terram exiuit sonus eo-
rum: & in fines orbis terra uerba
eorum.* Psal. 18. v. 4.

Quarta esse potuit ut omni-
no propalaretur diuina uehe-
mentia, talis siquidem vox Do-
mini in uirtute: vox Domini in
magnificentia: vox Domini con-
fringentis cedros. Quinta, ut insi-
nuaretur robur quod præstat il-
le, qui præstat uehementiam ad
violentiam inferendam vel ipsi
cælorum regno: ut uolenti rapi-
ant illud, Matth. 11. prout
Clem. Hierosol. notauit. Sexta,
quoniam sonus uehementis est
sonus diuinus, dicente Ezech.
*Audiui sonum alarum, quasi sonum
aquarum multarum, quasi sonum
sublimis Dei. & tursam, Sonus
alarum cherubim audiebatur, us-
que ad atrium exterius, quasi uox
Dei omnipotentis loquentis.* 166.

Septima, quia cum uox ma-
gna & ualida in mote Sina tem-
pore quo lex dabatur, audita est,
Exodi 20. conuenienter in Spi-
ritus sancti aduentu super Apo-
stolos similis insonuit uox; que-
niam legislatio illa signum hu-
ius erat, ut cap. præcedenti plu-
ries uidimus: & uideri potest
apud Chrysost. Præsertimque
ut etiam Christus ipse obserua-
uit, *Non a terrarum orbi annun-
tiantur leges nouum testamentum,
non a creatura.* Cum igitur legum
promulgatio sublimi ac ualida
semper uoce fiat, consequens est
nouæ legis promulgationem ue-
hementem exegisse uocem.

Neque argumentum in con-
trarium aliquid momenti pro-
bat; quoniam aduentus ille erat
singularis, & ad singularem per-
sonam

166.

Psal. 28. v.

5.

Matth. 11. v.

20.

Clem. Hierosol. cat. 17.

Ezech. 1. 24.

Idem c. 10.

167.

Exod. 20. 18.

Chrysostom. for.

5. Penteco-
stes.

Idem ibid.

168.

sonam: is autem publicus, & ad personas, & in publicum bonum directus. Vnde sicut voces montis Sina terruerunt; quia cum lege terrifica, vox terrifica congruebat: vox autem grata & placida licet vehemens legi gratia quæ vehemens multum & placida est. Quidquid enim efficacia habet & vehementiæ, & simul suauitatis & leuitatis.

Et quidem si boni Spiritus (prout Gregorius habet) ingenium est, primum terrere, deinde recreare: vt etiam in Elia (de quo argumentum procedit) visum est: atque in Angelo salutante Virginem Luc. 1. Consequens est vt spiritus quo melior & potior, eo prima aspectu terribilior, deinde gratior & placidior sit, & talem se diuinus Spiritus in die Pentecostes ostendit.

Non est acceptor personarum Deus: sed in omni gente quæ timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quod Paulus aliter expressit, dicens, Non est distinctio Iudæi & Græci: sed idem omnium Dominus. Dives in omnes qui inuocant illum: omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. vtique, si in toto corde, & prout oportet introeatur. Rebelles enim & impœnitentes fideles, tamquam infideles in hac parte reputandi sunt. Quare generales istæ affirmatiuæ sententiæ semper intelligendæ sunt cum grano salis, in bono vtique & conuenienti sensu: nimitum nisi aliquid obstat. Vt cum dicitur Matthæi septimo, Omnis qui petit accipit, intelligendum est, omnis qui bene petit. Vt enim Iacobus inquit, Petitis, sed non accipitis: eo quod male petatis. Propter quod non omnis qui dicit Christo, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum: quoniam non satis est dicere, nisi dicatur vt oportet.

Act. 10. v. 34. Roman. 10. v. 12.

Matth. 7. v. 8.

Iacob. 4. v. 3.

171.

C A P V T XIII.

Respondetur secundo argumento primi capitis, quoad tertiam partem ex secundo Actorum vers. 21. & ostenditur quo iure dictum sit: Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Secundo respondetur, quod si per ly inuocare intelligatur idem quod credere: tunc huiusmodi elogium æquiualeat multis aliis, quæ tam in hoc libro Actorum, quam in aliis habentur. Etenim cap. 10. huius lib. vers. 43. dicitur, Hinc omnes propheta testimoniam perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credent in eum. & cap. 10. vers. 39. In hoc omnis qui credit, iustificatur. & cap. 16. vers. 31. Crede in Dominum Iesum, & saluus eris tu. & domus tua. & Marci ultimo vers. 15. Qui credideris,

Ad tertiam partem secundi argumenti respondet Beda hic huius elogij sensum esse eundem cum illo Diui Petri,

169. Greg. lib. 5. moral. c. 27. Reg. 19. v. 38. Luc. 1. v. 19.

170. Inuocatio Dei. Beda 3. Act. 16. v. 31.

& baptizatus fuerit, saluus erit. & ad Roman. 10. vers. 9. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, saluus eris. Quæ verba & similia non absolutam & consummatam salutem, sed inchoatam pollicentur; quatenus fides est initium salutis: non autem est ipsa salus, nisi alias gratia & charitate formetur; qualis est illa quæ per dilectionem operatur.

Inde illud Gregorij Magni, Fortasse unusquisque apud seipsum dicit: Ego iam credidi, saluus ero. verum dicit, si fidem operibus tenet; vera enim fides est, quæ in hoc quod verbo dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Ioannes ait, qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostra veritatem in vitæ nostræ consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus. Similia habet Venerabilis Beda.

His autem verbis non significatur fidem informem esse falsam fidem, & non veram: sed non esse veracem, quatenus ore simul & corde fides quæ verax est, pollicetur Dei obsequium & cultum, à quibus tamen deficit qui fidem tantum, hoc est, fidem sine operibus præfert. utique ad eum modum, quo Ephrem Syrus in Panoplia spirituali, dicit carere fide eos qui operibus carent. intelligendus est enim de fide viua, quæ sola solida est: nam fides mortua, velut vacua

interdum, ac vana reputatur, hoc est, non satis ad salutem conducens, dicente Iacobo, Quid proderit fratres, si quis dicat se habere fidem, opera autem non habeat?

Nec mirum sanè: aliquando enim fides sine operibus contemnitur tamquam vilis; dicente Augustino, Si confiteamini verbis, & factis negatis; fides talium morum prope est fides Demoniorum. Quare etiam in hac exceptione propositiones istæ affirmatiuæ eodem quo præcedentes moderamine intelligendæ sunt: utique nisi aliquid aliunde obftet: licet quia dum confessarius sacramentaliter dicit pœnitenti, Ego te absoluo. dicit verè, quia quantum est ex se absoluit, nisi per pœnitentem stet: ita in præfenti.

Dixi autem notanter in solutione secunda, si ly inuocare supponat pro eo quod est credere. Tum quoniam inuocare est quid consequens ad credere, dicente Paulo, Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt? Tum quoniam inuocare, de quo in facris litteris, importat toto corde clamare, & vero affectu petere: prout nos D. Thomas docuit: & ante illum Remigius, Ruffinus & alij. Huic autem implorandi modo quasi annexa impetratio est, prout Doctores relati aduertunt: & conicitur ex illo Psal. 4. vers. 1. Cum inuocarem, exaudivit me Deus iustitia mea. & Psal. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Vnde Genesis 4. commendatur Enoch

171.
Greg. hom. 29. in Euag.

Ad Titum. l. v. 16. Prima Canon. Ioan. c. 1. v. 2.

Beda super Marci vlt. 173.

174

175

Aug. 3. 1. 16. cap. 3.

Roman. 10. v. 14.

D. Th. lect. 2. 5. Rom. 10. Remig. & Ruff. 5. Psal. 4. v. 1.

Psal. 144. 18.

Genes. 4. vlt.

quod

quod cœperit invocare nomen Domini. Et Origenes explicans illud Psalmi, *Samuel inter eos qui invocant nomen eius.* dicit, solos iustos absolute dicendos. invocatores Dei. In ista autem significatione invocationis absolute potest concedi propositio nostra, imò debet; quoniam invocationi affectuosa, pia, & quæ ex toto corde est, aded sacris litteris defertur, ut Psal. 49. *legamus, Inuocame in die tribulationis, & eruam te.* & Psal. 30. *Non confundar cum invocavi te.* & Psal. 80. *In tribulatione invocasti me, & liberaui te.* & Psal. 85. *Multa miserationes omnibus invocantibus te.* Constans igitur sententia oraculi nostri est, nimirum invocantes Deum in veritate, hoc est, in integritate requisitorum exaudiri & saluari.

CAPVT XIV.

Respondetur secundo argumento quoad quartam partem ex Actorum 2. vers. 38. & ostenditur an aliquod pœnitentiæ genus prærequiratur in adultis ad Baptismum & quòdnam sit illud.

AD quartam propositionem argumenti secundi, ut respondeamus, primò obseruandum est, triplex genus hominum posse ad baptismi susceptionem accedere: utique infan-

tes, quibus rationis adhuc non eluxit usus; adulti, qui tantum originali labe laborant; & demum illi qui etiam actuali. Secundò aliud esse agere de requisitis ad veram susceptionem baptismi: aliud autem ad perfectam & plenam, illam nimirum, quæ effectum gratiæ & virtutum infert. Tertio dispositiones quæ possunt præquiri ad baptismum esse in duplici differentia. aliæ enim pertinent ad intellectum, ut fides in Dominum Iesum Christum: aliæ autem ad voluntatem, ut voluntas suscipiendi baptismum, & displicentia & dolor de peccatis commissis.

His positis, ut certa ab incertis separemus, sciendum est primò nullam ex parte paruulorum dispositionem præquiri, tam ad veram, quam ad perfectam susceptionem baptismi. Ratio est quia illam non possunt habere; vnde in fide parentum baptizantur: ut olim Iudæi in fide parentum circuncidebantur, & saluabantur, iuxta quæ habet D. Thom. & expositores illius ex Innocentio, ex Nazianzeno, ex Cypriano, ex Augustino, ex Concilio Mileuitano & Tridentino. Horum enim vna hæc est vox, pueros rationis usum non habentes baptizari posse. Cum igitur habere non possint dispositionem aliquam propriam ad baptismum, consequens est, quòd sine actu proprio recipiant verè & fructuosè eum. Et iure quidem: nam si citra proprium actum, quando illum habere non poterant, contraxerunt ab

177.
Infantes.

D. Th. 3. q. 68. art. 10.
Innocent. 3. c. maiores de Bapt.
Nazian. or. 40.
Cyprianus epist. 59.
Aug. lib. 1. de peccat. merit. c. 26. & lib. 3. c. 5.
Conc. Mileuit. c. 2.
African. canon. 76.
Trident. sess. 6. in decreto de peccato orig.

Adamo

Psal. 49. v. 5.
Psal. 30. v. 18.
Psal. 80. v. 8.
Psal. 85. v. 5.

176.

Roman. 5. v.
 Adamo originalem culpam, æquum est vt citra proprium actum, quando illum habere non possunt, contrahant per baptismum à Christo regenerationis gratiam. Vnde Apostolus vbi supra, *Si vnus delicto mors regnauit per Adam, multo magis gratia per Christum.*

178.
 Adulti.
 Sciendum est secundò quòd ad veritatem sacramenti baptismi, nulla ex parte adulti suscipientis fidei dispositio prærequiritur. Pater hoc in hæreticis, apud quos verum baptismi sacramentum confertur: cum tamen tam conferentes quam suscipientes vera fide careant.

179.
 Sciendum tertio quòd ad obtinendum baptismi potio-rem effectum vtique gratiam & virtutes; seu (quod idem est) ad suscipiendum perfectè sacramentum baptismi, opus est dispositione fidei in omnibus adultis. Primò quia sine fide impossibile est placere Deo: vt pote quòd fides est initium atque fundamentum iustitiæ. Secundò quia Marci vltimo scriptum est, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Prius illud, postea istud; & mox, *Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Actorum etiam 8. vers. 36. Eunuchò baptismi lauacrum postulanti dictum est, *Si credideris ex toto corde.* Quibus ipse respondens, *Credo filium Dei esse Iesum Christum,* baptismum suscepit à Philippo. Idem & dicendum est de spe.

180.
 Sciendum quartò, in omni adultorum genere opus est intentione & consensu ex parte

voluntatis ad veram susceptionem baptismi, hoc est, ad hoc vt verum baptismi sacramentum, quod characterem imponit, suscipiatur. ita Augustinus, Innocentius III. & communis Theologorum schola: asserit enim quòd ad valorem sacramenti opus est intentione & consensu ex parte suscipientis: ita D. Thomas, Bonauentura, Scotus, Durandus, Alexandrinus, Alensis, Hadrianus, Soto & alij. Ratio autem est quòd adultus suscipiens baptismum suscipit eum non in fide quidem & intentione alterius, cum iam sui compos sit: debet ergo suscipere illum consensu proprio, maxime quòd susceptio baptismi est fidei expressa professio. Ideo enim in nomine Patris & filij & Spiritus sancti tribuitur. At sine aliquo baptizandi consensu quomodo potest stare expressa professio fidei.

Sciendum quinto huiusmodi voluntatis consensum, aliàs intentionem prærequisitam ad veram essentiam sacramenti, non opus esse vt sit actualis, vel formalis. ita Concilia Carthaginense III. & Arausican. I. & ratio est, quia præter voluntatem formalem & actualem, potest esse intentio virtualis, quæ ad id est sufficiens. Imò neque opus est vt sit consensus virtualis, id est, consensus præteritus, qui virtute permanet in aliquo effectu suo, quatenus ex illo aliquid in opus deriuatum est; sed sufficit habituali; ille scilicet, qui semel præcessit, numquam tamen postea retractatus fuit:

Aug. lib. 4. de bapt. c. 24. sine.
 Innoc. 3. vbi supra.

D. Th. 3. 6. 3. art. 7. & in 4. distinct. 6. q. 1.
 Bonau. ibid. art. 1. q. 1.
 Scotus ibid. q. 4. §. hinc distinguo.
 Durandus ibid. q. 7. n. 9.
 Alensis 4. p. q. 18. memb. 1.
 Hadrianus ibid. q. 1. de bapt.
 Soto in 4. dist. 5. q. 1. 181.

Conc. Carthag. 3. can. 34.
 Conc. Arausican. sic. 1. can. 11.

Gabr. in 4. q. 2. art. 2. cōcl.

2. Scotus ibid. q. 2.

Thomista

3. q. 69. 3. P.

2. c. 10.

182.

Conc. To-

let. 4. c. 36.

Innoc. III.

ubi 5.

83.

ita Gabriel, Scotus, & Theologi communiter.

Ratio autem est, quia huiusmodi voluntas verè est voluntas, imò neque opus est huiusmodi actualem vel virtualem, vel etiam habitualem esse consentum, aut fuisse verè spontaneum & omnino liberum: sed satis est esse aut fuisse coactum; dummodo saluetur in eo ratio voluntarii, quo absolutè & verè consentiatur in veram baptismi susceptionem. ita Conc. Toletan. IV. tempore Sisubuti Regis Hispaniæ, & habetur in cap. Iudæis 45. distinctione, & Innocentius III. Et ratio est, quia voluntas coacta, voluntas est, & voluntas simpliciter: vt patet in eo qui vt vitet periculum mortis, tandem vult proicere merces in mari; & in eo qui in articulo mortis pœnitet, & restituit alienum, vt illi dimittatur peccatum.

Sciendum denique quòd ad verum simul & perfectum sacramentum Baptismi suscipiendum, id est, tam secundum veritatem, quam secundum efficacitatem, non opus est in adulto accedente cum solo originali peccato, aliquo dolore præuio. Cum enim peccatum illud propria voluntate non sit commissum, non indiget proprio voluntatis actu, vt per baptismum expellatur.

Quare totius difficultatis cardo vertitur in hoc: An adultus accedens cum originali simul & personali peccato mortali ad sacramentum Baptismi, egeat aliquo dolore, vt gratiam rege-

nerantem obtineat. In quo est prima sententia Gabrielis & Petri Soto, dicentium in huiusmodi peccatore requiri ad prædictos effectus pœnitentiam veram cum summa Dei dilectione coniunctam: hoc est, requiri contritionem. Primò, quia antequam Deus per baptismum cōferat gratiam regenerantem, opus est vt ipse solus per liberam condonationem remittat peccata: quia solus ipse est qui potest peccata condonare. Vnde remissionis opus soli Deo, sine hominum ministerio reseruatum est. Sed ad peccatorum remissionem, factam aliudè quam per sacramentum, opus est contritione; ergo. Secundò quia cum homo per peccatum actuale voluntarie se auertit à Deo vltimo fine, opus illi est conuerti ad eum vt ad vltimum finem; quod non fit nisi toto corde conuertatur: talis autem conuersio contritio est.

Hæc autem sententia falsa omnino inuenitur. Primò, quia Conc. Tridentinum non leuiter innuit contritionem perfectam (de qua hic præfati authores) non esse requisitam ad iustitiam & gratiam obtinendam per sacramentum Pœnitentiæ; ergo multo minus per sacramentum Baptismi. Secundò, quia aliàs nullus dignè ad hoc sacramentum accederet, nisi esset in gratia, quæ mox ad perfectam contritionem sequitur: & proinde baptismus esset sacramentum vitiosum; atque aded minister non tam sordes peccatorum ablueret, quam ablutas ostenderet.

Gabr. in 4. dist. 4. q. 2. & dist. 14. q. 2. Petrus Soto lib. de instit. sacerdot. lect. 4.

183.

Conc. Trid. sess. 14. c. 4.

184.

Difficultatis cardo.

Tertio, quia hoc sacramentum per se institutum est ad regenerandum hominem, tamquam vera regeneratio. Ergo præsupponit priuationem vitæ spiritualis: vt generatio per se fit ex priuatione formæ; & proinde peccatum.

Quarto, quoniam alias nunquam sacramentum Baptismi daret remissionem peccati originalis; neque primam gratiam ex opere operato: nam quæ dantur per contritionem perfectam ex voto baptismi, non dantur ex opere operato.

Neque argumenta aduersariorum obstant. Ad primum enim respondetur falsum esse quod Deus per sacramentum Baptismi non remittat peccatum; contrarium enim habetur in Conc. Trident. & patet in pueris. Ad secundum respondetur quod virtute sacramenti infundentis gratiam conuertitur homo ad Deum vt ad vltimum finem.

Secunda sententia est Nauarræ, viri piissimi & sapientissimi, dicentis sub disunctione, requiritur ad effectum baptismi in huiusmodi adultis contritionem, veram, vel saltem existimatam, quia Concil. Tridentinum sessione 6. cap. 6. & 7. describens modum iustificationis adultorum per baptismum, assignat pro dispositione praua, odium & detestationem peccatorum: quam vocat penitentiam necessariam ante baptismum. Constat autem contritionem esse odium peccati. Itaque sub disunctione dicit requiri contri-

tionem ad effectum baptismi, id est, contritionem veram, vel saltem existimatam. Et hoc secundum probat ex eo quod si ad prædictum effectum semper necessaria esset vera contritio, ita vt nunquam sufficeret existimata, nunquam baptismus primam gratiam conferret: nam posita contritione statim infunditur gratia iustificans.

Sed neque hæc sententia placeat. Prima siquidem pars illius impugnatione præcedentis sententiæ excidit. Secunda etiam excidet ex eo, quod licet prudens existimatio dignæ susceptionis sufficiat ad excusandum à peccato, eum qui re ipsa indignus accedit, non tamen vt eodem obtineat effectus, quos digne accedens obtineret. Requisita enim ad sacramenti effectus non ex opinione susipientis, sed ex intentione instituentis pensanda sunt. Quare vel instituens non requirit contritionem tamquam necessariam conditionem ad effectum; vel non sufficit contritio existimata. Neque obest testimonium Concilij Tridentini, quoniam contritio imperfecta, quæ tantum est attritio, importat etiam odium & detestationem peccati.

Tertia sententia est Magistri Soto, viri vbique terrarum colendissimi, dicentis, sufficere quamcumque displicentiam peccatorum, quocumque conceptam mortuo, siue propter amorem Dei, siue propter turpitudinem peccati, siue propter metum gehennæ, siue infamiae, siue mortis, similibusque naturaliter

displic

186.
Argumentis
aduersariis
occurritur.

Conc. Trid.
sess. 6. de
cret. de pec-
cato orig.
canon. 5.

187.
Sententia Na-
uarræ. in
summ. c. 1. n.
39.

188.
Nauarr. in
summa c. 1.
n. 39.

189.
Sententia
Soto de nat.
c. 1. & 10.
dist. 6. q. 1.
art. 7. §. 3.
reuer.

displicentiam ingenerantium. dummodo displicentia ista iuncta sit proposito de cætero non peccandi.

190.

Ratio eius est quòd talis metus, quantuncunque ob pœnas temporales conceptus, bonus est, & verè timor Dei: à quo tantùm omnis pœna, etiam temporalis infligitur. Ergo licet non sit perfectus, erit tamen ad baptismum sufficiens. Tum quia baptismus supponit hominem valde imperfectum & velut infantem in rebus diuinis: & proinde non prærequirit actus perfectos in eo. Tum quia iuxta Tridentinum sessione 14. cap. 1. minor dispositio requiritur ex parte suscipientis baptismum, quam sacramentum Pœnitentiæ. Cum igitur ad sacramentum Pœnitentiæ sufficiat attritio ob motiua spiritualia, consequens est, vt ad baptismum sufficiat attritio ob motiua temporalia.

191.

Sed nec ista sententia placet, quoniam displicentia de peccatis, quæ secundum Deum non est, & ex motiua supernaturali, non potest esse dispositio ad effectum supernaturalem, qualis est gratia baptismi; maxime dicente Concil. Trident. sessione 6. cap. 6. quòd pœnitentia necessaria ante baptismum est odiù, vt detestatio peccatorum, ad quam diuina gratia excitat. Et sanè, si dispositio quæ est ex parte intellectus, scilicet fides, debet esse supernaturalis ad hunc effectum: quare non etiam illa, quæ est ex parte voluntatis? nimirum displicentia peccatorum actualium? Idcirco Concil. vbi

supra, de vtraque dispositione eadem verborum sublimitate loquitur. Quare dolor conceptus ex inferiori motiua, & procedens aliunde quàm à gratia Dei, non est sufficiens dispositio ad iustificationem habendam per baptismum.

Quarta sententia est Melchioris Cani, viri omni genere litterarum conspicui, dicentis esse necessarium & sufficiens ad obtinendam gratiam baptismi, quemcumque dolorem de peccatis, qui verè sit attritio, etiam existimata & cognita; qualis est dolor de peccatis propter metum gehennæ, vel turpitudinem peccati: non verò dolorem, qui merè tantùm sit ob malum temporalis incommodi: nisi alias qui sic accedit, probabiliter existimet bona fide se satis dispositum esse.

192.
*Sententia
Cani.*
Cano in re-
lect. de pœ-
nit. part. 2.

Primam & vltimam partem probat ex eo, quòd is non ponit obicem gratiæ: & proinde non stat per illum, quominus ei gratia conferatur. Secundam autem ex eo quòd talis dolor nihil omnino supernaturalitatis habet: vtpote qui merè naturalis est, & fortè naturaliter & necessario elicitus. Ergo nihil dispositionis habet respectu gratiæ supernaturalis.

193.

Sed quidquid sit de priori parte, de qua mox; secunda iam expugnata manet ex dictis contra secundam partem sententiæ Doctoris Nauarri. Quare falsum est eum qui ita accederet, sine obice accedere; cum planè indispositus esset.

194.

Quare dicendum est cum

195.

Suarez sup.
3 p.D.Th.9
69. art. 10.
disp. 28.
sect. 1.
Vasquez
ibid. disp.
138. c. 4.

Conc. Trid.
sess. 6. c. 6.

Hem Conc.
sess. 14. c. 4.

communi Theologorum scho-
la, de qua sapientissimi Suarez
& Vasquez, veram & nudam
attritionem prærequiri & suffi-
cere ad iustificationem baptismi
in quolibet adulto, originali si-
mul & actuali peccato mortali
affecto. Prior pars, hoc est, veram
attritionem prærequiri, patet ex
eo quod iuxta Conc. Tridentinū
aliqua pœnitentia ante bap-
tismum agi oportet: & talis quæ
importet odium aliquod & de-
testationem aduersus peccata,
excitante ad id gratia Dei. Sed
hæc ad minus est attritio, alias
contritio imperfecta. Ergo se-
cunda etiam pars patet ex eo
quod idem Concilium apertè
allerit, huiusmodi attritionem
sufficere ad iustificationem ob-
tinendam per sacramentum Pœ-
nitentiæ; ergo multo magis per
sacramentum Baptismi, quod
munificentius erga peccatores
est. Secundo ex eo quod sacra-
mentum Baptismi est sacra-
mentum mortuorum: ergo suffi-
cit ad eum summus & potissi-
mus actus hominis mortui: talis
autem est attritio. Tertio, quo-
niam attritio est actus superna-
turalis ex motione Dei, & pro-
pter motuum æternum, utique
vel propter turpitudinem pec-
cati, vel propter gehennæ me-
tum: & demum non est timor
humanus, qui tam mali quàm
boni potest esse causa; sed est
timor diuinus, qui causat pecca-
ti tadium & detestationem. Cõ-
uenienter ergo dictum est, *Pœni-
temini, & baptizetur unusquisque
vestrum.*

& refertur de pœnitentia distin-
ctione prima cap. neminem, in-
quit, *Neque quemquam putes ab
errore ad veritatem, à peccato ad
correctionem sine pœnitentiâ posse
transire.* Et Gregorius Magnus in
pastorali, *Qua ergo mente, qui* Gleg. 3. p. 1.
transactas culpas flere negligunt, past. adu.
viuum securi de versia: quando
ipse summus Pastor Ecclesiæ, huic
*etiam sacramento (scilicet bap-
tismi) ad dandam pœnitentiâ cre-
didit, quod peccata principaliter
extinguit?* 31.

Quod si obiicias inde sequi
tantam dispositionem prærequi-
ri ad baptismum in peccatore
adulto actuali, atque ad sacra-
mentum Pœnitentiæ. Respon-
detur quod sicut tam ferreum
votum non peccandi de cætero
requiritur ad baptismum, quàm
ad pœnitentiâ; ita tanta dete-
statio peccatorum. Cum hoc ta-
men discrimine quod ad verita-
tem sacramenti Baptismi tan-
tum requiritur intentio susci-
piendi eum: ad effectum verò
gratiæ requiritur etiam attritio.
Ad veritatem autem & ad effe-

ctum sacramenti Pœniten-
tiæ ultra intentionem
requiritur etiam
attritio.

CAPUT XV.

Respondetur tertio argu-
mento quoad primam
partem ex tertio capite
Aetorum vers. 17. &
ostenditur quo iure dica-
tur de Iudæis quod per
ignorantiam crucifixe-
runt Christum.

Argumenti tertij prior pars
acerbum simul atque diu-
turnum bellū mouet; quatenus
ex vno capite videtur explora-
tissimum fidei dogma Iudæos
crucifixores Christi id ex igno-
rantia fecisse. Primò propter il-
lud Christi Domini Lucæ 23.
Pater ignosce illis, quia nesciunt
quid faciunt. Secundò propter
istud Petri Aetorum 3. Et nunc
scio fratres, quia per ignorantiam
fecistis, sicut & Principes vestri,
quod est nostræ quæstionis sco-
pus. Tertio propter illud Ro-
man. 10. Testimonium perhibeo il-
lis, quod amulationem Dei habent,
sed non secundum scientiam. Quar-
tò propter illud primæ Corin-
thiorum 2. Si cognouissent, num-
quam Dominum gloria crucifixe-
runt. Quintò propter illud Ioan-
nis 16. Hac facient vobis, quia non
nouerunt Patrem, neque me. Sextò
propter illud Ioan. 7. Christus
cum venerit, nemo scit unde sit.
Septimò, quoniam Patres, vei-
que Origenes, Tertullianus,
Chrysostronus, Hieronymus,

Anselmus & Theophylactus id
planè asserunt. Denique quo-
niam apud Iudæos nihil sic erat
in votis, atque Messia aduen-
tus; propter hoc enim appella-
batur, *Expectatio gentium*: & de-
siderium collium æternorum, Gene-
sis 49. Igitur si verè illum agno-
uissent, consequens est vt morte
non exturbassent. Non ergo
agnouerunt illum.

Ex alio autem capite, quod
non ex ignorantia, sed ex liuore
& malitia, mortem illi machi-
nati fuerint, videtur extra con-
trouersiam esse. Primò propter
illud Matthæi 21. *Agricola viden-
tes filium, dixerunt intra se: Venite,
occidamus eum.* Citea quod Hie-
ronymus apud D. Thomam,
*Manifestè Dominus probat ex
verbis Iudæorum Principes non per
ignorantiam, sed per inuidiam, Dei
filium crucifixisse, intellexerunt enim
eum esse illum, cui Pater per Pro-
phetam dixit: Postula à me, & dabo
tibi gentes, hereditatem tuam.*

Tertio propter illud Matthæi
27. *Sciebat enim Pilatus quod per
inuidiam tradidissent eum.* Quarto
propter illud Ioannis 7. *Hunc
scimus unde sit. & ibi, Clamabat
ergo Iesus in templo, dicens: Et me
scitis, & unde sim scitis, & a me ipso
non veni, & iterum, De turba au-
tem multi crediderunt in eum.*
Quintò propter illud Ioannis
11. *Hic homo multa signa facit: si
dimitimus eum sic, omnes cre-
dent in eum.* vtique quoniam iam
multa virtute miraculorum al-
lecti credebant in illum. Sextò
propter illud Ioannis 15. quod
in argumento obiectum est, *Si
non venis, & loquutus eis nõ fuisset*

Tertul. lib.
3. con. Mart.
cap. 6.
Chryl. Hier.
& reliq. cir-
ca 1. Corin-
th. 2 v. 8.

199.
Argumenta
contra Iu-
dæos.

Matth. 21. v.
38.

Hier. apud
D. Thom. 3.
P. 9. 47. art.
1. in 5. arg.

200.
Matth. 27. v.
18.

Ioan. 7. v. 27.
& 28.
Idem v. 28.

Idem v. 31.

Ioan. 11. v.
47.

fem : peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. & rursum, Si opera non fecissent in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

His accedit consensus Patrum, etenim Chryostomus inquit, *Ex omnibus operibus eius cognouerunt filium Dei esse, & hoc significauerunt, dicentes: Hic est heres.* Beda: *Manifestissime probat Dominus non per ignorantiam, sed per inuidiam, Principes Iudeorum crucifixisse filium Dei, intellexerunt enim hunc esse de quo dictum est: Postula a me, & dabo tibi gentes.* eadem habet Anselmus & glossa ordinaria ex Hieronymo supra relato. Et ratione fulcitur. Cum enim Iudaei suam Messiam sperarent, & notitiam diuinarum Scripturarum haberent, & propriis oculis miracula viderent Christi, & doctrinam animaduertent miraculis consonam, consequens videtur ut Christum plane agnouissent. Vnde Christus ipse, *Opera quae ego facio testimonium perhibent de me,* Ioan. 5. Cum enim miraculosa essent, & facta in confirmationem verborum & assertionum Christi, non poterant non esse à Deo, & proinde fidem non facere.

Propter haec argumenta, ego rem paucis ut conseram, strictim dico. Crucifixores Christi magna de diuinitate illius ignorantia laborant. At ignorantiam istam nullo modo inuinci-

bilem reputo, sed crassam & stupidam.

Vtramque huius lemmatis partem cum D. Thoma assero, & priorem ostendo. Primum argumentis omnibus pro prima parte inductis. Secundò ex eo quod Ioannis 10. dicitur, *Ambulabat Iesus in porticu Salomonis: & circumdederunt eum Iudaei, & dicebant ei: Quousque animas nostras tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis: opera quae ego facio in nomine Patris mei testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex oibus meis.* His enim plane ostenditur Iudaeos nec humanam, nec diuinam de diuinitate Christi certam habuisse notitiam: sed magnam ignorantiam. Ex interrogatione liquidem illorum conuincitur primum: ex Christi autem responsione secundum. Cum igitur tota cognitio, quae de diuinitate Christi naturaliter potest haberi, sit humana, & quae supernaturaliter, sit diuina; consequens est quòd deficiente apud Iudaeos utraque, deficit etiam apud illos certa Christi cognitio: & proinde quòd magna ignorantia eius laborabant.

Sanè qui virtutem miraculorum factorumve ad diuinitatem Christi adstruendam euidenter cognosceret, euidenti proculdubio cognitione traheretur ad cognoscendam abstractiue eandem Christi diuinitatem. At hoc in presenti statu impossibile est hominibus, qui rerum naturas non intuentur: igitur tota illorum cognitio erga mysteria ista

fidei

Ioan. 5. v. 22.

Idem ibid. v. 24.

201. Chrystom. 40. in Matth.

Beda. lib. 3. in Lucam.

Ansel. & gloss. sup. Matth. 21.

202. Sententia Anselmi.

203. D. Th. 3. p. 9. 47. art. 9.

Ioan. 10. v. 22.

204.

fidei omnino est. Hac ergo deficiente, certa erit ignorantia illorum. Vnde scriptum legimus, *si non credideritis, non intelligetis.*

Confirmatur id ex eo quod tam longè à Iudæorum mentibus aberat fides, etiam humana & naturalis de diuinitate Christi, ut potius illam in crucem egerint, lapidibusque petierint, quia se filium Dei prædicabat; iuxta illud Ioannis 10. *De bono opere non te lapidamus, sed de blasphemis, quia tu homo cum sis, Deum te facis.* habebant enim (ut Paulus inquit) æmulationem Dei, sed non secundum scientiam. Græcè, κατ' ἐπινοίαν, id est, non secundum cognitionem. laborabant enim ignorantia, veluti illi de quibus Christus ipse ad Apostolos, *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Sed hæc faciunt vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.* Quod si cognitionis defectu in tantam sunt prolapsi vesaniam, ut mortem Christi non tam sacrilegium quam sacrificium Deo gratum existimarent; consequens est admodum eos graui laborasse ignorantia.

Probatum demum ex eo quod vix credi potest tantam animo dementiam sustinuisse, ut agniti filium Dei humanis conatibus in crucem suffigerent, aliquãve molestia consultò vexarent. Vnde crucifixores clamabant, *Si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.* Quæ autem dixi de Christo ut Deo, eadem suo modo proce-

dunt de illo ut Messia. Si enim ut verus agnosceretur Messias, etiã notitia naturali, non videtur credibile quod eum morti addicerent.

Secundam etiam partem demonstro, primò authoritate Augustini, Leonis Papæ, D. Bernardi, atque D. Thomæ, qui palam pro hac parte sunt. Secundò authoritatibus sacræ paginæ productis pro secunda sententia. Illis enim aperte conuincitur Iudæos prorsus cognitionis Christi non fuisse ignaros, sed potius aded certos ut cognitionem illius, licet imperfectam, aliquando iactarint. ex hoc enim sequitur ignorantiam illorum culpabilem & voluntariam fuisse. Tertiò ex illo Ioannis 10. quod pro altera parte inductum est, *Loquor vobis, & non creditis. opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* vbi totam ignorantia rationem refundit Christus in voluntatem Iudæorum, qui dictis & factis eius mirabilibus fidem habere noluerunt.

Est autem hic valde notandum quod cum Iudæi virgerent Christum, dicentes, *Quousque animas nostras tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.* respondit Christus subiecta verba, quibus expressit, primò iam se illud palam dixisse, & quidem nec semel, nec infrequenter, sed iterum atque iterum, sæpe & iugiter. Hanc enim vim habet *loquor vobis.* quod est dicere, ego nihil aliud facio quàm loqui, & manifestare quod petitis. Secundò expressit quod non tantum verbis id præstiterat, sed etiam rebus.

207.
Aug. serm. 8. de verbis Apostoli. Leo Papa serm. 15. de passione Domini. Bern. ep. 7. D. Th. vbi 3.

Ioan. 10. 7. 22.

208.

205.
Ioan. 10. 7.
Rom. 10. 7.
Ioan. 16. 7. 1.
206.
Matth. 27. v. 41.

rebus, utique portentis & signis, & quidem argentissimis ad ingenerandam fidem, ubicumque voluntas proterue non obstiteret. Speciali ergo studio seipsum obsecarunt Iudæi, ne Christum planè agnoscerent, qualem dicta & facta eius abundè propalabant.

209.

His itaque in medium productis, utriusque partis soluitur antinomia. Etenim, ut egregie ac doctè notavit Iustinus Martyr, ignorantia voluntaria & supina interdum appellatur scientia. quod probat ex illo Ioannis 7. & me scitis, & unde sum scitis. Sensus enim est: scire me proculdubio potestis, tam sermonum meorum claritate, quam miraculorum euidentiâ, quæ omnem intellectum premeret, nisi voluntas deprauata resisteret. Interdum etiam dicitur nescientia & ignorantia: quoniam ut volûtas coacta, voluntas absolutè est; sic ignorantia voluntaria, est ignorantia absolutè.

210.

Ioan. 7. v. 28.

Ioan. 9. v. 29.

Inde aduersarij Christi aliquando dixerunt de illo, *Hunc scimus unde sit.* aliquando autem è contra, *Hunc nescimus unde sit.* Et quidem utrumque verè ac propriè; quoniam verè habuerunt ignorantiam affectatam de Christo, per quod saluatur prima propositio: & ignorantia affectata, est vera ignorantia, per quod saluatur secunda. Quare simul de crucifixoribus Christi utraque pars verificatur: utique quòd cognouerunt, & non cognouerunt illum. Utrumque enim predicatum admittit ignorantia affectata. Qui enim igno-

rat, nescit; qui verò voluntariè ignorat, scienter ignorat: quia nihil est volitum quin sit præcognitum.

CAPUT XVI.

Respondetur tertio argumento quoad secundam partem, ex Actorum 3. vers. 21. & ostenditur quomodo Christus cælo semper residens, aliquando in terris apparuit.

Hunc nodum sic apud D. Thomam explicatum habemus: *Dicendum est, quòd Christus semel ascendens in cælum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis cælestis; cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat: vel ut ostendat se omnibus, sicut in iudicio; vel ut ostendat se alicui specialiter, sicut Paulo, ut habetur Actorum 9. Et nequès credat hoc factum fuisse nisi Christo ibi presente corporaliter, sed aliquo modo apparente: contrarium apparet per hoc quòd ipse Apostolus dixit 1. Corinth. 13. ad confirmandam resurrectionis fidem. Nouissimè omnium tamquam abortino visus est mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo. Hæc D. Thomas.*

Itaque Paulus non vidit hunc Christi

211.
D. Th. 3. p. 57. art. 6. ad 3.

1. Cor. 13. 18.

Christum imaginatiæ, vt vidit Actorum 22. nec in raptu, vt 2. Corinth. sed corporaliter, hoc est, re ipsa & in propria specie: non secus ac viderunt illi quibus antea & post resurrectionem apparuit. Quare sic de cunctis Paulus sermonem habens inquit, *Visus est Cepha; & post hoc undecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul: deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus. Novissime autem omnium tanquam abortiuo visus est mihi.*

Et ratio id suadet: quoniam eo Christus seipsum viuum Apostolis corporaliter videndum exhibuit, vt Apostoli oculati essent testes resurrectionis Dominicæ. Sed etiam Saulus eiusdem resurrectionis erat testis fatuus. Ergo etiam debuit corporea & oculari visione Christum videre. Vnde Christus ad eum, *Ad hoc apparui tibi, vt constituam te ministrum, & testem eorum que vidisti.* Et Paulus ipse suum Apostolatam ostensurus dixit, *Non sum Apostolus? nemne Christum vidi?*

Itaque D. Thomæ solutio consistit in hoc, nullum inconueniens esse quod ad breue aliquod tempus Christus à cælo terras vsque descenderit, in suorum redemptorum commodum & emolumentum. Neque id refragari elogio inducto & allegato ex Actorum 3. quoniam ex illo tantum habetur propriam sedem Christi germanumque eius domicilium post resurrectionem à mortuis cælum esse: non verò quod immobiliter illi

adherere debeat, vt etiam honor regis regale domicilium thronumque requirit: per quod tamen non sequitur, numquam ab illo demigrandum, maxime raptim, & ad breue tempus. Quare non tantum Saulo, verum & multis aliis corporaliter apparuit Christus.

Sane, vt authores sunt Origenes, Athanasius, Ambrosius, Egesippus, Abdias & alij, Christus apparuit Petro Romam deserenti, & cum eo miscuit colloquia, per quæ compulsus est resilire, & Romam iterum demigrare. In cuius rei memoriam extat hodie Romæ extructa orationis domus in loco vbi Christus pedes fixit. Dionysius etiam Demophilo scribēs refert quod Christus D. Carpo apparuit, dicens: *Paratus sum iterum pro saluandis hominibus pati;* & iuxta Athanasium Christus Antonio apparuit postquam à demonibus grauissime cæsus fuerat. Et iuxta Gregorium Magnum apparuit etiam hoc modo sanctæ Tharsilæ: & iuxta Seuerum Sulpicium similiter apparuit Martino, inquit: *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit.* Item Dominico Silensi Benedictino tã Christus ipse quàm eius mater prope mortem apparuerunt, iuxta quæ vetustissima Silensium monumeta testantur. Quod autem Christus in cælo existens, sed terras tunc temporis occupans, apparuerit Saulo, vel ex eo elicatur quod ipsius Christi fulgore mirum in modum perculsus est, & videndi facultate priuatus. Sociique

Act. 12. 18.

2. Cor. 11.

2. Cor. 5. 15.

112.

Act. 26. 16.

1. Cor. 9. 1.

115.

114.

Orig Tract. 21. in Ioan. Athan Apolog. de fuga. Ambr. epist. 32.

Egesipp. lib. 1. de excidio Hieros. cap. 2.

Abdias lib. 1. historia. Dionys. ep. 3.

Athanas. in vita Antonij.

Greg. 4. dialog. c. 16.

Seuerus in vita S. Martini.

Sauli stupescendi. hæc enim vicinitatem Christi & præsentiam arguunt. Elicitur etiam ex eo quod Saulus colloquia tunc miscebat cum Christo, & quidem ore ad os. Igitur Christum Saulus non à se longè distitum, utique in cælo, sed residentem propè, utique in terra considerabat.

Scio Theologorum multos & quidem præclaros aliter & aliter nodum istum dissolvere contendisse. In primis enim Scotus, Richardus, Gabriel, Marsilius, Ocham, Aliaco, Claudius Sanctes, Franciscus Suarez & alij dicunt, liberum esse Deo facere ut idem corpus sit præsens simul & semel diuersis spaciis, ita ut diuersa simul occupet spacia repleatque loca. Probant autem id primò ex multis apparitionibus Christi Domini in terra, adhuc postquam cælo residet. Secundò, quia sicut nulla implicatio repetitur in hoc quod idem corpus fiat præsens diuersis spaciis, quæ re ipsa non replet, quia non est in eis quantitatio modo, ut patet in corpore Christi diuersis simul speciebus consecratis contento: sic nulla repugnantia inuoluitur in hoc quod sit in illis quantitatio modo, diuersa simul replendo & occupando spacia: siquidem de ratione quantitatis non est nisi esse extensiuam partium corporis in ordine ad se, & non ad locum. Cui nihil præiudicatur per hoc quod easdem partes extendat per ordinem ad diuersa loca. Ut enim ei nihil præiudicatur per hoc quod id possit facere diuise: similiter nec præiudicabitur,

quod illud faciat collectivè. Et confirmatur primò, quia si non est contra rationem quantitatis priuari extensione partium in ordine ad locum, ut patet in sacramento Eucharistiæ; quare contra rationem illius erit multiplicari extensiones istas? siquidem affirmatio extensionis vnius, non est negatio extensionis alterius, saltem per ordinem ad potentiam Dei absolutam. Quod si idem corpus potest esse diuisibiliter & quantitativè in diuersis locis simul & semel: consequens est quod Christus cælo residens possit absque desertione illius loci fieri visibiliter præsens alteri, in quo Saulo apparuit. Confirmatur secundo, quia si idem corpus potest de potentia absoluta simul recipere & retinere duas formas contrarias, v.g. calorem & frigiditatem in gradibus intèns: eo quod essentialiter loquendo affirmatio vnius non est negatio alterius, quare per eandem potentiam non poterit idem corpus diuersas & longè distitas locationes habere, & duo vbi diuersa simul recipere, ut potest successivè? cum formaliter vnum vbi non sit negatio alterius, saltem per ordinem ad potentiam absolutam: ratio autem implicationis & contradictionis in affirmatione eiusdem de eodem sita est.

Hæc autem doctrina aliis ex prima etiam nobilitate Theologis non aridet. Primò, quia dicunt sequi ex illa vnum & idem corpus semel constitutum in diuersis locis naturaliter loquen-

215.
Scotus in 4.
d. 10. q. 2.
Richard. 9. 4.
Gab. q. unica
art. 1.
Maril. q. 7.
art. 3.
Ocham q. 4.
d. 6.
Aliaco q. 5.
3. 2.
Claudius re-
petitione 4.
de Euchar.
stia c. 7.
Suarez 3. p.
c. 3. disp. 48.
sect. 4.

do, hoc est, à principio intrinseco posse duobus motibus moueri, aut moueri simul & quiescere. Quod implicatorium iudicant: quatenus quiescere opponitur huic quod est moueri, vt negatio affirmationi. Sequelam autem probant ex eo quòd idem corpus constitutum, v. g. supra trabes diuersas, detractis trabibus necesse est distinctis moueri, deorsumque agi motibus: quia graue in sublimi positum, & non impeditum naturaliter prorumpit deorsum. Positum autem in proprio centro, & simul supra aliquam trabem, ex quo trabes remoueatur, incipiet lapis simul moueri ad suum centrum, & quiescere in illo. Secundò, quia nihil potest esse in loco, quin saltem sit diffinitiuè in illo, & proinde in vno tantum, & non simul in aliis: diffinitio enim locati importat positionem eius in vno determinato loco, & negationem ab omni alio. Quapropter Deus, qui vbique necessario est, nullibi potest esse tamquam in loco: Angeli autem, quia vere sunt in loco, etiam sunt diffinitiuè in illo. Corpora verò quæ secundum extensionem, & propriam quantitatis dimensionem sunt in loco non tantum diffinitiuè, sed etiam circumscriptiuè sunt in illo.

Verum hæc inconuenientia leuiora sunt, quam vt a probabilitate contrariæ sententiæ nos auocent. Ad primum enim respondere possumus ita rem se habere; quia cum corpus naturam & conditionem non mutet per hoc quòd quantitatiuè di-

uersis constituatur in locis, quidquid conueniret illi si in vno tantum esset, conuenit dum in pluribus sistitur. Quare licet per ordinem ad idem spacium repugnet diuersis simul motibus ferri, aut simul moueri, & quiescere; non tamen per ordinem ad diuersa: nam etiam ecclesia corpora diuersis simul agitantur motibus. Ad secundum respondetur quòd cum de ratione locationis quantitatiuæ tantum sit facere corpus præsens spacio, cum extensione partium per ordinem ad illud, ita vt vna excludat aliam a suo partiali loco: tantum infert negationem positionis indiuisibilis circa eundem locum; quia repugnat esse totum in toto, & totum in qualibet parte id quod est quantitatiuè & diuisibiliter in loco illo. Et ad summum infert negationem aptitudinis naturalis ad simul replendum alium locum; quoniam naturaliter vnus limitatæ rei tantum est vnus limitatus locus, at non per ordinem ad potentiam Dei absolutam: per quam sicut duo possunt corpora penetrari, etiam si naturaliter vna quantitas obstat penetrationi alterius; sic & diuersa spacia replere, & distincta vbi simul & semel sortiri, quantumuis determinata quantitas determinatum locum requirat.

Instat nihilominus argumentum aduersus sententiam istam deductum ex eo, quòd sicut non est de intrinseca ratione locati, negatio duorum locorum simul obtentorum: sic non est de intrinseca ratione minoris locati

locari in minori spacio, hoc est, in spacio adæquato sibi. Ergo sicut & ex illo colligitur posse de potentia absoluta vnum corpus locari simul in diuersis locis; ita elici poterit, posse corpus minoris quantitatis locari in spacio maioris latitudinis, & nihilominus replere illud. Et enim ex quo potest multa simul replere spacia, vt vnum possit replere, quantumuis maius atque latius se: siquidem longiora latioraque possunt esse multa illa spacia diuersa, quæ simul de potentia absoluta potest replere, quam vnum spaciū duplo maius ipso locato corpore, & proinde si potest simul replere illa, multo melius istud. At ex hoc euidenter sequitur posse vnum determinatum corpus replere totum orbem, & vbiq̄ue fieri: siquidem ex quo corpus, v. g. pedale potest replere spaciū bipedale per diuinam potentiam, poterit similiter per eandem potentiam replere totum orbem: & proinde esse vbiq̄ue. Quod tamen cum sit proprium Dei, qui solum potest esse immensus, repugnat communicari creaturæ, præsertim corporeæ.

119.

Sed licet immensitas verè sit proprietas Dei nulli creaturæ communicabilis; adèd vt propter illam eliciamus Spiritum sanctum (de quo hæc immensitas in diuinis litteris prædicatur) esse verè Deum: nihilominus replere omnia & singula loca, non est proprietas Dei, neque quid aliquo modo competens Deo. Licet enim Deus omnibus

locis sit præsens, nullum tamen replet, vel occupat locum: quia hoc habentium proprias dimensiones & extensiones quantitatum est. Quare quoniam his carent Angeli, & corpus Christi prout in Eucharistia est; ideo licet fierent præsentia omnibus & singulis spaciis, adhuc non replerent illa: quia locatum non replet locum nisi extensione partium in ordine ad illum. Quare admissio quòd Deus faceret præsens omni spacio aliquod corpus, ita vt esset vbiq̄ue, siue diuisibiliter, siue indiuisibiliter; adhuc non gauderet aliqua proprietate diuina, quia esse vbiq̄ue eatenus est proprietas diuina, quatenus est idem quod immensitas, vel quid consequutum ad illam. De ratione autem immensitas est nullo creato vel creabili posse terminari loco, eo quòd immensitas est quid de se actu infinitum.

Alij autem Theologi insinuunt Christum Dominum, non quidem per seipsum, sed per Angelum apparuisse Paulo, vt in veteri Testamento frequentissimè dicebatur, quòd Deus apparebat Moyse, & alijs: cum tamen non ipse, sed Angelus in persona Dei appareret; sic vt Angelus hoc ministerio fungens in has profiliret voces, *Ego sum Deus*. At cum Paulus dixerit, *Nonne Christum Iesum Dominum vidi?* & Christus ad illum, *Ad hoc enim apparui tibi vt confirmarem te ministrum*. Et rursum Paulus ad probandam resurrectionem Christi postquam dixit quòd apparuit illis, subdidit,

Nouiss.

210.

1. Cor. 5.

A. Cor. 46.

1. Cor. 15.

Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est mihi. Constat autem apparitiones illas fuisse in propria Christi persona ut resurrectionis veritas omnino constaret. Dicendum igitur est Christum Dominum in propria specie apparuisse Saulo, & apparitionem istam fieri potuisse, siue deserto pro tunc, siue retento loco sydereo illo, quem perpetuo occupat.

CAPUT XVII.

Respondetur quarto argumento primi capituli, ex capite quarto Actorum vers. 28. & explicatur qualiter Deus Christi mortem praesmierit.

221.

AD quantum argumentum respondetur, elogium illud eiusdem rationis esse cum multis aliis, quae passim in Scriptura occurrunt. verbi gratia, supra cap. 2. vers. 23. dicitur, *Hunc defuncto consilio, & praescientia Dei traditum interemistis.* & Isaiae 53. *Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.* & Romanorum 8. *Proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum,* quae sane Tertullianus ad rem istam notavit.

Horum enim oraculorum & similibum una est difficultas: nimirum, qualiter tribuatur Patri aeterno filij sui passio & ad mortem traditio. Ut enim argumentatur D. Thomas, Iudas vitupe-

ratur, ex eo quod Iudaeis tradidit Christum; iuxta illud Ioannis 6. *Vnus ex vobis diabolus est* quod dicebatur propter Iudam, qui eum erat traditurus: Similiter etiam vituperantur Iudaei, qui eum tradiderunt Pilato: secundum quod ipse dixit Ioannis 18. vers. 34. *Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi.* Pilatus etiam tradidit ipsum ut crucifigeretur: prout habetur Ioan. 19. Non est autem participatio iustitiae cum iniquitate: ut dicitur 1. Corinth. 6. ergo videtur quod Deus Pater non tradidit Christum passioni. Haecenus D. Thomas. Cum igitur in tantum Deus Pater tradiderit filium suum in mortem, in quantum praestitit consilium & opena ad illam: consequens est varia ista elogia eodem sensu pollere, idemque iudicium subire.

At D. Thomas ibidem sic dirimit nodum. Respondeo dicendum, quod Christus passus est voluntarie, ex obedientia Patris. Unde secundum tria Deus Pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo secundum quod sua aeterna voluntate praedestinavit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud Isaiae 53. *Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum.* & iterum, *Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Secundo in quantum inspiravit ei voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. Unde ibidem sequitur, *Oblatus est quia ipse voluit.* Tertio non protegendo eum a passione, sed exponendo eum persecuentibus.

223. Solutio.

D. Th. ubi 3.

Tertul. lib. con. Praxeā cap. 30.

Diffinitas.

D. Th. 2. p. q. 1. art. 3.

Vnde legitur Matth. 27. quod pendens in Cruce dicebat, *Deus Deus meus ut quid dereliquisti me.* quia scilicet potestati perfectum expofuit illum, vt Augustinus dicit de gratia noui Testamenti.

August. ep. 120. c. 6. & 70.

224.

Ad argumentum autem quod confecit, respondet. Ad tertium dicendum quod eadem actio diuersimode iudicatur in bono, vel in malo, secundum quod ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum ex charitate, & ideo laudantur. Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate: Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæsarem, & ideo ipsi vituperantur.

225.

Est tamen hinc notandum quod Deus nunquam præcepit, aut decreuit præcipere Iudæis, vt Christum suum irreuerenter, nedum atrociter & capitaliter vexarent. Nullum enim tale in sacris litteris præceptum extat: quin potius Ecclesiastici 15. scriptum est de Deo, *Nemini mandauit impiè agere.* sed neque intrinsecus Iudæorum corda commouit vt illum execrarentur, aut quoquomodo affligerent: scriptum quippe est Psalmo 5. *Non enim Deus volens iniquitatem tu es.* & Ecclesiastici 15. *Non dicas: Ille me implanauit, non enim necessarij sunt Deo homines impij.* & Iacobi 1. *Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim tentator malorum est: ipse autem neminem tentat.* Vnde Osee 13. *Perditio tua Israel: ex me tantum auxilium tuum.* Certè si (vt Augustinus inquit,) *nullo homine sa-*

Osee 13. 9.

Aug. lib. 83. 95. q. 3.

piante authore fit homo deterior, quanto minus authore Deo: cuius nullam potest esse opus (vt Fulgentius ait) nisi plenum sapientiæ & rationis.

Fulgent. lib.

1. ad Mon.

c. 21. 22. &

23.

226.

Dicitur autem Christi Domini patibulum consilio Dei determinatum: quatenus (vt habet hic Chrysostomus) potentiam aut potestatem significat hic manus Dei: consilium autem futurorum præscientiam cum permissione. Sane Christus Dominus Pilato dixit Ioannis 19. vers. 11. *Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi fuisset datum desuper.* & licet huius potestatis vltus fuerit abusus, obtentium nequitiam & prauitatem: ipsa tamen potestas nihilominus bona & conuenientissima erat.

Inde Gregorius explicans illud 1. Reg. cap. 18. *Spiritus Domini nequam agitabat Saul.* argute inquit; *Quomodo is spiritus malus est, si Dei dicitur?* & respondet, *Domini est: quia virtus & potestas quam habet & exercet, bona & iusta est; tamen voluntas mala, quia male utitur ea.*

227.

Greg. lib. 2.

moral. c. 6. &

lib. 1. Scilicet.

228.

Item hinc cap. 2. vers. 23. dicitur, *Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum intererant.* vbi explicatur idem in hac materia esse consilium, quod præscientia, licet non nudè sumpta, sed cum permissione, quam re sapienter & maturè deliberata, voluit Deus facere his, potestate supernè data illis, qui perperam vti voluissent. In quo tamen nihil absurditatis admixtum est. Constat enim quod nisi Deus potestatem & permissio-

nem

nem hominibus fecisset, numquam crucifixissent Christum eius. Vtrumque autem hoc ad saluandam libertatem humanam requiritur & est necessaria.

119.

Quod si adhuc contendas, *que manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri*, non tantum potentiam & permissionem, sed aliquale etiam exercitium significare. Respondebo, ita rem se habere; verum exercitium hoc non actiue ex parte crucifixorum, sed passiuè ex parte crucifigendi desumendum esse. Quatenus in operibus malis frequenter contingit actionem esse malam & prohibitam, passionem vero bonam & laudabilem: ut patet in venditione Ioseph Ismaelitæ & Aegyptiæ. Quare sicut fratribus dixit Ioseph Genesis 50. *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, & saluos faceret multos populos.* ita & hic Christus potuit ad Iudæos dicere: quia scilicet illorum actio teterrima fuit, & Deo minus exitiosa: passio tamen fuit valde pretiosa illi, & magni habita. Quare tamquam rem omni estimatione dignam, optimè potuit manu & consilio decernere, & in præconceptum finem dirigere: non fecus atque ipse Christus flagrabat amore passionis, cuius tamen actum vehementer auersabatur; utpote quod authores actionis aliò tendebant quàm directores passionis.

Inde Leo Papa serm. 17. *Multum diuersum, multumque contrarium est id, quod in malignitate Iudæorum est præcognitum: & quod*

in Christi est passione dispositum. Non enim inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi: nec de vno exiit spiritus atrocitas sceleris, & tolerantia redemptoris. Non enim impias furentium manus misit in se Dominus, sed admisi: nec præsciendum quid faciendum esset, coegit ut fieret: cum tamen ad hoc carnem suscepisset, ut fieret.

Item Origenes super ad Roman. 8. *Pater pro nobis tradidit filium: non illa traditione, qua dictum est, tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: sed hoc ipso quod cum in forma Dei esset, passus est exinanire semetipsum, & formam serui accipere: & usque ad mortem crucis peruenire.* & Caietanus: *Memento quod actio displicuit, passio grata fuit. Vnde in elogio nostro verbum non in actiua, sed in passiuâ habetur. Non enim dicitur quod manus & consilium Dei decreuerunt ut Iudæi facerent, sed: *Qua manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri.**

231.
Orig. sup ad Rom. 8. v. 32.

Caiet. 3. Act. 4. v. 28.

Act. 4. v. 28.

C A P V T XVIII.

Respondetur quinto argumento primi cap. quoad primam partem ex Actorum 5. vers. 5. & ostenditur ob quod flagitij genus Ananias & Saphira perierunt.

AD priorem partem quinti argumenti communis sanctorum

232.

De Anania
& Saphira.

torum Patrum solutio respon-
det Ananiam & Saphiram more
monachorum communem spon-
pondisse vitam, sicut proprium
quidem non haberent, sed in
commune mitterent, ut inde
cuique prout opus fuerat porri-
geretur. Quia tamen ex vendi-
tione cuiusdam pretij ad com-
mune bonum diuenditi dolose
& fraudulentè quandam pre-
tij partem seposuerunt, atque
defraudarunt: ideo Petri incre-
pationibus perierunt, Christiana-
nam simulantes simplicitatem,
simulque veram religionem men-
tientes. ita Chrysostomus, Hie-
ronymus, Augustinus & Ful-
gentius, Gregorius Magnus &
alij. Quare cum huiusmodi pe-
cuniarum surreptio sacrilega
fuerit, non mirum si capitale
subierit pœnam. Vitium enim
proprietas ad eod. nefarium cen-
setur in his, qui communem vi-
tam profitentur, ut dicat Basil.
in Constitutionibus quod per il-
lad monachus animæ salutem
perdit, & quod latrocinium
committit atque in Iudam Isca-
riotem se transfert.

Inde Gregorius Magnus re-
fert quendam monachum (apud
quem certa pecuniarum sum-
ma clanculum retenta, sub eius
mortem inuenta fuerat) simul
cum pecunia ipsa fuisse sepul-
turæ traditum, & in sterquil-
nio defossum clamantibus cun-
ctis, *Pecunia tua tecum sit in per-
ditionem.* Quod tamen postea in
salutem aliis cessit; nam igno-
minia sepulturæ vehementer
eos ad pœnitentiam commouit.
Inde etiam Hieronymus refert,

*Quidam ex fratribus parcior, ma-
gisque auarior, & nesciens triginta
argenteis Dominum veditum, cen-
tum solidos, quos lina texendo ac-
quisierat, moriens dereliquit; initium
est inter monachos consilium (nam
in eodem loco circiter quinque mil-
lia diuersis cellulis habitabat) quid
facto opus esset: alij dandos Eccle-
sia; nonnulli parentibus remitten-
dos. Macharius verò & Pambo &
Isidorus & ceteri quos Patres vo-
cant, Spiritu sancto in eis loquente,
decreuerunt infodiendos esse cum
eodem, dicentes: Pecunia tua tecum
sit in perditionem. & subiungit,
Neque hoc crudeliter quisque exi-
stimet factum: tantus cunctos per
totam Egyptum terror inuasit, ut
unum solidum dimisisse sit cri-
minis.*

Obiicit tamen Caietanus ad-
uersus hoc Ananiæ & Saphira
votum quod Petrus Ananiæ di-
xerit, *Nonne manens tibi mane-
bat: & venundatum in tua erat
potestate.* id est, ager antequam
venundaretur, tuus erat, & di-
uenditus etiam pretium eius sub
tua potestate manebat: quid er-
go tibi opus erat fraudulenta
pecuniæ subreptione? Secundo
id quod dicitur cap. præced. vers.
34. *Quotquot possessores agrorum
aut domorum erant, vendentes af-
ferebant pretia eorum, quæ vende-
bant.* Igitur non tantum ij qui vi-
tæ communi voto se adstrinxe-
rant, verum & ij qui veri agro-
rum possessores inueniebantur,
pretia eorum quæ vendebant,
non voti necessitate, sed frater-
næ charitatis amore in commu-
ne ferebant: & proinde ex hu-
iusmodi pretiorum oblatione
vera

Chrys. hom.
11. in Cant.
Hier. ep. 81
ad Demetr.
Aug. serm.
17. de ver.
Apost. & ser.
10. alias 12.
de diuers.
Fulgent. in
ep. de debic.
coniug.
Greg. lib. 1.
Registr. ep.
53.
Basil. in cōst.
c. vlt.

213.
Greg. Mag.
4. dial. 6. 55.

Hier. r. 1. ep.
4. c. 14.

234.
Obiicit Cai-
etani.

vera voti conceptio & nuncupatio colligi non potest.

Nihilominus ex multis oppositum sufficienter arguitur. Et in primis ex primis illis diui Petri verbis, vers. 3. *Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri.* sanè, vt obseruant Beda & Euthymius, loco huius quod est, *tentauit*, habetur in Græco *impleuit*. Constat autem quòd in tantum Satanas cor alicuius hominis potest implere, in quantum graue aliquod & nefarium scelus suggerit illi: excepta autem obligatione voti, quale nefarium (rogo) admisisset scelus Ananias, clanculum apud se retinendo, neque ad pedes Apostolorum, fideliter reportando, quod verè non ad Apostolos, neque ad alios, sed tantum ad se pertinebat? Certè non tam poenæ quam præmij dignus estimatur vir, qui velut alter Zachæus, dimidium bonorum suorum pauperibus daret, retenta sibi suisque vñibus & comodis alia dimidia parte.

Item seclusa obligatione voti quomodo verificaretur Ananiam fuisse mentitum Spiritui sancto: si tamen Spiritui sancto erga suarum facultatum dispositionem nihil erat pollicitus, maximè dicente Petro vers. 4. *Non est mentuus hominibus, sed Deo.*

Etenim qui de sua substantia aliquid seponit sibi ignorans quid superuentura pariat dies, etiam si partem illam callidè & latenter seponat, nemini irrogat iniuriam, nec se mendacem,

falsumve practicè reddit. Seclusa ergo voti necessitate, Ananias nec Deo, neque hominibus mentitus est: aut saltem non Deo, apud quem infidelis non existit in subreptione illa: siquidem nihil sui Deo per votum consecrauerat. Cum ergo mentitus fuerit Spiritui sancto, consequens est quòd vitæ communis votum Deo iam nuncupauerat: quoniam non aliter Spiritui sancto mentiri poterat, quam fidem illi datam frangendo: non secus atque illi de quibus dictum est, *Inimici Domini mentiti sunt ei.* & iterum, *Filij alieni mentiti sunt mihi.* id est, fidem præstitam mihi fefellerunt.

Similiter voti promissione ablata, quo iure illa pecuniarum clancularia retentio de pretio agri, aliquem defraudaret? siquidem fraudare, idem omnino sonat quod decipere & fallere aliquem, vbi autem promissio non præcessit, fraudandi actio non subsequitur. Si ergo tunc Ananias fraudauit de pretio agri Deum, consequens est quòd integrum pretium agri illi voto promiserat.

Idem etiam arguitur ex seueritate supplicij, quo delictum hoc ultum est: nimirum morte concita & omnino subita. Cum tamen nisi ob ingentia crimina maioraque delicta grauior mors non infligatur. Demus ergo vtrumque coniugem fœdè apud Apostolum mentitum fuisse, hypocrisimque simulasse. Certè cum mendacium hoc blasphemia in Deum, iniuriæque in homines caruerit; nescio quid atrocitatis

citatis haberet, vt apud æquissimum iudicem Apostolum Petrum, vel etiam Deum ipsam morte puniendum veniret. Igitur, quia sacrilegium extitit contra votum vitæ communis, quod est scelus & iniquitas maxima, ideo tam seuerum iudicium subiit.

Quod si dixeris sacros canones vehementer auersari vitium hoc proprietatis in monachos; cum tamen non ita teterimo supplicio illos addicant: vt patet in Concilio Antissiodorensi, Aurelianensi, Oxomeni sub Innocentio III. Basiliensi & Tridentino; & in decretis Ormisdæ Papæ, Nicolai quarti, Gregorij noni, & in regula Beatissimi Patris Benedicti, de quo ego plura & ex professo ibi. Respondetur cum Rabano nostro & cum Oecumenio, legum initia semper vindictis commendantur. Nam & in lege veteri primus violator sabbati fuit lapidatus, Numerorū 15. & primi violatores Arcæ testamenti, scilicet filij Aaron fuerunt extincti. & in lege noua isti fuerunt interempti.

Præterquam quod, (vt Beda Venerabilis dixit,) *Non quæstus causa tam seueram in præuicatoribus sententiam dedit: sed præuidens in spiritu zizania futura, quæ simplicitatem Ecclesie prauis moribus adulterarent. Ex his enim teterrimum Sarabazarum genus perhibetur exortum: qui rebus suis nequaquam derelictis, Apostolicam se distractionem custodire simulat. Vnde nulla reos passus est pœnitentia curare: verum ad timorem posteris incutiendum, noxium genus radicibus amputare curauit.*

In odium igitur vitij proprietatis aduersus improbos monachos, durissima hæc vindicta sumpta fuit ab his qui monachali se, quantum ad hoc, voto constrinxerant.

Neque obstat primum argumentum Caietani, primò quoniam ex illo tantum habetur Ananiam & Saphiram non vi coactos, sed sponte & pro libito substantiam suam Deo ex voto consecrassè. Quod si non fecissent, liberum illis esset possidere in quoscumque vsus fortunas suas, siue in propria specie, siue in emptionis pecunia. Quasi diceretur ei: Quis te compulit hoc sanctæ Religionis institutum subire, si tamen incontinens diuitiarum eras. Secundò, quoniam cum diuidebatur singulis prout cuique opus erat: certè qui vitam illam communem profitebantur, verè erant tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Et hoc est quod Petrus dixit, *Manens tibi manebat: & venditus in tua erat potestate.*

Neque rursus obest secunda obiectio: quoniam non ex eo quod Anania pretium agri detulit, colligitur eius votum, sed ex aliis capitibus vrgentioribus, satis superque in hac quæstione productis. Quare ipse audita Petri increpatione, nullam sui criminis excusationem prætendit: sed obmutescens, subito concidit mortuus, conscientia vitæque peccati compressus, verbique seueritate consternatus.

* * *

40
Alia obiectio.

Gene. Antif.
so. can. 23.
Aurel. can.
12.

Oxomen.
can. 49.

Basil. sess. 15.
Trid. sess.
25 c. 2.

Resp.

Ormisda
27. q. 1. cap.
monach.

Nico. apud
Greg. 9.

Regul. san-
cti Bened. c.
53.

41.
Beda vbi s.

CAPVT XIX.

*Respondetur quinto argu-
mento quoad secundam
partem ex Actorum 5.
vers. 34. Et ostenditur
quandiu nouorum do-
gmatum assertores tole-
randi aut tollendi sunt.*

244.
Consilium
Gamalielis.

AD secundam partem quin-
ti argumenti respondetur
consilium Gamalielis pro loco
& tempore valde opportunum
fuisse. Nam si bene Iudæis cessa-
rat, aliorum causas, non ita pie-
tati consonas, Dei iudicio com-
mittere, & interim assertores
illarum impune auersantes to-
lerare congruum videbatur, vt
in causa tãtorum miraculorum,
qualis erat Apostolica prædica-
tio, euentus & iudicium Dei
omnino expectaretur: ne si ad
finem, qui impediti non pos-
set, forte fortuna tenderet, ha-
zëtque Deum adiutorem, in
pugnam aduersus Deum deuen-
iret: atque ita non contra
Apostolos, sed contra seipsos
armarentur Iudæi, quippe
contra seipsum dimicat omnis
qui contra Dei causam litem
mouet.

245.

Adde quòd cum Iudæi suum
semper Messiam expectarent, &
Apostoli iam venisse contende-
rent, & id miraculorum virtute
& Scripturarum face persuade-
re tentarent, opus erat, liberam

illis dicendi atque operandi co-
piam facere: vt sic instituti su-
rationem redderent, aut pœnas
sue fraudis darent.

246.
Reprobatur.

Absolutè tamen loquendo, &
maximè pro temporibus istis,
consilium Gamalielis non modò
insalubre & disconueniens, ve-
rùm exitiosum esset. Quoniam
semel agnita veritate diuina, ad-
uersarij eius tolerandi non sunt:
sed vel ferro, vel igne submo-
uendi, si tamen aliter in melius
reduci non possunt. Itaque pro
loco & tempore consilium Ga-
malielis prudentissimum fuit:
vt pote initum circa rem quæ
non solum Dei causam sona-
bat, sed & patrociniùm mira-
culorum ferebat, quòd aperte
importat patrociniùm Dei: &
hoc apud homines qui de veri-
tate vel falsitate illius adhuc
certi non erant, vt nos scimus.
Et quandiu certo fati oculo
nò discernitur probitas aut pra-
uitas dogmatum recentiorum,
non oportet temere in eorum
authores irumpere, sed causa
disquisitionem maturè & tem-
pestiuè facere.

247.
Parabola 25.
Zaniorum.

Hoc mehercule est, quod mo-
nuit Dominus Matthæi 13. in
illa zizaniæ parabola: quate-
nus dixit euellenda non fore, vs-
que ad messem: ne fortè dum
eradicatur zizania, simul cum ea
euellatur triticum. cuius para-
bolæ sensus non est, quem con-
tendunt hæretici, vtique noua-
rum ac pestilentium doctrina-
rum seminatores, continuò ne-
que perdendos, neque aman-
dandos esse debere, ipsorum-
que dogmata penitus contem-

uenda, sed vtrumque diuino iudicio relinquendum. Sed sensus germanus est, zizania tandem tolleranda, quamdiu dispendium eius absque dispendio tritici (intra quod fuit infecta, vel diffeminata) fieri non potest. Obmetum enim dumtaxat & periculam eradicandi triticum simul cum zizania, permissum est vt zizania simul cum tritico cresceret: is autem metus prudenter ideo conceptus est, quia, vt notat Hieron. sup. *Inter triticum lolium, quandem lolia est, & nondum cultrus venit ad spicam, gradis similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut perdifficilis est distantia. Quare parabolæ summam perstringens, subiicit, Propter ergo Dominus, ne vbi ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed Deo Iudicium reseruemus, vt cum dies iudicij venerit, ille non suspicentem criminis, sed manifestum reatum de Sanctorum cœtu euocet.*

248.

Neque obstat quòd in parabola vers. 26. scriptum sit, *Cum patrem creuisset verba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania, accedentes autem serui Patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? & ait illis: Inimicus homo boescit. Dixerunt autem ei: Vis, imas & colligamus zizania? & ait: Ne forte colligentes zizania, eradicatis simul & triticum: sane crescere vsque ad messem, vbi non ambigua aut anceps, sed satis zizaniarum malitia perspecta, ante tempus massis descubitur: cum*

tamen euelli vsque ad tempus messis perhibeantur, id est, vsque ad diem iudicij, quando separabant Angeli bonos & malos.

249.

Non, inquam, obstat: quoniam verbum illud, *ne forte colligentes zizania, eradicent simul cum vis & triticum*, aperte indicat, zizania non satis seruis illis melioribus explorata esse, licet enim eos penitus non latuerit, sed aliquam illius nacti cognitionem cum fuerint, quatenus lolium non sic plenè refert eternam speciem tritici: non tamen exactam & prout opus erat habebant, quatenus ipsi lolium aliqualem præfererebat speciem tritici. Sæpe enim quæ in communi & in confuso discernuntur, seorsum tamen & in particulari non satis cæto oculo designantur; & ideo zizania vsque ad messem crescere permittitur est, vt etiam permittit Deus, & permittet latere alios quos non mediocriter improbos intra suam Ecclesiam vsque ad iudicij diem, quia non satis plene eorum improbitas diudicatur. Hæreticos autem, quorum doctrina manifestam cum veritate catholica repugnantiam & intolerantiam infert, non opus est vsque in longum tempus dissimulare, sed omnino concisè euellere, acriter insectando eorum auctores, vt lolium & zizania quæ catholicorum omnium obtutibus patent, vt quid profusus diuersum & inimicum tritico.

Unde colligitur apertos & conspicuos hæreticos proprie exterminandos (prout diximus)

tri; quoniam ex illorum interitu nihil detrimenti contra fideles imminet, sed multum emolumenti: non secus atque tritico ex lolij impermixti repurgatione, vnde Augustinus, *Ipsè Dominus, cum servis volentibus zizania colligere, dixit, Strite utraque crescere usque ad messem, premisi causam, dicens: ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate, certa severitas manet; id est, quando ut cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet: ut vel nullos profusus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplina, quia tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis.*

Ob rem hanc Ecclesia Catholica ab initio graviter in hæreticos animaduertit: iuxta quæ nobis monumentis suis obsignantur Clemens Romanus Pontifex, Nicephorus, Eusebius & alij quamplurimi, quos fideliter nobis referunt Alphonsus de Castro, Claudius Sanctes, Iosephus Episcopus Oriolanensis, & extremus omnium extremus ille hæreticorum malleus Bellarminus.

Sacræ etiam litteræ multum à re ista sunt, etenim in Deuteronomio habemus ex præcepto Dei occisos prophetas falsos, eos scilicet, qui Deorum alienorum cultum populis suadebant: prout videre liquet cap. 17. & cap. 18. eiusdem li-

brì. Legimus etiam Eliam falsos prophetas interemisse: & idè de Iosia & de Iehu, utiq; 3. Reg. cap. 18. & 4. Reg. cap. 10. & c. 23. Cum igitur (ut Bellarminus doctè, prudenterque, vbi supra, notavit) inter prophetas illos, & hæreticos istos nullum discrimen sit, iure idem severitatis iudicium exercetur in eos. & quidem si in omni bene instituta republica experimur inuasores viarum, sicarios, prædones & similes capitali pœna puniri, ignea vel ferrea: consequens est ut in Ecclesia Catholica hæretici non sint mitiori animadversione puniendi, sed potius severiori; cum adeò illis deteriores sint, quanto deterius est æterna quam temporali insidiari vitæ: & necem animæ quam corpori inferre. Vnde licet veniant ad nos in vestimentis ouium; quia tamen intrinsecus sunt lupi rapaces, sedulo debent à grege Domini submoueri, & deprehensa semel eorum nequitia & pertinacia, vita mulctari; quoniam Exodi 22. scriptum legimus, *Maleficos non patiaris vivere super terram.* & apud Paulum, *Auferite malum ex vobis, præsertim hæresis, quæ serpit ut cancer.*

Ioseph. Stat. lib. de vnica relig. c. 6. Bellarm. lib. 3. de laicis c. 25.

Exodi 22. v. 28.

1. Cor. 5. 23.

Aug. lib. 3. cap. 17. Par. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

CAPVT XX.

Respondetur sexto argu-
mento primi capituli, ex
Actorum 6. vers. 3. &
ostenditur quod munus
fuerit inter discipulos
Domini ministrare men-
sis.

AD sextum argumentū re-
spondetur munus iniunctū
septem illis discipulis non aliud
certē quam Diaconatus fuisse:
cuius erat vtrique ministrare
mensa, sacrae nimirum, & pro-
phanæ. Pro quo sciendum est,
quod cum primis Ecclesiæ tem-
poribus fideles vitam profiteren-
tur communem, vt patet Acto-
rum 4. vers. 32. vbi dicitur, *Mul-
titudinis credentium erat cor vnum,
& anima vna: nec quisque eorum
quæ possidebat, aliquid suum esse di-
cebat, sed erant illis omnia commu-
nia*; opus fuit aliquibus in parti-
culari committere cæterorum
curam & tutelam: vt sic neces-
saria singulis suppeditarentur,
vt re ipsa suppeditabantur, Scri-
ptura dicente vbi supra vers. 34.
*Nec enim quisquam egens erat in-
ter illos.* & vers. 35. *Diuidebatur
autem singulis, prout cuique opus
erat.*

254.

Ad hoc autem ij (quibus alio-
rum cura demandata erat) om-
nem fidelium substantiam penes
se retinebant, & dispensabant:
vt pote scriptum vbi supra, *Quot-*

*quot enim possessores agrorum, aut
domorum erant, vendentes affere-
bant pretia eorum, quæ vendebant,
& ponebant ad pedes Apostolorum.*
vt pote quod primitus Apostoli
super se munus hoc suppeditan-
di singulis necessaria suscipere
dignati sunt. Quia tamen breui
admodum tempore creuit mi-
rum in modum discipulorum
numerus, conueniens fuit se ab
huiusmodi onere continere, &
aliis curam imponere: ne admi-
nistratione rei familiaris præpe-
diti, diuini verbi prædicationi
minus inuigilarent, iuxta quæ
scriptum habemus Actorum 6.
vers. 1. & 2. Pro Apostolis autem
Diaconi subrogati sunt, ærarij
publici, œconomi, præfecti &
quæstores.

Inde apud Hieronymum &
Ambrosium, *Diaconi diuitijs ec-
clesiæ prepositi sunt, vt ex eis mini-
strarent pauperibus.* & de sancto
Laurentio legimus apud Leo-
nem Papam, *Dispensationi Ecclē-
siastica substantiæ præminebat.* Vi-
de ipse ad Sixtum: *Thesauros tuos
iam expendi, quos tradidisti mihi.*
Inde factum est vt Diaconi tan-
to bonorum Ecclesiæ zelo fla-
gtauerint, (vt referente Grego-
rio Magno) quidam Archidia-
conus Honoratus nomine gra-
uiter insiliit in quendam Epi-
scopum Salonitam, eo quod ec-
clesiastica bona depopulabatur.

Sciendum etiam est Diaconis
tunc temporis fuisse iniunctam
curam subministrandi Euchari-
stiam tam intra, quam extra Ec-
clesiam sumentibus: vt constat
ex Iustino Martyre, ex Conc.
Niceno, & ex Clemente Ro-
mano:

255.
Diaconatus
munus.
Hier. lib. 4.
in Ezechiel.
c. 48.
Ambros. lib.
offic. vlt.
Leo sermo
be. sancto
Laurentio.

Greg. lib. 1.
Reg. in ep.
23.

256.
Iustinus
Apol. 1.
Cyp. sermo
de lapsis
Conc. Nic.
can. 14.
Clem. lib. 5.
constit. 2.

mano: & colligi videtur ex illo
 Act. 10. 41. Erant perseverantes
 in doctrina Apostolorum, & in fra-
 ctione panis. & mox, quotidie fran-
 gentes circa domum panem. Iy enim
 frangere; videtur denotare con-
 secrationem panis, iuxta id 1.
 Corinth. Et panis quem frangi-
 mus, nonne participatio corporis
 Christi est.

Itaque sicut Dominus ac Re-
 demptor noster in vltima illa &
 mirabili ccena, vtramque men-
 sam coniunxit, communem sci-
 licet, & sacram; in quarum prio-
 ri agnum, ex more comedit: in
 altera verò, mox consequuta, sa-
 cratissimum suum corpus & sã-
 guinem propinavit: cuius gra-
 tia Paulus 1. Corinthiorum 12.
 vtramque etiam coniunxit, dixit
 enim, *Vnusquisque suam cœnam*
presumit ad manducandum: &
aliquis quidem esurit, alius autem
ebrius est; quæ pertinent ad cœ-
nam communem: mox autem
deducto exemplo cœnæ conse-
cratæ, subdidit, Quotiescumque
manducabitis panem hunc, & ca-
licem bibeis, mortem Domini an-
nunciabitis, quæ pertinent ad cœ-
nã sacram. Ut igitur Dominus
 & Apostolus vtramque mensam
 in præallegatis locis coniunxe-
 runt; ita Apostoli vtriusque mē-
 sæ eosdem ministros designa-
 runt; ut sic magis ac magis vtrã-
 que mensam coniungerent, hoc
 est, refectionem corpoream re-
 fectioni animæ subordinarent.

His igitur in hunc modum se
 habentibus; ministerium quoti-
 dianum nihil aliud fuit quàm
 ministerium quotidianæ refe-
 ctionis, subiunctionis & men-

sa: hoc est, ministerium inqui-
 rendi, colligendi, & suppeditan-
 di necessaria victui quotidiano,
 atque vestitui. Vt cum Lucæ 10. Luc 10. v.
 scribitur, *Reliquit me solam mini- 40.
strare, & Actorum 20. Ad ea quæ Act. 20. v.
mihî opus erat ministraverunt ma- 34.
nus ista. Prærequisiti autem sunt
 huiusmodi ministratores pleni
 sapientia & Spiritu sancto, eo
 quòd ad providendum singulis
 prout cuique opus erat, admo-
 dum necessaria videbatur soler-
 tiæ, sagacitatis, industriæ, scienti-
 tiæ & conscientiæ; ac fraternæ
 charitatis ratio; ut sine quibus
 friget omne suffragium & om-
 ne obsequium in proximos. Vn-
 de beatissimus noster Patriar-
 cha requirit cellarium monaste-
 rij, (alias œconomum, vel Pro-
 curatorem) providum maximè
 & prudentem, item & summè
 probum, ac Dei timore plenum.
 Quòd si hæc monacho necessa-
 ria ministraturo de bonis mona-
 sterij: quid Diaconis primitivæ
 Ecclesiæ hinc & inde collectu-
 ris necessaria pro fidelibus sin-
 gulis? & aliquando fortè ex col-
 lectitia atque emendicata pecu-
 nia. Vnde Clemens Romanus Clem. Rom.
 præcepit tales Diaconos eligi, 3. const. 19.
*qui pudore non deterreantur.**

Ad opportunitatem etiam mini-
 strandam Eucharistiam fideli-
 bus, & proinde ad suggerendam
 illis debitam animi puritatem
 & devotionis speciem, sine qui-
 bus nemini licet ad tantam ac-
 cedere mensam: quis inficiabi-
 tur plenitudinem scientiæ &
 Spiritus sancti gratiam prære-
 quirere? unde Clemens Romanus Clem. Rom.
 ita de Diaconorum electione: lib. 3. const.
Apost. 2. 19.

Polyc. epist.
vnic. ad
Philipp.

Clemens vbi
s. epist. 1. ad
Iacob. frat.
Romini.

Sint Diaconi nulla ex parte reprehendendi, quemadmodum & Episcopi sint accommodati ad multitudinem Ecclesiarum: ut infirmis ministrare valeant, ut operarii, qui pudore non deterreantur, & Polycarpus: Diaconi inculpabiles sint in conspectu iustitiae Dei: non criminatores, neque detractores, neque avari. Item Clemens Romanus, relatus 93. dist. Diaconi Ecclesiae tamquam oculi sint Episcopi, aberrantes & circumlastrantes cum verecundia actus totius Ecclesiae, & perscrutantes diligentius, si quem videant proximum peccato, ut referant ad Episcopum, & eos qui secundum carnem agrotant, sollicitè perquirant, ut illis necessaria provideantur. De peregrinis similiter referendis Episcopo suggerant, & cetera his similia, quae ad cultum Ecclesiae & disciplinam eius pertinent, Diaconi cura sint.

CAPITULUM XXI.

Respondetur septimo argumento quoad primam partem ex c. 7. vers. 4. & ostenditur quomodo licet Deus pollicitus fuisset Abrahamo totius Palaestinae terram: tamen non dedit illi nec passum pedis in ea.

260.

AD primam partem septimi argumenti respondent interpretes concedendo, quod

Abrahamo promissa fuit à Deo terra Chanaan: at non utrumque, sed in possessionem eandem & habitandam, hereditatis & incolatus iure. Quare tandiu verum fuit Deum non dedisse Abrahamo hereditatem in Palaestina, nec passum pedis in ea, quandiu non ex donatione, & tamquam accola possedit illam. Quia autem speluncam vel agrum, quem in usum sepulturae habuit, non dono accepit, sed iusta pecunia, neque tamquam accola, sed tamquam advena & peregrinus possedit: ut patet Gen. 23. ideo non pugnat hoc genus possessionis cum negatione illa.

Neque obstat quod in argumento obiicitur, utique fidelitas Dei in suis promissionibus: quoniam (ut ipsi notarunt interpretes) ubicumque in Genesi legitur Deus promittens Abrahamo, Isaac, aut Iacobo, quod eis hanc terram daret, referendum est ad posteritatem eorum: ita ut sensus sit, quod in manibus posterorum suorum hanc Deus parentibus illis traderet terram.

Quod si obiiciamus promissionem hanc non tantum pro semine & posteris Abrahami, sed etiam pro ipso factam, utpote Gen. 13. vers. 15. dictum, *Omni terram, quam conspicias, tibi dabo, & semini tuo.* respondent iidem, sensum oraculi esse, *Terram, quam conspicias dabo tibi in semine tuo; seu dabo tibi, quia dabo illam semini tuo.* Non secus atque dum Psal. 59. dicitur, *Da nobis auxilium de tribulatione: & vana sit*

Gen. 13. v. 4.

261.

Dion. Cat.
5. A. 2. v. 4.

262.
Obiicitur.

Resp.

salus.

filii hominum, idem sonat ac si diceretur, *Da nobis auxilium tuum Domine*, propterea quod *auxilium hominum caducum est*. Ita dum isto elogio dicitur, *Terram quam conspicias tibi dabo, & semini tuo*, idem est, ac si diceretur, *Tibi dabo illam; quia eam daturus sum semini tuo*.

Ratio autē huius phrasidis est, quod quæ parentum merito, siue bono, siue malo dantur filiis, non improprie parentibus dari dicuntur, quatenus filij sunt aliquid patris. Inde quod de Simeone & Leui Gen. 49. dicitur, *Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israël*, non in ipsis, sed in illis, qui de illorum stirpe processerunt, factum & impletum est. Cū enim Simeoni portio, & quidem exigua, obtigisset in medio tribus Iudæ, Iosue 12. vers. 9. cōpulsā est tribus illius, facta numerosior, latiores sibi sedes inquirere; & ita factum est, ut pars in Gador, & pars in motem Seir discesserit: iuxta quæ narrantur 1. Paralip. & cū nulla fors propria obtigisset Leuitis, sed per omnes dispergerentur tribus, ut habetur Iosue 18. factum est ut verē dispergerentur in Iacob & in Israël, iuxta promissionis verbum, ut etiam notauit Hieronymus.

A Noe. similiter dictum est filio suo Chanaam, Gen. 9. *Maledictus Chanaam: seruus seruorum erit fratribus suis*: quod sanè non in persona Chanaam, sed in Gabonitis posteris eius impletum est, ij enim vilissimo seruitio adiudicati fuerunt, Gen. 19. vers. 27. Illud etiam quod Gen.

27. dictum est Iacobo, *Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tue*, non in ipso habuit effectum, ut pote qui potius timuit fratrem, & saepe incuruatus fuit ante illum: sed habuit effectum in eius posteris, ut Chrysostr. notauit erga illud, *Ex Aegypto vocaui filium meum*; & certè hoc in posteris Esau & Iacob impletum videtur secundo Regum 8. Ad hanc igitur normam terra Palæstinæ fuit promissa Abrahamo, non quidem pro se & in se, sed in sua posteritate. Vnde Chrysostr. *Non dedit illi quam promisit terram, sed semini illius post eum*.

Aliam (mysticam tamen) solutionem innuit idem Chrysostr. inquiring, *Vide quomodo illos à terra abducit. Quare igitur non dedit terram? quia figura erat alterius terræ: & promisit se eam daturum illi*. Quod eruditissimum Ariamontanum forte mouit, ut diceret, *Hæc omnia eò tendunt, Abraham credidisse promissis Dei, insissequē obsequutum fuisse, magis à Deo propter spiritualia dona illis promissis adumbrata & significata, quam propter terrena, quæ neque ipse possedit, neque cū audiret promissa, filium aut semen habebat sibi proprium, ad quem promissionum usus pertineret. Neque filius eius Isaac, immo neque nepos eius Iacob terram promissam hereditate obtinuerunt: & tamen credidit se obienturum promissa; & ideo imperiis paruit Dei. Ex quo consequitur ad aliud semen, aliamque possessionem spiritalem Abraham respexisse. Hactenus Ariamont. solita perspicuitate. Quæ si ita sunt, nihil ar-*

Chrysostr. 8. in Matth.

Chrysostr. 15. in Acta Apostolorū.

263

Ariamont. 5. Act. 7. v. 4.

gumento contratio roboris aut difficultatis relinquunt; siquidem non de materiali, quam non possedit, sed de cœlesti Palæstina, quam in æternum obtinet, oraculum huius capitis intelligendum ducitur.

CAPUT XXII.

Respondetur septimo argumento quoad secundam partem, ex cap. 7. vers. 53. Et discutitur utrum Deus immediatè & per seipsum, vel potius mediatè per Angelum legem dederit Moysi.

266.

Aug. lib. 3. de Trin. cap. 11. & lib. contra Adimantium cap. 9. & ep. 111. Philo in vita Moysi. Euseb. lib. 1. de mon. c. 7. & lib. 5. c. 10. Chryl. hom. 16. in Acta. Damasc. lib. 4. fidei.

Secunda pars septimi argumenti in illam nos questionem conicit, quam toties sancti Patres versant, præsertim Augustinus. In quam non solum Philo ludæus, sed etiam Eusebius Cæsariensis, Chrysostomus, & Damascenus constituunt Deum per semetipsum legem Moysi dedisse, non verò per Angelum. Argumento illis multa esse possunt: maximè autem quòd Scriptura probè scit distinguere inter apparitiones Dei & Angeli. Vbi enim reipsa apparuit Angelus, non dixit quòd apparuit Deus, sed Angelus. Igitur vbi dicit quòd apparuit Deus, signum est quòd Deus, non autem Angelus apparuit. In isto autem casu, hoc est, legislationis, cur non dicatur apparuisse Ange-

lum, sed Deum, ut patet Exod. 31. 32. 33. & 34. sequitur dicendum esse quòd Deus per seipsum legem tulit, & Moysi dedit.

Deinde ille qui Moysi apparuit Exod. 3. vers. 6. & cap. 33. vers. 12. planè de seipso dixit quòd erat Deus, & alia de se affirmavit, quæ soli Deo poterant convenire. Igitur credendum est illum fuisse Deum ipsum, non verò Angelum; maximè quòd Deus ipse expressè distinxit inter se & inter Angelum. Exod. enim 33. v. 3. dixit ad Moysen, *Mittam præcursores tui Angelum, sed ego non ascendam tecum.* Populus autem verbi acerbitatem grauter dolens, fleuit, Scriptura dicente ibidem vers. 4. *Audiens populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.*

Viget difficultatè quòd Moyses verè credidit esse Deum illum, qui secum loquebatur. Dixit enim cap. 34. v. 4. ad eum, *Domine Deus, misericors & clemens, qui auferis iniquitatem, & scœlera atque peccata, nullisque apud te per se innocens est.* constat enim elogia ista soli Deo posse quadrare, & de solo Deo posse dici. Vnde non solum relati Patres, verum & plures alij à sententia ista sunt: videlicet Clem. Roman. Tertullianus, Ambrosius, Leo Papa, Gregorius Nazianzenus, Cyprianus, Iustinus Martyr, Theodoretus, Nicephorus, Origenes & ipsum Concilium Syriacense à sententia ista sunt.

His tamen non obstantibus, mihi

268.
Difficultat.
Clem. Rom.
lib. 5. const.
c. 21.
Tertul. lib.
côt. Judic.
Ambi. 8. ad
Coloss. 1. 7
15.
Leo ep. 25.
Pulp. Nac.
tract. de sct.
Cypri. lib. 1.
con. Judic.
5. Iust. Dial.
gam. Theod.
Theod. 4. 7.
in Exod. 3.
Niceph. lib.
1. hist. c. 1. 3.
2. & 3.
Orig. hom.
1. in c. 6.
Ist. x. Conc.
Syriacense
c. 1. 9.

269.

Sabreio.

mihī pro constanti est Deum non per se, sed per Angelum Moisi apparuisse, & loquutum fuisse, maxime dum illi legem tradidit, vtpote quod apud Pau-

Ad Galatas

3. v. 19.

lum habemus, *Quid igitur lex? prepter transgressiones posita est. ordinata per Angelos in manu mediatoris.* id est, in manu Moisi: vt habent communiter interpretes

Cyri. lib. 12.

chalc. 10.

Naz. orat. 6.

Deut. 5. v. 5.

ex Cyrillo Alexandrino, & Gregor. Nazian. & merito, quoniam Deuteronomij 5. scriptum est, *Ego sequester, & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo: vt annuntiarem vobis verba eius. Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem.* Et licet Chryf.

Hier. 3. ad

Galatas 3. v.

5.

& Ambros. Augustinus atque Hieronymus nomine mediatoris intelligant Christum, quia scriptum est 1. Tim. 2. *Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.* quia tamen Christus non fuit mediator respectu Testamenti veteris, sed noui, prout habetur Hebræorum 8. vers. 12. ideo præmissum Deuteronomij elogium necessario de persona Moisis intelligendum est.

Præterquam quod cum Moises innumbraverit Christum; cōsequens est vt ratio & conditio mediatoris, non improprie Moisi congruerit ad designandum Christum, qui futurus erat mediator Dei & hominum. Vnde Ioannis primo legimus, *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* & sæpe in litteris sacris hac eadem phrasi exprimitur legem datam per Moysen, aut in manu Moysi: vt videre licet Leuit. cap. 10. vers. 11. & cap. 26. vers. 46. &

Iosue 14. vers. 1. & cap. 17. vers. 4. & cap. 21. vers. 2. & cap. 22. vers. 9. & lib. 2. Paral. cap. 33. vers. 8. & cap. 34. vers. 14. & cap. 35. vers. 6. & lib. 1. Esdræ cap. 9. vers. 14.

Quod si obiiciamus Chrystomum, OEcumenium & D. Thomam intelligentes nomine Angelorum in præallegato ad Gal. 3. elogio non quidem Angelos secundum naturam, sed potius secundum officium & ordinem, vtique Presbyteros, quales re ipsa fuerunt Moyses & Aaron, iuxta illud Psalmi, *Moy ses & Aaron in sacerdotibus eius.* & iuxta illud Malachie 4. vers. 7. vbi sacerdotes appellatur Angeli; cum dicitur, *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, quia Angelus Domini exercituum est.* Re-

271.
Obiectio.

Respondetur quod cum expresse condistinguat textus inter Moysen & Angelos, non potest nomen Angeli supponere hic pro Moysen, atque adeo neque pro sacerdote; quia tunc præter Moysen nullus sacerdos interfuit. Quare licet Moyses & Aaron sacerdotes fuerint qui vere diuinam legem promulgarunt, eamque à Domino aures detulerunt: ipsi tamen illam non dictarunt, sed potius dictata ab alio acceperunt, vtique à Deo qui mysterio Angelorum dedit legem Moysi. Quare Chryst. alibi sententiam istam mutauit.

Chryf. orat. 3. ad Heb.

Quod si obiiciatur secundò plures Angelos concurrere non potuisse ad dictandam & scribendam legem, vtpote quod vnus vel alter ad vtrumque munus sufficeret: & proinde quod

272.
Alia obiectio.

Resp.

cum de lege dicitur ordinatam fuisse per Angelos, intelligendum esse non quidem de celestibus, sed de terrestribus potius, utique de Sacerdotibus. Respondetur plures Angelos verè Angelos potuisse huic operi inferuire: quatenus scindere lapides, extruere, dolare & perpolire, eisque litteras insculpere, scripturam proferre, dictare & explanare Moyse, plura officia & ministeria sunt: quæ in plures poterant Angelos distribui.

Deinde probatur assertio nostra ex illo ad Heb. 2. vers. 2. *Qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus.* id est, lex vetus data per Angelos in Sina, facta est firma. hoc est, confirmata est signis, portentis & virtutibus, tam dum ferebatur, ut patet Exod. 19. a vers. 16. quam dum violata à præuaricatoribus fuit, ut patet Exod. 32. vers. 18. & Numerorum 25. vers. 4. & vers. 9. & cap. 15. vers. 35.

274.
Chrysof. &
Theophyl.
ibi.

Nec valet dicere cum Chrysof. & Theophyl. quòd Paulus nomine huius sermonis, *Iesus factus est firmus*, non subintulit verba legis, sed alia quæ Angeli nuntiarunt, quorum transgressionem acriter & seuerè Deus puniuit, ut patet in vxore Loth. Non, inquam, valet: quoniam in hoc loco Paulus palàm contendit explicare quanto cum maiore discrimine violaretur lex noua lata per Christum, quam vetus lata per Angelos: & proinde quòd si tam seueras penas dedit omnis qui veterem fuerat præuaricatus legem, consequens erat daturus duriores

qui violaret nouam. Constat autem quòd nomine omnis præuaricationis non potest intelligi nisi præuaricatio contra legem communem alicui populo, qualis fuit lex Moyse: non autem contra præceptum speciale, quale fuit impositum per Angelos mulieri Loth.

Sed audiamus verba Pauli, habent enim, *Propterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accipit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? id est, si violatio legis promulgata per Angelos tanto afficiebatur supplicio, quid præuaricatio eius, quæ per Deum ipsum lata simul & in vulgus edita est? legem ergo veterem Deus non per se hominibus tulit, sed per suos Angelos.*

Tertiò ostenditur ex eo quòd in præsentì cap. Actorum v. 30. dicitur: utique, *Expletis annis quadraginta, apparuit Moyse in deserto Angelus in igne flammæ rubi.* Cum igitur quem hic Stephanus vocauit Angelum, Scriptura alibi vocet illum Dominum, utique Exod. 3. vers. 2. ubi dicitur, *Apparuit Moyse Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Consequens est esse Scripturæ phrasim Angelos ministros Domini Dominum ipsum nominari: & asserere fieri per Dominum ipsum ea quæ re ipsa fiunt per ministros eius. Ratiõ autem est, quia sicut quæ per

amicos

amicos possumus, per nos ipsos posse dicimus: sic quæ Deus per suos Angelos efficit, per seipsum efficere proficitur. Et hoc quidem, quoniam infima gubernat per media, & media per superiora, & omnibus virtutem & efficacitatem conficit, ut sic attingens à fine vsque ad fines fortiter, omnia disponat suaviter.

Demum probatur ex eo quòd, ut Paulus dixit ad Hebr. 1. v. 1. *multifariam, multisque modis, olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio.* Per hoc enim planè indicauit fuisse legis nouæ prærogatiuam, quòd Deus per semetipsum hominibus loquutus fuerit. Quam etiam præfiguauit Matth. dum cap. 5. dixit de Christo Domino, *Aperiens os suum docebat eos,* prout August. considerauit: & ratio ipsa in D. Thoma id nos docuit, quia scilicet lex uetus data fuit per Angelos tamquam per ministros & seruos, quia erat lex seruitutis: lex autem noua per Deum ipsū, authorem gratiæ, quia est lex gratiæ.

His accedit authoritas Dionysij magni, dicentis, *Lex, ut diuina scripta testantur, per Angelos nobis data est. & mox, Annon etiã sacram illam legislationem Moysi datam & concessam, diuinam esse diuina scripta non tradunt? Theologia etiã docet, eam Angelorum opera ad nos peruenisse.*

Fauent etiam Hieronymus, Augustinus, Gregorius Magnus & communis Theologorum schola: eo argumento compressi

quòd si propter aliquid existimandum esset Deum per inter-nuncios Angelos legem Moyfi dedisse, maximè quoniam Scriptura dicit quòd Deus tunc apparuit illi, & uerba ad illum fecit, & ipse Moyfes ad Deū, ut ad Deum: iuxta quæ supra inter arguendum citauimus. At hoc non sufficere, argumèto est quòd sæpè in sacris litteris apparitio facta sub nomine Dei, dicitur apparitio Dei: & sic apparentes appellatur Deus, aut Dominus. Patet hoc Gen. 18. à vers. 1. ubi habetur de Abraham, *Apparuit ei Dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio: cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri.* id est, tres Angeli in specie & forma uirorum: de quibus latè August. Vnde Gen. 19. refertur Sodomam tunc intrasse duos Angelos, utique ex illis tribus qui Abrahamo apparuerunt: ut patet Gen. 18. Rursum eodem cap. 18. vers. 23. & vers. 17. & vers. 20. appellantur absolute Dominus legati & ministri Domini. Dicitur enim, *Dixit Dominus ad Abraham. & rursum, Dixit itaque Dominus. & Gen. 31. vers. 11. appellatur Angelus Dei ille qui mox vers. 13. nominatur Deus Bethel.* Exodi item 3. à vers. 2. dicitur quòd apparuit Dominus Moyfi. & vers. 6. dixit illi qui sic apparuit, *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Et tamen in præfenti cap. vers. 30. dicitur à Stephano quòd qui tunc Moyfi apparuit, Angelus erat. Signum ergo est quòd ex eo quod Scriptura dicat Deum alicui apparuisse,

Greg. lib. 28. mor. c. 11.
Cyril. lib. 2. thes.
Expositores D. Th. 5. q. 98. 1. & 2. partes.

Apparentes nominati Deus.

Aug. lib. 16. de ciuit. c. 29.
Gen. 19. v. 1.

Gen. 18. v. 16.

Dominus legati & ministri Domini.

lib. 1. de
domi-
punc.
D. Th. 1. q. 9.

278.
Dionys. de
eccl.
1. c. 4.

279.
ad
3. de
11.

non posse colligi quod Deus per seipsum apparuit.

280.

Urget tamen argumentum deductum ex eo, quod Scriptura, cum aliquando dicat quod ille, qui apparuit, est Deus, & aliquando quod est Angelus; cur potius credendum est esse Angelum, quam Deum? Nec videtur satisfieri difficultati, dicendo, quod quia Angelus potest fieri minister Dei, potest etiam nominari Deus: Deus autem, quia non potest fieri minister Angeli, non potest nominari Angelus: & proinde quod sepe Angelus in huiusmodi apparitionibus, non vero Deus intelligendus sit. Contra enim est quod vel ipse filius Dei aperte nominatur *Angelus magni consilij*: & quod ly *Angelus* significat idem quod missus. Missi autem sunt à Patre æterno filius & Spiritus sanctus in hunc mundum.

Malachiæ

4.
Angeli vox.

281.

Næque iterum videtur satisfieri, dicendo quod in Testamento nouo, in quo exprimitur veritas & claritas Testamenti veteris, exprimitur fuisse Angelum ille qui apparuit Moyfi in rubo, vt patet Actuum 7. vers. 30. & ideo pro Angelo reputandum esse, non pro Deo. Non, inquam, sufficit: quoniam etiam in Testamento nouo, vtique Actuum 7. vers. 2. dicitur quod apparuit Abrahamo, cum esset in *Mesopotamia Rex gloriæ*; cum tamen in communi sententia non magis apparuit D. Abrahamo quam Moyfi.

282.

Nihilominus respondetur priorem solutionem adhibitam sufficientem esse. Et ad impugnationes

dico, Christum in humana natura, non autem in diuina dici Angelum. Et licet tam ipse quam Spiritus sanctus mittatur, non tamen possunt dici Angeli, vel Angelus: quoniam non mittuntur, vt serui à Domino, sed vt Deus de Deo: præterquam quod cum actio, per quam Deus apparet ad extra, sit communis toti Trinitati: tota Trinitas apparuisset, si Deus per illam appareret. Tota autem Trinitas nec potest mitti, nec dici Angelus. Hoc autem maxime urget quando species apparitionis non designant in particulari aliquam personam ex diuinitis: vt agnus filium, columba Spiritum sanctum, aut quid simile.

Ad id autem quod ex Actuum 7. vers. 2. obicitur, respondetur quod cum dignitas Evangelici status in apparitione veri Dei sita maxime describatur à Paulo ad Hebr. 1. vers. 1. prout iam visum est, omnes apparitiones legis veteris accipiendæ sunt, non vt factæ in persona diuina, sed tantum in persona ministri, vtique Angeli, referentis personam diuinam, non autem importantis. Quod si inquiras, si semper Deus in aliena persona apparuit, vtique in persona Angeli, temporibus illis: cur se Deum nominauit sæpè, & non potius semper Angelum? vt omnem æquiocationem, errandique occasionem nobis penitus amoueret? Respondetur id fecisse, quoniam solempne est omnibus Magistratibus, personam suorum Principum gerentibus,

sui

fui Principis nomen in publicis expeditionibus sibi aptare: vt regalis curiæ Senatores (qui sub Philippo IV. verbi gratia, Castella & Hispaniarum Rege principantur) velut Rex ipse inscribuntur, *Don Ph. Rey de Castilla,* &c. & quæ ab iis distincta procedunt, à Rege distincta dicuntur.

Præterquam quod vt reuerentiùs legationes Dei exciperentur, & opere complerentur, conuictius fuit introduxisse Deum illas proponentem & intimantem quam Angelum. Vnde non tantum in casu legislationis, verum & in omnibus aliis apparitionibus veteris Testamenti, dicendum videtur quod quantumque sub Dei nomine & inscriptione contigerint, adhuc non immediate per Deum, sed per Angelos euenisse creditur: vt legis gratiæ seruetur privilegium singulare illud loquendi per seipsum ad homines.

Neque illa quæ pro contraria sententia obiecta sunt mouere nos possunt. Ad primũ enim & secundum respondetur, nunquam sic Scripturam distinguere inter apparitiones Dei & Angelorum, vt illa quæ de Deo dicitur in Testamento veteri, commode non possit de Angelo accipi. Exod. enim. 3. vers. 2. ille qui apparuit Moyse patenter loquutus fuit vt Deus: siquidem dixit, *Ego sum Deus Patris tui;* cum tamen in præsentis capite dixerit Stephanus fuisse Angelum. Vnde quantumuis verba ista diuina sint, non propterea referunt diuinam personam, sed aliam gerentem munus personæ diu-

inæ: quale proculdubio gessit Angelus ille qui dixit Exod. 3. *Misam præcursorem tui Angelum: sed ego non ascendam tecum.*

Nec verum est quod tandem obicitur, videlicet Moysen credidisse esse Deum illum qui loquebatur secum: sed tantum esse ministrum eius referentem munus diuinum, & tamquam imago Dei diuinam repræsentantem personam. Quare sicut dum oramus nos coram alicuius Sancti imaginem, verbi gratia, Christi, non secus illi loquimur, atque si Christo loqueremur, quantumcumque probè sciamus imaginem illam similitudine tantum esse Christum, non autem substantia & re ipsa. Et ad hunc modum interpretandi sunt & intelligendi sancti Patres induci pro contraria sententia.

CAPVTE XXIII.

Respondetur septimo argumento quoad tertiam partem ex Actorum 7. vers. 56. & ostenditur qualiter verificetur de Christo quod sedeat, & quod stet à dextris Dei.

AD tertiam partem septimi Argumenti vt respondeamus, sciendum in primis est quod verbum hoc, *Christus sedet ad dexteram Patris,* de quo Marcus, Paulus, & Petrus, bifariam potest intelligi, vtique de Christo

236.

237.

Marc. ult. vs
20.
Rom. 8. 34.
1. Petri. 2.
21.

sto

Cyri. Hier. sto in quantū Deus; prout intel-
 cat. 14. legerunt Cyrillus, Chryf. & eius
 Chryf. hom. discipuli: vel de ipso vt homine;
 20. ad Hebr. prout intellexerunt Ambros.
 Cyr. Alex. 12. Thef. c. August. Athan. & Hieronymus.
 7.

Hoc posito dicendum est
 188. quōd si intelligatur de Christo
*Sedere ad dextram Pa-
 tris quid.* vt Deo, tunc nulla est antino-
 mia: quoniam sedere ad dexte-
 ram Patris, tantū significat esse
 Ambr. lib. 2. æqualem per omnia Patri, vt ha-
 de fide c. 4. bent relati Patres. Si autē vt ho-
 Aug. lib. de fide & Sym-
 bolo c. 7. mo, similiter non est antinomia:
 Athan. lib. quoniā *ly sedere* multa potest si-
 de Chryf. gnificare, prout mox videbimus.
 adu.

Sciendum est secundō quōd
 Hieron. 5. *ly sedere* apud litteras sacras, li-
 Psal. 109. cēt sēpē sit idem quōd accum-
 189. bere, Gen. 31. vers. 34. *Supra stram-
 Verbi sedere significatio varia.* *menta cameli sedit.* & Psalmo
 126. vers. 2. *Surgite postquam sede-
 ritus.* sēpē etiam est idem quōd
 manere, vt 1. Esdræ cap. 10. vers.
 9. *Sedit omnis populus in platea,*
 & Psalmo 68. vers. 13. *Aduersum
 me loquebantur qui sedebant in
 porta.* Apocalypf. 3. *Qui vicerit,
 dabo ei sedere mecum.* sēpē etiam
 est idem quōd regnare: vt Exod.
 11. vers. 4. *Media nocte egrediar,
 & morietur omne primogenitum
 Egyptiorum, à primogenito Pha-
 raonis, qui sedit in folio eius, vsque
 ad primogenitum ancilla.* & Psal.
 28. vers. 10. *Sedebit Dominus Rex
 in æternum.* & Apocalypf. 17. v. 2.
*Ostendam tibi damnationem mere-
 tricis magna, qua sedet super aquas
 multas.* Quare cū Marci vlt.

Mate. 16. v. scribitur quōd *Christus sedet ad
 20. dexteram Dei.* non tam est in-
 telligendum quōd accumbat,
 quā quōd maneat, & perpe-
 te regnet apud illum: vt habent

Aug. Chryf. xbi 5. August. & Chrysof. & patet ex

eo quōd de omnibus beatis di-
 xit Paulus ad Ephes. 2. *Confedere
 nos fecit in cælestibus,* id est, habi-
 tare, manere, & regnare.

Tertiō item sciendum, quōd
 etiam *ly stare* apud easdem sa-
 cras litteras, licet sēpē sit idem
 quod recto & erecto corpore
 stare, seu pavementum premere:
 vt Gen. 18. vers. 2. *Cum Abraham
 eleuasset oculos, apparuerunt ei tres
 viri, stantes propē eum.* Psal. 17.
 vers. 39. *Constringam illos quæ pote-
 runt stare.* Ioannis 19. vers. 24.
*Stabat autem iuxta crucem Iesu
 Mater eius.* Sēpē etiam apud
 easdem significat idem quod fir-
 mum esse: vt Psal. 25. vers. vlt.
Pes meus stetit in directo, Isaia 46.
 vers. 10. *Consilium meum stabit,*
 & *omnis voluntas mea fiet.* Roman.
 14. vers. 4. *Quis es tu, qui iudicas
 alienum seruum? Domino suo stat,
 aut cadit.* Sēpē etiam significat
 idem quod fauere, seu ferre
 opem: vt Leuit. 19. vers. 16. *Non
 stabis contra sanguinem proximi.*
 Deut. 5. v. 31. *Tu vero hic sta me-
 cum.* Oseæ 13. v. 13. *Non stabit in
 contradictione filiorum.* Ij autem
 modi adstandi, certum est quōd
 non pugnat cū sessione Chri-
 sti ad dexteram Patris, sed maxi-
 mē congruunt illi; etiam si stare
 accipiatur pro eo quod est ere-
 cto corpore permanere; vt stetit
 in subsidium Stephani, ad quod
 præstandum potuit à sede surge-
 re. Nulla igitur in his proposi-
 tionibus antinomia est: vt adhuc
 sequenti notabili planius fiet.

Quartō, sciendum est quōd
 licet tam *ly sedere* apud Marcū,
 quā *ly stare* apud Stephanum,
 in prioribus vsurpentur signifi-
 catio

190.
 Standi vir-
 bum.

29

ationibus; ita vt sedere idem sit quod accumbere : stare autem idem quod supra pedes consistere, rectum erectumque corpus tenere : adhuc nihil contradictionis in elogiis est; quoniam Marcus egit de positione corporis Christi per modum status & habitus : Stephanus autem per modum actus & raptus. In qua consideratione non solum a sede surgere, verum & extra sedem, per aliquod breue temporis spatium migrare, & ad terras vsque descendere, Christo Domino datum esse sub cap. 13. vidimus.

292. Quinto sciendam quod aliquando stare significat idem quod in folio maiestatis sedere: vt in Psal. 80. vers. 1. *Deus stetit in synagoga Deorum.* Quare etiam si Stephanus loquutus fuisset de positione Christi per modum status & habitus; adhuc non pugnasset cum littera Marci; quoniam aliquando *ly stare* significat idem quod cum maiestate sedere.

293. Denique sciendum cum sapientissimo P. Francisco Suarez, quod nullus sanctorum aut Catholicorum Doctorum interpretatur hoc verbum *sedere*, de corporali sessione: tum quoniam huiusmodi sessio nihil ad Christi gloriam, seu ad perfectionem conducit. Tum quia licet non sit certum an Christus in caelo corporaliter stet, aut sedeat, & utrumque sit in eius potestate: tamen multo probabilius videtur ipsum stare; quia sedere per se, non est tam connaturale homini, sed solum propter neces-

sitatem, vt quiescat, & non defatigetur. At vero in caelo nulla erit huiusmodi necessitas, cum immortalia & gloriosa corpora laborem sentire non possint.

Ioannes etiam Maldonatus egregius admodum Doctor Marc. 16. vers. 19. dixit, *Ridiculi nonnulli ex nobis haeticis sunt, qui sedere hoc loco certam quandam humani corporis positionem significare putant. Non enim sedere in caelo dicitur Christus, propter habitum corporis, quem si expectemus stare magis crediderim, quam sedere: non solum quia statem Stephanus se vidisse dixit, Actorum 7. 55. & 56. sed etiam, quia stare perfecti atque valentis: sedere aut iacere infirmi, languidi, aut casti est; neque enim nisi aut quiescendi, aut cibi somnive capiendi, aut alterius necessitatis causa sedemus, iacemusve.* Quare nihil contradictionis in his elogiis est, vt quae non tam proprie, quam metaphorice intelligenda sunt.

C A P V T XXIV.

Respondetur octavo argumento ex cap. 8. vers. 33. Et explicatur propheta quomodo in humilitate Iudicium Christi sublatum sit.

294. **A**D octauum argumentum respondetur vtramque lectionem seu versionem amice inter se conspirare: vtriusque enim sensus est quod Christus

ob humilitatem paupertatis & abiectionis, quam pro nobis suscepit, contemptus est, atque iniuste iudicatus, iustove spoliatus iudicio, & prope re peremptus. Etenim elogium acceptum iuxta Septuaginta versionem id plane denuntiat. Habetur enim sic, *in humilitate iudicium eius sublatum est*: id est, propter nimiam abiectione illa & demissione, qua Christus exinanivit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, & proclamatur vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectione plebis, Iudaei superbissimi & arrogantissimi adeo illum despererunt, ut vitam eius temere tollendam clamarent, in causa necis ipsius iudicium ferre contempserint: unde illam Pilato indixerunt.

Quinimo non tantum hoc modo in humilitate iudicium Christi sublatum est, sed (ut Procopius notavit) adhuc ipse Pilatus & alij iudicium hoc spernentes, in alios reiecerint. Pilatus enim reiecit in Herodem, & hic in Pilatum, & hic denuo in populum, & populus tandem in Pilatum, ut constat Matth. 26. & 27. Marci 15. Lucæ 22. & 23. & Ioannis 8.

Quin potius (ut notarunt Chrysost. tom. 5. oratione aduersus Iudaeos, Oecumenius in presenti & alij) omnino in humilitate Christi iudicium eius sublatum est, quoniam causa cognitionis nondum peracta, & veritate rei non satis perspecta, sed potius mendacis & calumniis obnubilata & confusa, ipso pro

se nihil respondente, aut euitente, de vita illius tandem actum est.

Rursum elogium hoc quod iuxta translationem nostram habet, *de angustia, & de iudicio sublatus est*, eundem omnino sensum reddit. Significat enim quod Christus acerba morte & iniquo iudicio de medio sublatus fuit. Iy enim *de*, aliquando in sacra Scriptura est idem quod *in*: ut Deut. 33. 2. *Dominus apparuit de monte Pharan.* id est, in monte Pharan. & Psalmo 148. vers. 1. *Laudate Dominum de caelis.* id est, in caelis. Sophon. 2. 11. *Adorabunt Dominum viri de loco suo.* id est, in loco suo. Quare idem est, *de angustia & de iudicio sublatus est*, atque *in angustia & iudicio prope re & iniquo Christus de vita sublatus fuit.*

Utrumque hoc mirè Cyrillus complexus est, dicens lib. 5. in Isai. *Verum igitur est, in humilitate iudicium eius sublatum est. Quia enim illis visus est contemptibilis quispiam & valde demissus, facillimum calculum seu iudicium in eum proferunt. Quod quidem faciunt iudices quidam, qui exacta sententiae & veritatis parum admodum persi habent: & qui ex persona potius quam ex factis iudicant. Si enim qui in iudicio vocatur sit aliquis in mundo illustris, exacti & acres inquisitores esse comperiuntur, & tunc etiam fortassis veritati repugnantes undecumque subsidij genera & auxilij conantur excogitare. Sed ignobili quopiam adducto tum precipites, audaces & sine cunctatione omni in extremis angustiis contra eum ferunt sententiam. Sub-*

Act. 8. 33.

295.

296.

297.

De idē quod in.

298.

latum est iudicium eius in humili-
 tare, inquit. Quoniam igitur vi-
 sus est quibusdam apud Iudæos, vel
 iudicibus plane humilis Propheta,
 animo contemptus nobilitatis que
 in illo erat amplitudinem, & quod
 Deus fuerit in specie natura visus
 terræ incolis: tantum nō capite moto
 deplorat eos, qui iudicium in eum
 statuerunt, & inquit: Generationem
 eius quis enarrabit? Non etenim in-
 quit, ut putatis, contra plebeium &
 vilem hominē duri & iniqui iudi-
 ces exististis, sed in eum potius, cuius
 generationem, vel ortum nulla
 potest explicare ratio.

Faudent Hieron. & Beda, dum
 interpretantes elogium hoc, se-
 cundum vtramque versionem,
 dicunt sensum illius esse, quod
 iudex omnium Christus absque
 aliqua culpa, seditione Iudæo-
 rum & Pilati voce damnatus est.
 id est, non quia reus, sed quia
 demissus & humilis inuentus
 est, temerē cruci addictus fuit,
 & sic vita priuatus. Vnde Paulus
 ad Phil. 2. *Humiliauit semetipsum,
 factus obediens vsque ad mortem.*

Aliter etiam exponit Hieron.
 verbum hoc, inquiens, significa-
 ei per illud quod de tribulatio-
 ne atque iudicio ad Patrē Chri-
 stus victor ascēdit. Quam expo-
 sitionem Nicol. de Lira omnino
 amplexatus est; exponit enim
 subleuationem istam de Christi
 ascensione in cœlum. D. Thom.
 exponit oraculum istud nō qui-
 dem de subleuatione ascensionis
 in cœlū, sed resurrectionis à se-
 pulchro; ita vt sensus sit: de an-
 gustia passionis, & de iudicio in-
 iusto, quo ab aliis iudicatus est,
 sublatus est Christus in resurre-

ctione. Vtraque autem explica-
 tio hæc satis consonat litteræ:
 quoniam Christus de angustia
 & iudicio iniquorum, verē sub-
 latus & subleuatus fuit ad glo-
 riam Resurrectionis & Ascē-
 nis. Quare eruditissimus Ada-
 mus hunc locum Isaïæ versans,
 inquit: *Hæc sunt lata. Sensus est:
 dura quidem, acerba & ignominio-
 sa Christus passus est; verum nunc
 liberatus est de prædicta passione,
 angustia & iudicio. Iudicium au-
 tem hic in malam partem accipitur:
 quemadmodum cap. 22. 2. lib. Pa-
 ral. cum euerteret Iehu domum
 Achab: ad verbum in Hebræo est,
 cum iudicaret de domo Achab: id
 est, cum sumeret ultionem & vindi-
 ctam. Rursus Psal. 9. *Iudicentur
 gentes in conspectu tuo: scilicet ad
 malum. Igitur de huiusmodi iudicio
 Christus sublatus est; & omnino li-
 beratus, & inde ad Resurrectio-
 nis Ascensionisque gloriam eue-
 ctus, Paulo attestante, qui ait,*
*Propter quod exaltauit illum.**

Adamus 3.
 Isaï. 53. v. 8.

Philip. 2. v.
 6.

CAPVT XXV.

Respondetur novo argu-
 mento ex cap. 9. vers. 20.
 & ostenditur cur Paulus
 statim à sua conuersio-
 ne prædicare publicè cœ-
 pit.

Noni argumenti nodus mul-
 tos implicat, vtique prædi-
 catores Neophytos, præcoces,
 impuberes, & intempestiuos:
 qui sacræ Theologiæ tyrocimio

301.

199.
 Hier. sup.
 Isaï. 53. Be-
 da hie.

300.
 Hier. lib. 4.
 5. Isaï.

Nicol. de
 Lira 5. Act.
 5. v. 33.

D. Thom.
 3. 1. q.
 53. 7. 8.

Greg. Naz.
orat. de di-
gni. Epif-
cop. statim
à prin.

penè peracto, & summis labiis degustata Theologia scholastica, incontinentis linguæ morbo laborant: qui sanè morbus in illis veterrimus pariter ac teterri- nus est, dicente Greg. Naz. *Hanc lingua pruriginem hac tempestate grassantem conspicio: sapientésque diei vnius momento exortos, atque Theologos electione ac suffragio effectos: quibus ad eruditionem comparandam satis est, si voluntatem solam asserant. Philosophiæ suprema desiderio teneor, ac iuxta Ierem. cap. 9. extremum quendam secessum requiro: mecúmque ipse solus vita consuetudinem habere concupisco. Neque enim mihi quidquam cum eius hominis viuendi ratione comparandum videtur. Ecce qualiter Greg. damnat, deplorat & fugit horum prædicatorum pruriginem, & linguæ incontinentiam, tamquam pestem grassantem.*

302

Nihilominus non propterea omnes prædicatores præcoces, subiti, impuberes, adolēcentes & intempestiui reiiciendi sunt & damnandi, cum latro repente conuersus, ad latronem commilitonem suum blasphemantem, concionem præclare habuerit, inquiens: *Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste: nam digna factis recipimus, hic verò quid mali gessit.* item Apostoli ex quo repleti sunt Spiritu sancto cœperunt loqui variis linguis, Actorum 2. vers. 4.

Lucæ 23.7.
40.

303

Bernard. ser.
18. in Cant.
Cant. 1. v. 1.

Modus autem qui in hac parte tenendus sit, apud mellifluum Bernardum habetur. Explicans enim ipse verbum illud Cantorum 1. *Oleum effusum nomen*

tuum, sic sem istam digerit. Cauendum est, aut dare quod non accepimus, aut quod erogandum accepimus, retinere. Rem profecto proximi retines tibi, si, verbi causa, plenus virtutibus cum sis, donisque scientiæ & eloquentiæ adornatus, verbum bonum, quod posset prodesse multis, damnabili ligas silentio. Certè maledictus, qui frumenta abscondit in populos. Rursum: Quod tuum est spargis & prodis, si priusquam infundaris, tu totus, semiplenus festines effundere: contra legem arans in primogenito bovis, & ouis primogenitum tondens. Nimirum vita atque salute, quam alteri das, te fraudas: dum sana vacuus intentione gloria inanis vento inflaris. Quamobrem si sapis, concham exhibebis, non canalem. Hic siquidem penè simul recipit & refundit; illa vero donec impleatur, expectat: & siquid superabundat, sine suo damno communicat, sciens maledictum qui partem suam facit deterriorem.

304

Vt autem diuus Pater suam decisionem stabiliat, subiungit ex sacro eloquio sequentia, *Et ne meum consilium contemptibile ducas, audi sapientiorum me. Stultus (ait Salom. Prouerb. 29.) profert totum spiritum suum simul: sapiens autem reseruat in posterum. Verum canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas verò perpaucas. Tanta autem charitatis sunt, per quos nobis fluentia cœlestia emanant, ut ante effundere, quàm infundi velint, loqui quàm audire paratiores, & prompti docere quos non didicerunt, & aliis præesse gestientes, qui seipso regere nequeunt. Quæ lauè verè & lepidè atque*

cum

eum grano salis mehercle diuus Pater dixit.

Monitoriè autem subiecit, *Ego nullum ad salutem pietatis gradum existimo anteposendum illi gradui, quem sapiens posuit, cum dixit: Misere anime tue, placens Deo. Quod si non habeo, nisi parum olei, quo ungar: putas tibi debeo dare, & manere inanis? Seruo illud mihi, & omnino nisi ad Prophetam infusionem non profero. Si institerint rogantes aliqui, ex his, qui fortè existimant de me super id quod videtur in me, respondebo eis: Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.*

Cùm igitur Paulus à primo suæ conuersionis momento, sublimiter edoctus fuerit, utpote in tertium vsque cœlum delatus, vbi arcana verba audiuit: consequens est, ut congruè præcox prædicator euaserit. Nam etiam sol à primo suæ conditionis instanti, lucere palàm cœpit, & micuit eodem quo semper splendore & iubare. Et omne perfectè lucidum perfectè lucet, ac nitet, ex quo ita lucidum est. Vnde concionatores verbi Dei, quoniam sunt lux mûdi, etiam si subito in talem proregerint claritatem, subito docere, lucere, illuminare, clarescere & prædicare possunt: quoniam *lux in tenebris lucet*, ab ipso momento lucis.

Cæterùm quia Satanus sæpè transfiguratur se in Angelum lucis, proat dixit Paulus: multa discussione opus est ad discernendam veram à falsa & pigmentata luce. ista enim delectare

potest; docere, & illustrare non potest: illa autem illustrare & docere, bonum à malo distinguere, & corda sublimiter inflammare, & ad alta quoque prouehere; id enim lux vera est. Vnde Bern. optimè, *Lucere tantum, vanum: ardere tantum, parum. Lucere & ardere, bonum.* veluti Ioannes Baptista, de quo scriptum Ioan. 3. v. habemus, *Erat lucerna ardens, & lucens.* & adhuc Ioan. Euangelista de illo, *Non erat ille lux.* utique eximia & maxima quam annuntiare veniebat. velut Lucifer annuntiat solem, & scintilla ignem. Vnde subditur, *Sed ut testimonium perhiberet de lumine;* nimirum de lumine illo, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Igitur si adhuc Ioannes licet esset lucerna ardens & lucens, perhibetur quod non erat lux, utique eximia, & prima, qualis erat Christus, qui de seipso dixit, *Ego sum lux mundi;* sed deriuatio aliqua, & participatio eius: quid mirum si mente acerrima expendendum sit quale lucis genus & genium sit illud, quod prædicator præcox & subitus effundere conatur in populos? ne fortè sub specie & prætextu effundendi lucera effundat tenebras. Tenebræ autem sunt non solum contra fidem errores, sed etiam contra mores probos, quorum omnino est salutaria tantum à concionatoribus expectare, & ab illis animarum salutem, & quæ concernunt illam, audire.

Conclusio igitur est quod sacra imbutus, & sufficienter præmunitus scientia, statim potest

305.
Eccli. 30.
14.

206.

Ioan. 1. v. 6.

307.
2 Cor. 11. v.
14.

Ioan. 3. v.

35.

Ioan. 1. v. 3.

Ioan. 1. v. 9.

Ioan. 8. 46.

308.

in vulgus ad concionandum convenientissime proflire, & populo prædicare opportunè (vt ait Paulus) atque importunè, arguere, obsecrare, increpareque: qui autem non sic pollet prolifica ista scientia, tenetur autem potius dicenti, quàm os audienti porrigere. Audiens enim sapiens sapientior erit, & minus idoneus hodie, cras aptus fit. Quia autem Paulus à conuersione sua supernè edoctus fuit, ideo à conuersione potuit prædicandi officium auspicari, feliciterque exercere.

Inde capiemus illud obscurum verbum Pauli, quo se abortiuum dixit. *ly enim abortiuum* idem sonat quod præcox: vt patet ex eo quòd Tertul. vocauit Marcionistas, *Præcoces & abortiuos Antichristos*. E iure quidem: quoniam *ly præcox*, significat aliquid quod cito citius proripit: abortiuus autè idem est quod filius ante legitimū tempus natus. Quia igitur Paulus ex quo conuersus est, prædicationi se tradidit, & vitam prædicando peregit: ideo abortiuus appellatus est. Et abortiuū appellandi sunt quotquot ante legitimū & idoneum tempus prædicationis mutus & officio subeunt, quantumque diuinitus ad id præmuniantur & illustrentur. Erunt enim præcoces, tamen prædicatores eximij. Deo enim facile est subito honestare pauperem, & insipientiam mundi sapientias cæli facere.

* * *

CAPVT XXVI.

Respondetur decimo argumento ex cap. 10. vers. 38. & ostenditur quid sit Spiritu sancto Christum inungi.

AD decimum argumentum vt respondeamus, aliqua præmittenda sunt. Primum est quod *ly ungeri* in litteris sacris idem esse solet ac designare & constituere: vt Iudicum 9. *Ierunt ligna vt ungerent super se Regem.* & primo Reg. 9. *Vnges eum Regem populi mei.* Eccles. 46. *Samuel Propheta Domini renouauit imperium, & unxit principes ex gente sua.* id est, constituit, elegit ac designauit. Aliquando autem est idem quod sanctificare & consecrare: vt Exod. 29. vers. 36. *Vnges illum in sanctificationem.* & Psal. 88. vers. 21. *Oleo sancto meo unxi eum.* & Dan. 9. vers. 24. *Vt ungetur sanctus sanctorum.*

Secundum est quòd *ly Spiritus sanctus* potest hinc conuenienter sumi pro tertia ipsa persona Trinitatis: prout sumitur à multis Patribus, vtique ab Irenæo, Athanasio, August. & aliis infra citandis. Quia licet tã Pater quàm filius verè sint Spiritus sanctus: tamen nomen Spiritus sancti appropriatur tertiæ personæ. Ex quo illud Augustini lib. 15. de Trinitate, & D. Thom. 1. p. q. 36. *Quia Spiritus sanctus communis est ambobus, id vocatur ipse proprie quod*

310.

Vngendi verbum.

Iud. 9. v. 8.

Reg. 9. 16.

Eccles. 46.

16.

311.

Spiritus sanctus pro tertia persona Trinitatis.

Aug. lib. 15. Trin. c. 9. & lib. 3. c. 11.

309.

Tertul. lib. 3. contra Marcion. c. 8. n. 54.

Abortiuū qui.

quod ambo communiter. Nam & Pater est spiritus, & filius est spiritus: & Pater est sanctus, & filius est sanctus.

Secundò potest sumi pro ipsa natura diuina, quæ etiam Spiritus sanctus est, & omnis spiritualitatis atque sanctitatis ratio, & principium. Et hoc pacto sumitur Lucæ 4. vers. 18. vbi dicitur, Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me. Tertiò potest sumi pro ipsius Spiritus sancti vberimis donis & virtutibus: vt sumitur Isai. 11. vers. 1. vbi dicitur, Requiescet super eum spiritus Domini. id est, effectus spiritus Domini, subiicitur enim, spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis.

His ita præmissis respondeatur ad difficultatem propositam, quod propositio ista, Deus vnxit Christum Spiritu sancto, idem importat ac dicere, Deum designasse Christum hominum Redemptorem, & opitulatorem, medio Spiritu sancto. quando scilicet, in Baptismo Ioannis insiluit in caput Christi sub specie columbæ Matth. 3. vers. 17. Luc. 3. vers. 35. secunda Petri cap. 1. vers. 17. Et in hoc sensu explicatur ab Irenæo, Athan. August. Hieronymo, Chrysoft. Rufino & alijs. Et meritò quidem, quoniam D. Petrus protulit huiusmodi oraculum in domo Cornelij, sic: Vos scitis quod factum est verbum per vniversam Iudæam, incipiens à Galilea, post Baptismum, quod prædicauit Ioanes, Iesum à Nazareth: quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertransiit be-

ne faciendo, & sanando omnes oppressos & diabolo. Hæc Petrus, in quibus totius oraculi continetur series. Constat autem quod Ioannes eam potuit vnctionem prædicare de Christo & pro Christo, quam viderat.

Est tamen hîc notandum, vnctionem hanc, seu designationem potius fuisse designationis declarationem, quàm designationem ipsam: quoniam à momento conceptionis suæ designatus fuit Christus in Redemptorem. Mos tamen Scripturæ est significare res fieri, cum patefiunt. Vt cum Romanorum 1. vers. 4. dicitur de Christo, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritus sanctificationem. Sensus est, qui declaratus est filius Dei. Vnde Syrus & Græci Codices vertunt, Qui declaratus & agnitus est filius Dei. vt est videre apud Chryf. Origenem. Theodor. Theoph. & D. Thom.

Rursum respondere possumus quod Spiritu sancto Deus Christum inunxit, quatenus consecrauit & sanctificauit eum ipsa sua mirabili conceptione & vnione hypostatica humanitatis ad verbum: ad quam diuinus Spiritus singularem tulit & intulit opem; huius enim gratia Christus singulariter prædicatur, de Spiritu sancto conceptus. ita Cyprianus & Beda. Qualiter autem tertia Trinitatis persona id & similia præstiterit, dicemus sequenti cap. ad calcem.

Tertiò respondetur, Christum Spiritu sancto inunctum; quia ipsa natura diuina formaliter sanctus.

312. Pro ipsa natura diuina.

Pro donis & virtutibus ipsius spiritus.

313.

Gen. lib. 3. c. 1. Athan. or. 2. contr. Arri August. 11. Trin. 36 & lib. 3. contr. Maxim. c. 6. Hier. 5 Isai. 61. v. 1. Procopius ibi Chrysoft. in 16. 44. v. 7. Rufinus in exposit. Symboli.

314.

Chrysoft. Ambr. Theod. Theoph. D. Th. 5. Rom. 1. 4. & Orig. ibi.

315.

Luc. 1. Symb. fidei. Cypri. lib. 2. contr. Iud. Beda 5. Act. 10. v. 38.

316.

Greg. in lib.
9. reg. ep. 61.
Damat. lib.
4. de fide c.
6.

Ambr. Hier.
Theodor. 5.
ad Coloss.
2. v. 9.

sanctus, & sanctus Sanctorum effectus est: vt habent Gregor. Magn. atque Damasc. Ratio autem est, quia propterea dixit Paulus ad Colossien. 2. vers. 9. *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis.* quem sensum hæc verba fortiri, habent eius loci interpretes, Ambr. Hieron. & Theodor. Appellatur autem natura diuina hic Spiritus sanctus; quia omnis sanctificationis genus & opus, Spiritui sancto ascribitur. Quare etiam Ioan. 61. vers. 1. & Lucæ 4. v. 18. ipsa natura diuina Christum sanctificans Spiritus Domini nominatur, hoc est, Spiritus sanctus.

Quartò respondetur Christum dici Spiritu sancto unctum; quoniam Deus non ad mensuram dedit spiritum, hoc est, Spiritus sancti dona, effectus & virtutes filio suo, sed vbertim effudit illa, & immisit in eum, à primo suæ conceptionis articulo, vt sic de plenitudine eius reciperemus omnes. Quare non dictum est hic, *Deus sanctificauit Christum Spiritu sancto, sed unxit.* Quoniam quæ olim oleo deliniebantur ex præcepto Dei, eximii decorati prodibant muneribus: vt patet de Saul 1. Reg. cap. 10. & de Dauid ibidem c. 16. Præterquam quòd *ly ungerè* stabilitatem significat: quatenus quæ unctiōne acquiruntur, indelebilia videntur. Vnde Dauid, *Sicut oleum in ossibus eius.* ad significandam penetrationem & perennitatem. Quia autem Spiritus Domini supra Christum requiescere, hoc est, perpete adesse expediebat, iuxta id Isai.

Psal. 108.

11. vers. 1. *Requiescet super eum Spiritus Domini;* ideo unctiōnis voce vsū in hac parte est.

Hæc igitur est tota ratio, cur Christus dicatur unctus Spiritu sancto: & ista est inter Spiritum sanctum & unguentum cognatio & similitudo. Propter quod etiam Spiritus sanctus (iuxta quæ Basilius notauit) appellatur *oleum exultationis*, dum Psal. 44. vers. 7. dicitur, *Unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis.* Immo non tantum appellatur oleum ad unctiōnem, sed etiam unctio ipsa: iuxta id primæ Ioannis cap. 2. vers. 27. *Unctio eius docet vos de omnibus.* id est, Spiritus sanctus: de quo scriptum est, *Ipse vos docebit omnia.*

318

C A P V T XXVII.

Respondetur undecimo argumento ex cap. 11. vers. 15. Ostenditur quo iure dicatur à Petro Spiritum sanctum cecidisse super Gentiles, sicut initio descenderat super Apostolos.

AD undecimum argumentum respondetur phrasi illa proculdubio significari quòd largiter & affluenter effudit se Spiritus sanctus supra gentes illas: utique supra Cornelium, & familiam eius. Ad enim denotat ipse Spiritus sancti descensus: quoniam

319

Anast. Syna-
lib. 3. He-
xæm.

quoniam (vt obseruauit Anasta-
sius Synaita) vt olim incubuit su-
per aquas; vt fecundaret eas, sic
nunc supra gentium populos: quo-
niam aquæ illæ populos gentium
presignabant. Vnde Petrus ipse
verif. sequenti subdidit, Recordatus
sum verbi Domini quod dice-
bat: Ioannes quidem baptizauit
aqua, vos autem baptizabimini
Spiritu sancto. vtique quoniam
baptismus aquarum atque gra-
tiarum largissimum imbrem do-
norum cœlestium significat, di-
cente Cyrillo Hierosol. *Vi enim*

Cyrl. Hie-
rosol. cat. 17.

*is qui mergitur in aqua & baptiza-
tur, undique ab aquis circumdatur;
sic & illi qui Spiritu sancto bapti-
zantur.*

320.

Huius gratia ad exprimen-
dum passionis Christi proflu-
uium, atque exundans mare,
Christus baptismi nomine vsus
est, dicens Lucæ 12. vers. 50.
*Baptismo habeo baptizari: & quo-
modo coarctor, donec perficiatur.*
& Matth. 20. vers. 38. & 39. *Pos-
testis bibere calicem quem ego bibi-
turus sum? & baptismo, quo ego
baptizor, baptizari?*

321.

Itaque abundè & largiter do-
norum Spiritus sancti copia
Gentilibus istis data atque effu-
sa est: non tamen ita exuberans
vt quæ Apostolis & discipulis
Actorum 2. vers. 4. immissa est:
pro qua scriptum legimus, *Re-
pleti sunt omnes Spiritu sancto. id
est, vsque ad summum referti:*
ita vt in aliorum commodum &
irrigationem effunderetur, tam-
quam totius orbis Doctores,
Magistri, & imbres. Quare (vt
notauit Amonius Alex.) *Spiritus
sanctus in igneis linguis sedit super*

Amonius
Alex. 3. Act.
2.

*capita eorum: vt cum in consecra-
tione Episcoporum, eorum capiti-
bus adhibentur aperta Euangelia
sacra.*

Dicitur autem Spiritum san-
ctum descendisse supra gentes,
sicuti supra Apostolos, vt mani-
festaretur quod licet non in ea-
dem mensura, eodem tamen
modo super vtrosque descendit:
vtique in linguis igneis, vel in
aliqua forma visibili. Vt enim
D. Thom. dixit, *Spiritus sanctus*
*visibiliter dicitur mitti, in quan-
tum monstratur in aliquibus crea-
turis, sicut in signis ad hoc speciali-
ter factis. licet enim omnes effectus
ad extra à tota Trinitate sint, &
inter diuinas personas nulla sit se-
paratio aut diuersitas: at sicut di-
uersis nominibus significantur Pa-
ter filius & Spiritus sanctus, ita
etiam diuersis rebus ad id fabrefa-
ctis. Quare tunc Spiritus sanctus
dicitur missus visibiliter, quando
per aliquam visibilem creaturam
singulariter demonstratur presens,
vt in descensu supra Christi ca-
put in specie columbæ, & super
capita Apostolorum & Genti-
lium in linguis igneis.*

322.

D. Th. 1. p. q.
43. art. 6.

Hæc dixerim ad explicanda
quædam Greg. Naz. elogia. is
enim egregius Theologus atque
Doctor eximius oratione 44. de
Pentecoste dixit, *Spiritum san-
ctum in die Pentecostes non actum,
vt antea, sed essentia presentem
fuisse; id est, immediatè per sei-
psum. Cui fauet Augustinus, di-
cens serm. 185. de tempore, af-
fluisse Spiritum sanctum die illo fi-
delibus suis, non tam per gratiam
visitationis & operationis, quam
per ipsam presentiam maiestatis.*

323.

Hæc enim non sic intelligenda sunt, vt sicut Verbum immediatè vnitum fuit humanitati, & per humanitatem assumptam in terris visum & cum hominibus conuersatum est, ita Spiritus sanctus vnierit sibi immediatè formam aut flammam ignis, per quam in propria sua essentia & persona suis apparuerit fidelibus. Sed quod ignea illa species Spiritus sancti essentiam singulariter representauerit: quod alia non sic representauerunt. Species enim columbæ puritatem, nitorem & agilitatem representauit, spiritus lenis aut vehemens eius suauitatem & efficacitatem: at flamma ignis eius essentiam & personam, quia essentia illius est natura diuina prout infinita inclinatio est, & proinde infinitus amor. Amor autem igneus est, & igne demonstratur. Vnde Spiritui sancto canitur, *Dixeris ignis charitas.* & Matth. 3. *ille vos baptizat in Spiritu sancto & igne.* id est, in Spiritu sancto qui ignis est.

324.

Itaque dum asseritur quod Spiritus sanctus cecidit supra Gentiles, sicut supra Apostolos: *ly sicut* non æqualitatem importat, sed similitudinem. Vti cum dixit Christus, Ioann. 17. vers. 11. *Serua eos, vt sint vnum sicut & nos.* *ly sicut* similitudinis nota est, non autem æqualitatis.

CAPVT XXVIII.

Respondetur duodecimo argumento quoad primam partem ex cap. 12. vers.

2. & ostenditur quomodo Iacobus gladio occisus sit cum illi & fratri dixerit Christus, Calicem quidem meum biberis.

Argumētū duodecimi prioris patet difficilis proculdubio aliquibus visa est. Tum, quia textus is Actorum non videtur cohærere cum illo Matth. 20. vers. 23. *Calicem quidem meum biberis.* Tū quia Iosephus res illorum temporum accuratè & absolutissimè enarrans, non tantum huius necis, verum neque talis Regis Herodis mentionem facit: vt est videre in vtroque volumine eius. Tum quia decollationis supplicium apud Iudæos, neque erat lege sancitum, neque consuetudine approbatum: vt notauit Baronius, & Sigonius probare videtur; dum libro 6. de republica Hebræorum cap. 8. post principium, refert omnia necis genera, quæ apud Hebræos in vlu, dicens fuisse combustionem, crucifixionem & lapidationem. Nihil autem dicit de decollatione.

Et licet Hieron. & Beda super Matth. 27. vers. 33. nomen montis Caluarij deductum asserant à craniis decollatorum, qui ibi ferro plectebantur & detruncebantur: reluctantur tamen eis Baronius, & Grethferus, ex eo quod Iudæi ad vesperam sepeliabant quoscumque extremo supplicio affectos. Igitur non à craniis hinc inde dispersis dam-

natorum

325.

Baron. tom. 1. anno Christi. 34. p. 112. Sigonius lib. 6. de repub. Hebr. c. 8.

326.

Mons Caluarij vnde. Hier. sup. Matth. 27. 33. Beda Luc. 23. 33. Baron. vbi sup. Grethf. lib. 1. de cruc. c. 18.

atorum, Caluarij nomen de-
tractum est, & monti illi indi-
tum: & proinde nullis inhaerere
vestigis possumus, vt dicamus
Iacobum gladio peremptum
fuisse.

327.

At textus littera per se irre-
fragabilis est, & occisionis genus
valde congruum Iudæorum fu-
rori, qui Iacobum sibi valde in-
fensum è medio tollere festina-
bant longè ante omnes: qua-
re ante omnes Apostolos vita
priuatus fuit, & ob id stricto gla-
dio; eo quòd ictus illius hacten-
us inefficax aut frustraneus in-
uentus non est: etiam in Marty-
ribus illis, qui omnibus aliis tor-
mentorum generibus, siue ignis,
siue aquæ, siue sagittarum, siue
lapidum, siue quoruncumque
cruciatuum etiam immanissi-
morum superiores euaserant: vt
de Cosma & Dam. Martyribus:
Facundo & Primitiuo, aliisque
quamplurimis legimus.

328.

Neque obstat quod in primis
obiicitur de promissione Chri-
sti, quoniam omnis ille dicitur
calix Christi, qui in honorem
eius haustus hauriendus est.
Sicut Martyr Christi omnis qui
pro ipso Christo vitam exponit.
Vnde Bernardus inquit, *Calicem
Christi esse calicem patientia & la-
boris quæ ipse Iesus bibit.* Quicun-
que igitur in gloriam Christi,
aut pro Christi gloria patientes
ærumnas, carceres, necos, peri-
culave subeunt, calice Domi-
ni potantur: vt qui ob mundi
gloriam desipiunt, mundi calice
inebriantur.

Vnde Hier. rem hanc discu-
tiens, & quærens, quomodo ca-

licem Domini biberunt filij Ze-
bedæi, cum Iacobus capite trun-
catus sit: Ioannes autem propria
morte resolutus? Respondet
quòd Ioannes bibit calicem
confessionis, quem tres pueri in
camino ignis biberunt, eo quòd
illius animus non defuit marty-
rio: quia propter martyrium in-
feruentis olei dolium missus est,
iuxta Tertullianum, licet perse-
cutor sanguinem non fuderit.
De Iacobo autem nihil dicit:
nam illi martyrio vita perem-
pta fuit, & proinde calicem Chri-
sti bibit, hoc est, pro Christo.

Tert. lib. de
prescr. hæ-
ret.

Neque denique obest quod
tertio loco de Herode obiicitur.
Quoniam licet verum sit (vt hîc
Caietanus notauit) quòd iste
Rex, quem hîc Lucas appellat
Herodem, numquam sic à Iose-
pho appelletur, appellatur tamè
Agrippa. Vnde frequenter vtro-
que simul cõsuevit appellari no-
mine, Herodes Agrippa, ad di-
stinctionem alierum Herodum.

330.

Caiet. 5. Act.
12.

Pro quo est notandum cù Ly-
ra, videlicet tres Herodes fuis-
se in Iudæa, de quibus Scriptura
facit mentionem. Primus fuit
Herodes Escalonita, sub cuius
tempore Christus natus est: &
cuius sauitia in Christum inno-
centes occisi sunt. Secundus fuit
Herodes Antipas, seu Tetrar-
cha, ita dictus, quia non fuit Rex
vt pater suus Herodes Escaloni-
ta, (licet propter regiminis di-
gnitatem aliquando appelletur
Rex à Matthæo & Marco,) sed
tetrarcha Galizæ, & is decolla-
uit Ioannem Baptistam, & illudit
Christo veste splendida. Qui
tandem accusatus apud Roma-

Lyra Act. 12.

Herodes in
Iudæa tres.

Matth. 2.

Matth. 14.

19.
Marci 6. 14.
Lucæ 3.

Objectionibus
rescribitur.

Bernard. in
lib. sent.
Calix Chri-
sti calix pa-
tientia.

329.
Hieron. 3.
Matth. 20.
4. 33.

num Imperatorem Caium Caligulam pulsus in exiliū fuit Lugdunum Gallia, hodie nobilissimum populū. Tertius fuit Herodes Agrippa nepos primi Herodis, ex filio primogenito eius Aristobulo fratre Herodis Antipæ, qui à Claudio & Caio fuit subleuatus ad regnum Iudæorum, & à Iudæis magnificè exceptus. Quare vt illis vicem redderet, occidit Iacobum gladio, & Petrum coniecit in carcerem.

332.
Ioseph. lib. 12. antiq. c. 8. & lib. 19. cap. 5. & de bello Iudæo lib. 2. c. 8.
Lucas Act. 12. 21.
Hunc autem Herodem, quem Iosephus vocat Agrippam, esse omnino illum, quem hic Lucas appellat Herodem, constat planè ex identitate mortis, in qua tam Lucas, quam Iosephus conueniunt. Lucas enim habet sic, *Statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos: populus autem clamabat Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, & consumptus à vermibus expirauit.* Iosephus autem hæc passim inter multa de eodem scribit. *Celeberrimè die secunda processit manè in theatrum. Moxque adulescentes alii de acclamantes Deum consalutabant. Mox ex intimis precordiis indoluit; sequuta sunt ventris tormina statim à principio vehementia; non temperabat sibi à lachrymis; cruciatu deinde per continuos quinque dies confectus, vitam finivit, annum natus quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium.*

Ioseph. lib. 19. antiq. cap. vlt. post medium.

333.

Neque tandem obest quod tandem de capite obtruncatione obicitur, quoniam sicut

Ioannes Baptista gladio ab Herode Antipà decollatus fuit, siue secundum, siue contra legem & mores; ita Iacobum potuit Herodes Agrippa capitis interimere iugulo. Vnde deinceps vltimissimum in Christi martyres supplicij genus erat iugulum, quia peremptorium in omnes. Imò, vt aliqui volunt, cum Petro Gregorio, supplicium iuguli non omnino insolens, atque extra mores erat in Hebræa republica: vt videtur colligi ex illis verbis Regis Israël cum iuramento minantis, quod non stare eodem die caput Helisai super ipsum. Et etiam ex ipso quod Dauid caput præcidit Goliath, & Iudith Holofernis. Neque his reluctatur Sigonius: quoniam licet non enumeret nisi tria vltima supplicij genera, ait tamen quod ad illa tria reducebantur reliqua. Sed tamè certum est decollationem non fuisse in vsu pro publico supplicio, de quo hic, quamuis pro priuata vindicta exitisset.

Petr. Greg. lib. 31. syn. tagm. c. 16.

4. Reg. 6. 31.

1. Reg. 7. 5.
Iudith 13.
10.

C A P V T XXIX.

Respondetur duodecimo argumento ex Actuum 12. 21. quoad secundam partem, & ostenditur Herodes Agrippa iure ab Angelo percussus lethaliter, quia Deo non dedit honorem.

Secun

334
Secunda pars duodecimi ar-
 gumenti facilem solutionem
 admittit, si semel animaduerta-
 mus, quod licet Rex iste hono-
 res sibi diuinos non præripue-
 rit, oblatos tamen non respuit,
 neque adultores, qui eos sibi
 obtulerant, & impendebant, ca-
 stigauit: ut vel ipse Iosephus ob-
 seruauit, inquit, *Hanc impiam*
adulationem ille nec castigauit, nec
repulit. Vbi est maxime notan-
 dum *ly impiam adulationem*; im-
 pium enim est quod contra Deū
 militat. Vnde impij dicuntur
 Dei & diuini cultus contem-
 ptores: sicut & pietas diffinitur
 verus de Deo sensus, verus in
 Deum cultus. Quare impium
 pariter & blasphemum est, quod
 terreus atque luteus homo, pro-
 priæ uilitatis, & innatæ demis-
 sionis oblitus, diuinis sibi perpe-
 ram oblati honoribus exultet,
 & gaudeat. Hoc enim execrabi-
 lius & scelestius est, quam ina-
 niter gloriari, & se plus satis ef-
 ferre. Quare supplicio illo me-
 hercle dignus fuit.

335
 Inde Chrysostomus & cum
 OEcumenius, *Statim ultrò in-*
uasit istum, quamuis non propter
Petrum, sed propter ipsius magni-
loquentiam, hoc est, quam in adu-
latoribus patienter & lætanter
tulit. Vnde subiungunt, *Sed quid*
ad ipsum atinebat, si illi clami-
bant? Quoniam uidelicet uocem
eam admittebat, seque ea adula-
tionem dignum existimabat. & addunt,
Ceterum cur non etiam adultores
puniuntur? utriusque quidem digni pœ-
na erant: sed quia hinc iudicij non est
tēpus, ille tantum qui crimine maxi-
mo erat obnoxius supplicio afficitur.

Inde quasi alieno periculo
 edocti Paulus & Barnabas audi-
 tis quorundam uocibus barba-
 rorum consalutantium eos diui-
 nis nominibus, non tantum hon-
 ores illos protinus propulsa-
 runt; uerum conscissis uestibus
 trementes dixerunt, *Viri quid*
hac facitis? & nos mortales sumus,
similes uobis homines, annuntian-
tes uobis ab his uanis conuerti ad
Deum uinum. iuxta quæ habentur
 Actorum 14.

Baptista etiam præsciens hon-
 ores diuinos temere vulgandos
 non esse, neque creaturis, etiam
 eximiis, impertiendos, strenuè
 discussit eos, quos Ierofolymita-
 ni proceres ad se detulerunt, in-
 quiens, *Non sum ego Christus, ne-*
que Helias, neque Propheta. Et ob
 eandem rem Angelus omnino
 respuit adorationem, quam Ioā-
 nes procidens illi exhibebat, &
 Petrus Cornelio se adoranti re-
 stitit, & à proposito reuocauit;
 agro enim stomacho tulit ubi-
 que Deus gloriam suam aliis
 commodare. Ex quo illud apud
 Isaiam, *Propter me faciam ut non*
blasphemer, & gloriam meam al-
teri non dabo. id est, ne blasphem-
 iæ crimen incurrant homines,
 honorem meum aliis à me com-
 modando, nihil quod mihi unice
 præstandum est, illis tribuam;
 quinimo distribuentes disper-
 dam.

Hinc efficaciter prorsus & vali-
 do argumento colligit OEcum-
 enius Christum non rapina
 aut fraude, sed uera & incon-
 cussa fide dici & esse Deum;
 quoniam tam ipse per seipsum,
 quam per discipulos & Apосто-

Ioseph. ubi
 sup.

impij quid.

336
 Chryl. hom.
 27. in Acta.
 OEcum. 5.
 Act. 14.

336.

Act. 14. 27.
 10.

337.

Ioan. 1. 20.

Apoc. c. 19.
 10. & c. 22.
 8.

Isaie. 48. 11.

338.

los suos diuinas à nobis salutationes, adorationes, & honores exigit & accipit: & se filium Dei esse profitetur, idem eum Patre & Spiritu sancto. Qui tamen non propterea aliquid mali in se aut in discipulos suos diuinitus passus est, sed econtra ingentia bona fortitus. Si ergo nullus apud Deum inultus eorum, qui diuinos sibi vsurpant honores, siue homo, siue Angelus sit: consequens est quòd Christus verus Deus sit, cum assertiones eius nullam è cælo hactenus indignationem præsenferint. Verba OEcumenij sunt. *Si eo quòd hic acclamationem istam, vox Dei, & non hominis, tantùm audierat, & nihil ipse insolenter fuerat loquutus, tam grauius est ictus, quanto magis Christus, si Deus non fuisset, perpeffus huiusmodi percussionem esset; cum ipse semper diceret: Verba hæc non sunt mea, sed eius qui misit me Patris.*

339.

Et quidem non tantùm dignè, verùm & fructuose has pœnas Herodes dedit: quoniam illarum acerbitate compressus in has voces ad adulatores apud Iosephũ erupit, *En ego ille vestra appellatione Deus, vitam relinquere iubeor, fatali necessitate coarguente vestram mendacium, & quem immortalem salutastis, ad mortem rapior. Sed ferenda est voluntas cœlestis numinis. itaque, vt Antiochus aliàs impius & contra Deum contumax, supplicij tamen asperitate doctus, notatũ dignam vocem extulit, *Instum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo cogitare;* ita hic Herodes illam nuper relata.*

Ioseph. vbi
5. c. vii.1. Machab.
12.

CAPVT XXX.

Respondetur decimotertio argumento quoad primam partem ex Actuum 13. 33. & ostenditur Paulum resurrectionem Christi à mortuis non intulisse ex illo Psalmi, Ego hodie genui te.

PRima pars decimitertij argumenti quæstionem pulsat, quæ verè multorum ingenia torfit propter elogij explicationes. Sanè locum istum Psalmi plures interpretantur de diuina Christi atque æterna generatione, vtique Basilius, Athanasius, vterque Cyrillus, & Ierosolymitanus, & Alexandrinus, Augustinus & Tertullianus: imò & ipse Paulus in hoc sensu exposuisse videtur ad Hebræos 1. v. 5. cum dixit, *Cui enim Angelorum aliquando dixit Deus, filius meus es tu, ego hodie genui te?* vt ibidem expendunt & asserunt Beda, Theophylactus, Anselmus, D. Thomas, Lyra & alij.

Alij autem, vt Hilarius & Ambrosius, quibus recentiores aliqui adhærent, Montanus videlicet, & Vasquez cū Agellio; dicunt oraculo isto resurrectionem Christi Domini significatam esse; quia Paulus sic intellexisse videtur, dicens, *Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est.* Quo-

340.
Generatione
Christi qui
arguant.
Basil. lib. 2.
contra Eu-
nom.
Athanas. orat.
2. cōtra Aca-
rian.
Cyr. cate-
chisti 10.
Alexand. lib.
1. in Ioan. c.
4. & de re-
cta fide ad
Theodosiũ.
Aug. in Psal.
2. & in En-
chiridio c.
49. & Tert.
lib. cōtra
Praxean. c. 7.
341.
Resurrectione
Domini qui.
Hilar. &
Chrys. in
Psal. 2.
Amb. lib. 1.
de fact. c. 1.
Montan. in
Psal. 2.
Vasq. 1. P.
disp. 18. c. 2.
n. 8.
Agel. 3. Pl. 2.
A&. 13. 33.
nam

niam hanc Deus adimplevit filiis
vostri, resuscitans Iesum, sicut in
Psal. 2. scriptum est: Filius meus es
tu, ego hodie genui te.

Alij denique tantum expli-
cant de Christi Domini adven-
tu secundum carnem ad redem-
ptionem mundi, vt Theodoretus,
Gregorius Nissenus, Cyprianus,
OEcumenius, maxime autem Beda,
& Genebrardus. Quorum ego sententia
promptusque subscribo; quoniam
ille omnino legitimus alicuius
elogij sensus putandus est, quem
Apostoli legitimam tulerint ac
protulerint. At Paulus hoc
elogium protulit ad probandam
& persuadendam incarnationem
Christi. Ergo de Christi in-
carnatione intelligendum est. Mi-
nor huius probationis liquet ex
ipsis Pauli verbis pro secunda
expositione citatis. Habet enim,
Et nos annuntiamus vobis eam,
qua ad patres nostros repromissio
facta est, quoniam hanc Deus adim-
plevit filiis vestris, resuscitans Ie-
sum, sicut in Psalmo scriptum est:
Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Sanè cum potissima & præstan-
tissima promissio Dei patribus
facta antiquis, non resurrectionis,
sed incarnationis eximium
opus fuerit; consequens est vt
hanc intellexerit Paulus, cum
absolute dixit, *Annuntiamus vo-*
bis eam qua ad patres nostros re-
promissio facta est.

Neque obstat quod dixerit
promissionem istam adimple-
tam esse per hoc quod Deus re-
suscitavit Iesum: quoniam, vt
docte pariter atque argute no-
ster notavit Genebrardus, ly re-

suscitans idem hic est, quod in
lucem efferens. Non secus at-
que cum Deuteronomij 18. dicitur,
Prophetam suscitabit vobis
Dominus. id est, dabit, & intro-
ducet palam publiceque in or-
bem. Ac veluti in præsentī capi-
te cum dicitur de Saül, *Amoto il-*
lo suscitavit illis David Regem, id
est, contulit in regem. Et Iudi-
cum 3. *Clamaverunt ad Dominum*
qui suscitavit eis salvatorem Otho-
niel filium Cenez, id est, contulit
illis salvatorem, qui liberaret. &
Isaia 14. *Suscitavit tibi gigantes,*
id est, contulit.

Neque iterum obest, quod
hæc non dixerit Paulus *suscitans,*
sed *resuscitans Iesum,* quoniam in
sacris idem vtriusque vocis sen-
sus est, ita vt promiscue vna sup-
ponatur pro altera: vt constat
ex illo Marci 11. *Moses nobis*
scripsit ut si cuius frater mortuus
fuerit, & dimiserit uxorem, & filios
non reliquerit, accipiat frater eius
uxorem ipsius, & resuscitet semen
fratri suo. Moyses autem quando
huiusmodi legem scripsit, vti-
que Deuteronomij 25. non di-
xit, *ut resuscitet,* sed, *ut suscitet se-*
men fratri suo.

Neque denique obest quod
iunior quidam, egregius sanè
Psalmorum interpres, videlicet
Antonius Agellius contra Ge-
nebrardum inducit, videlicet
Paulum sequenti versu sequen-
tia subiecisse verba, *Quod autem*
suscitavit eum a mortuis, amplius
non reuersurum in corruptionem;
ita dixit, *Quia dabo vobis sancta*
David fidelia. Quasi Apostolus
priori ex Psalmo 2. testimonio
probare voluisset, resurrectio-

342.
Qui Christi
aduentum se-
cundum car-
nem.
Theodor. in
Psal. 2.
Niss. hom.
2. in Eccl.
Cyp. lib. 2.
aduer. Ju-
deos.
OEcum. 3.
Act. 13.
Beda. Act.
13.
Geneb. in
Psal. 2.

Act. 13. 33.

343.
Difficultati-
bus quibusda
venitur.

Gen. ybi 3.

Act 13. 22.

Iudicum 3.

9.

Isaia 14. 9.

344.

Marci 11.

19.

Deut. 25. 5.

& 7.

345.

Agellius. in

Psal. 2.

Isaia 13.

nem Christi quoad substantiam, secundò verò (quod est Isaia oraculum) ipsius resurrectionis modum & proprietates, utique in corpore omnino impassibili.

346.

Non, inquam, obest; quoniam licet obseruatio hæc arguta valde, suoque authore digna sit; tamen, ut prius propriusque noster admonuit Beda, versus ex Psalmo 2. non resurrectionem Christi, de qua versu sequenti, sed incarnationem, de qua supra loquutus erat, omnino hîc respicit, & ad ipsam pertinet. Pro quo notandû est, quòd Paulus ab Antiochenis rogatus proposuit illis pro concione que scire illos de Christo oportebat; utique promissum fuisse Dauidi, & in mundum iuxta promissionem missum, prædicatum atque demonstratum à Ioanne, in terris auditum & visum, à Iudæis impiè crucifixum, & tandem die terttia à mortuis exsuscitatum, atque à multis postea in Galilæa atque Iudæa visum; ut patet ex isto Actorum cap. 13. à versu 22. vsque ad 32. inclusiue.

347.

Hæc ita præmissis simplicique verborum enarratione firmatis, ut Athenienses integram eamque constantem adhiberent fidem, duo voluit elogia cumulare, quibus palàm fierent duo, quæ in præsentî concione plus momenti habebant: utique incarnationis filij Dei, & eius resurrectionis mysterium. Quare ut muniret primum, verbis ex Psalms 2. versu 7. vsus est: ut verò secundum, Isaia elogio.

348.

Agell. ubi 7. Agellio quòd utroque testimo-

nio resurrectionem Christi sub alia & alia ratione comprobare voluit, aduertat quòd finito priori sic introiuit absolutèque secundum, *Quòd autem suscitauit eum à mortuis amplius non reuersurum, ita dixit: Quia dabo sancta David fidelia. Ideòque & alias dixit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Constat autem illam particulam *autem*, aduersatiuam esse, & propterea indutam ad muniendam, vel adstruendam viam alteri propositioni omnino diuersæ.

349.

Neque valet dicere quòd in prima egit de resurrectione Christi quantum ad substantiam, & in secunda quantum ad modum: quoniam expressè egit in secundo de resurrectione Christi quantum ad vtramque rationem; & ideo duplici diuerso oraculo muniuit eam, ut patet ex modò dictis. Liquet ergo tertiam expositionem legitimam esse, & textui valde germanam.

350.

Sed quid dicendum ad auctores primæ, præsertim quatenus pro se habere videntur auctoritatem Pauli inducentis hoc idè elogium ad Christi diuinitatem adstruendam, ut alibi etiam nos monuimus? licet enim qui præpti sunt ad concedendos plures litterales sensus, sub eadem littera facile discutiant hos fumos, attamen qui secus, nõ nisi ægrè. Nihilominus adhuc iuxta sententiam istorum (quæ minus celebris inter Theologos est) responderi potest cum Vasquez, Vasquez 1. elogium hoc adductum fuisse à Paulo Hebræorum 1. non propter secundam, sed propter pri-

Laurea Sal-
mâcina cer-
tam. 5. ex-
pos. c. 1. n.
17.

Vasquez 1.
p. d. 1. 8. c. 7.

mam

mam tantum partem illius: utique propter illam, *Filius meus es tu.* quoniam de hoc sermo erat. Illa autem, *Ego hodie genui te,* concomitanter tanquam versiculi integralis pars inuecta fuit.

351.

At quoniam in litteris sacris nec iota unum, nec vnus apex mysterio carere existimandum est, ideo dixerim utramque oraculi partem inductam fuisse ad probandam diuinitatem Christi, non quidem nudè sumptam, sed in natura assumpta. de hac enim Paulus agebat. Hoc autem nihil aliud est à mysterio incarnationis; & proinde utrobique idem elogium reddit eundem sensum. Introducitur autem Pater æternus, dicens de Christo, *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* quia

Athan. orat. in id, Deus de Deo.

(ut notauit Athanasius) Pater in hoc versiculo voluit etiam appropriare sibi generationem filij sui secundum carnem, ita ut sit sensus: *Filius meus es tu,* non tantum quia genitus ab æterno secundum naturam diuinam, sed quia etiam hodie (utique die incarnationis) genitus secundum naturam humanam. Propter quod Christus dupliciter habet esse filium Dei, utique propter æternam generationem, quatenus Deus, & per gratiam vnionis hypostaticæ, quatenus homo. Licet quia hæc temporalis generatio præsupponit illam æternam, ut per se ad hanc requisitam, ideo locus ille utriusque opportunè adaptatur: imò & resurrectioni Christi secundum quãdam extensionem conuenienter accommodatur, propter ea quæ nos ibi docuimus: utique quo-

niam in sacris tunc res fieri dicuntur, cum patefiunt. Christus autem tunc maximè ostendit se filium Dei, cum seipsum à mortuis exsuscitauit. Propter quod Romanorum 1. dicitur prædestinatus, siue declaratus filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, id est, ex resurrectione à mortuis, propter quã dicitur primogenitus mortuorum; quasi resurrectio generatio sit, quatenus est generationis signum.

Laurea Salm. vbi s.

CAPVT XXXI.

Respondetur decimotertio argumento quoad secundam partem ex Actuum 13. 34. & ostenditur qualiter resurrectio Christi contineatur sub his verbis, Dabo sancta David fidelia.

Secunda pars decimitertij argumenti eodem modo à cunctis expositoribus expeditur. Dicunt enim elogium istud haberi secundum Septuaginta translationem, ut est videre apud Cyrillum Alexandrinum libro 5. in Isaiam: & liquet ex Isaiæ 55. 3. vbi nos cum Hebræa veritate legimus, *Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles,* Septuaginta transtulerunt, *Dabo vobis sancta David fidelia.* vbi *sancta* respondet pro

352.

Beda s. Act. 13. Cyril. Alex. s. Act. 13. Hier. lib. 15. in Isaiam. c. 35.

ly *pactum sempiternum* ; eo quod sancta idem sonat quod sancta, stabilita, & in perpetuum firmata, quod pactis sempiternis conuenit. ly autem *fidelia*, idem quod infallibilia & indeficientia. Et ideo ly *fidelia* respondet pro ly *fideles*, id est, robustas & stabiles: vt cum dicitur Deut. 32.

Psal. 110. 6. *Deus fidelis.* Psalmo 110. *Fidelia omnia mandata eius.* 2. ad Timoth. 2. *Si negauerimus eum, ipse fidelis manet, non potest negare se ipsum.* & 1. ad Timoth. 1. *Fidelis sermo*, vt notat Hieronymus.

Hier. ubi 3. Quia verò fœdera hæc inita & sancta inter Deum & homines omnino ex misericordia erant, ideo in originali appellantur misericordiae: & quoniam stabiles erant & immobiles, sunt appellatae fideles: vnde idem est, *Dabo vobis sancta David fidelia*, atque exitu complebo, operæque præstabo omnia & singula quæ Dauidi volens libensque promisi. Promissa autem fuit illi suæ domus & regni perpetua stabilitas, iuxta id 2. Regum 17.

1. Reg. 17. 16. *Fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.* quæ tamen non nisi in Christo completa sunt. Et proinde Christus semel mortuus debuit ad vitam remigrare vi huiusmodi promissionis.

353. His accedunt quæ ipse David cecinit, dicens, *Misericordias Domini in æternum cantabo*; vtique illas, pro quibus Isaias dixit, *Misericordias David fideles*, seu, iuxta versionem Septuaginta, quæ hic Paulus fuit usus, *Dabo sancta David fidelia*. Hæc autem sancta,

vel etiam misericordias David fideles, seu misericordias in æternum à Dauide cantandas, adonitur ipse, subiungens, *Quoniam dixisti: In æternum misericordia edificabitur in cœlis, preparabitur veritas tua in eis.* id est, tam firma stabilisque promissæ misericordiae fides erit, atque cœlum ipsum. Vt autem aperiret quodnam misericordiae opus promississet, subiungit in persona ipsius Dei, *Disposuit testamentum electis meis, iurauit David seruo meo, usque in æternum preparabo semen tuum: & edificabo in generatione & generationem sedem tuam.* id est, pactum & fœdus sempiternum in bonū & emolumentum electorum meorum iniui, & iuramento præstito Dauidi firmari quod regnum eius æternum permaneret.

354. Ecce qualiter cohæreant omnia & sibi consentiāt, quæ Isaias secundum Hebraicam veritatem refert, & quæ Paulus secundum Septuaginta translationem infert: quia dum dicitur testamentum, idem est, ac si diceretur pactum: nam in sacris pro eodem stant, vt videre est apud Hieronymū. Et cum dicitur iuramento firmatum, idem est, ac si diceretur sanctum, vel sancta, quia sancta dicuntur, quæ iure iurando obstringuntur ob iuramenti religionem. Vnde Tertullianus aliquando legit, *religiosa & fidelia David*, aliquando verò, *Sancta & fidelia David*. Ac denique cum testamentum sit de producendo in æternum solum David, idem est ac si diceretur, verum David, vtique Christi-

sum.

Psal. 88.

Psal. 88. 4. &

5.

354.

Hieron. in questionibus 5. Genesim. q. 3. & lib. 2. 3. ad Galatas 3. Tertul. lib. 3. contra Marcionem cap. 7. Idem lib. 4. contra Marcionem cap. 1.

stum Dominum perpetue regnaturum, & proinde sub morte nõ diu permanfurum, fed citò ad vitam reuerfurum, & proinde à mortuis fufcitandum.

Licet igitur hoc Pauli elogiũ formaliter refurreõtionẽ Chrifti non exprimat, virtualiter tamen eam continet, atque indicat, dum exprefse afferit, exitu perfoluenda quacumque diuinitus Dauidi funt promiffa. Non aliter quàm Abrahamus certò futuram fubintellexit filij fui Ifaac refurreõtionem, fi femel capite truncaffet illum, quia Deus illi fponponderat in Ifaac vocandum fibi femen, iuxta il-

Heb. 11. 17. lud Hebræorum 11. *Fide obtulit*

Abraham Ifaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat; qui fufceperat repromiffiones; ad quem dictum eft: Quia in Ifaac vocabitur tibi femen, arbitrans quia & à mortuis fufcitare potens eft Deus.

Et licet euidẽtioribus potuiffet Paulus elogiis Chrifti refurreõtionem probare, vtique illis à Chrifto ipfo in medium productis, vt eiuſdem refurreõtionis veritatẽ difcipulis oſtenderet, Lucæ 24. at confultò & congruè maluit hoc Paulus vti, tamquam ſolemniori, vtpote iuramento munito, iuxta nuper illa relata verba, *Iuravi Dauid ſervo meo, uſque in æternum præparabo femen tuum.* Cæteris enim paribus promiffio iuramento firmata etiam implicita, præfertur ſimplici, quantumcumque explicitæ & exprefſæ. Præterquam quòd è veſtigio ſubiecit oraculum aliud explicatè referens refurreõtionem iſtam, etiam

quantum ad modum, dicens, *Ideòque & aliàs dixit, non dabis ſactum tuum videre corruptionem;* quaſi dixiffet, quoniã iuramento aſſeruerat ſemen Dauid, (id eſt, Chriftum, factum ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem) æternum permanfurum, & proinde ad vitam poſt mortem reuerfurum: ideo conſequenter ſponpondit corpus Chrifti incinerandum non fore, neque corruptione fœdandum. Quod etiam cap. 2. v. 29. Petrus docuerat, oſtendens vaticinium hoc non de ænigmatico Dauid, ſed de vero, vtique de Chriſto Domino intelligendum eſſe.

C A P V T XXXII.

Reſpondetur decimoquarto argumento ex Actuum 14. 17. & 18. & oſtenditur an ſubitò contra Paulum populus commotus ſit, & cur quem modò deperibat, mox perderet.

AD decimumquartum argumentum forſan aliquis reſponderet, barbaros illos non ita ſubitos ac præcipites fuiſſe, vt inter deuotionem & lapidationem penè nec punctum temporis interiecerint; quoniam poſtquam Paulus & Barnabas priorem illam orationem ad eos habuerunt, adhuc remanferunt, demoratique ſunt apud eos per

355.

356.

Act. 13. 35.
Phil. 15. 10.

357.

dies aliquot, docentes illos viam vitæ, vt habent aliqua exemplaria Græca ad cap. 18.

Nihilominus quoniam neque in vulgariis Græcorum, aut Syrorum, vel etiam Latinorum codicibus hæc verba retinentur: neque apud Græcorum interpretes inueniuntur, ideo pro spūcio, non autem pro legitimo sensu habenda sunt: imò neque pro constanti glossa, vtpote nullis verosimilibus patrocinis fulta, sed pro libito asserta.

358.

Quare dicendum est imprimis quòd textus non asserit penè subito barbaros illos ab vno extremo in aliud inuoluisse; sed quòd audientes Paulum vix se continuerunt, vt illum tamquam Deum colerent, & adorarent, victimas ei offerendo: & quòd superuenientibus quibusdã Antiochenis Iudæis persuaserunt eis, vt lapidibus perderent Paulum, vtique tamquam iridentem Iudæorum & Gentilium religiones. Constat autem quòd saltem ad congregandum populum, & ad suadendum illi, vt impeto facto irruerent in Paulum, non leuis mora temporis requirebatur; maxime quòd Iudæi aduenæ erant, atque peregrini, & ideo minus agniti, & in pretio ducti, quamquam vt ad primum eorum clamorem, omnes indignabundi commouerentur.

359.

Sed demus quòd nullo intervallo adhibito, nulla morula facta, & temporis spacio interiecto ab vno in aliud extremum defecisset populus, vtique ab amore in odium, à beneuolentia

in rabiem & liuorem in Paulum ad primum Iudæorum verbum quid quæso noui in hoc experiremur in vulgo? De eo enim Bassilius inquit quòd non secus ac nebulæ iuxta mutationes flatuum huc illucque feruntur. Fluctuat enim vulgus, petita relinquens, relicta repetens, alternæque apud illud inter amorem & odium vices sunt.

Vnde clamat Seneca, *Circumspiciendum nobis ergo est, quomodo à vulgo tuti esse possimus.* Vtique quoniam, vt alibi ipse de vulgo eosdem colit, atque odit. & Virgilius,

---- *Sensitque animis ignobile vulgus.*

Lamque fascos & saxa volant, furor arma ministrat.

& Tacitus, *Fulgus mutabile subitis.* & Liuius, *Nihil tam incertum, nec tam inestimabile est, quam animi multitudinis.*

Itaque feritate & leuitate vulgus monstrum horrendum est; vnde à voluendo dicitur vulgus, quia temere huc atque illuc voluitur, & temere commouetur, vt vel ipsæ sacræ literæ produnt, dum Matth. 21. excipitur Christus à turbis vt Deus, & Matth. 27. damnatur vt blasphemus. Et Seneca probat dicens de Catone, modò leuatum per populi manus, modò obrutum iputis, modò extra forum portatum, modò à senatu in carcerem ductum.

Seneca epistola 14.

Seneca in Hercule furente actio 1.

Virgil. 1. Æneidos.

Tacitus 1. annal. Liuius lib. 40.

Matth. 21. 9. Matth. 27. 23. Seneca ep. 14.

CAPUT XXXIII.

Respondetur decimoquinto argumento quoad primam partem ex Actorum 15. 23. Et ostenditur cur à suffocato & sanguine Apostoli abstinere præceperint, nec tamen nos abstineamus.

360.

PRior pars huius argumenti in eo potissimum difficultatem inuoluit, quòd cum huiusmodi lex à lege veteri desumpta sit: vt notarunt Chrystomus & Beda; non videtur coherere posse cum lege Evangelica, quam ipsi Apostoli prædicarunt, maximè quòd præcepta abstinendi à suffocato & sanguine erant putè ceremonialia: vtpote ordinantia hominem ad Deum ex vi institutionis diuinæ, de quibus D. Thomas. Sed ceremonialia præcepta in aduentu Christi cessarunt, iuxta illud ad Hebræos 8. Dicendo nouum testamentum veteravit prius; de quo D. Thomas. Imò non tantum cessarunt, & mortua fuere, verum & mortifera, iuxta id ad Galatas, Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. Et de ciborum dellectu specialiter dixit idem ad Colossenses, Nemo vos inducet in cibo, aut potu, quæ sunt umbra futurorum. id est, nemo vos deprehendat ciborum obseruatores, ita vt abstineatis

Chrystom. 33. in acta. Beda Act. 15.

D. Th. 1. 2. q. 104. a. 1. in corp. & ad 3. Heb. 8. 13. D. Th. 12. q. 133. a. 3. ad Galat. 5. 1.

Colossen. 2. 16.

à cibis Iudæis prohibitis.

In contrarium tamè est quòd Apostoli non solum edictum hoc semel & bis in hoc capite ediderunt, & promulgarunt, verum & sententia excommunicationis innodarunt illos, qui illud violassent, vt patet in canone 62. Apostolorum apud Franciscum Turrianum. Imò ex Tertulliano, Origene, Cyrillo Ierosolymitano, Eusebio, Augustino & Leone Papa, constat præceptum hoc diu in Ecclesia obseruatum fuisse. Quinimo, vt Pamelius ad locum Tertulliani ex Rhenano adnotat, non diu est quòd Christiani vescimur suffocato, & morticina carne: nam Beda Presbyter & Rhabanus in Pœnitentiario, sed & quotquot de hac re super quadringentos annos scripserunt, certum pœnitentiæ tempus præscribunt, si quis Apostolicam hanc legem fuerit præuaricatus, quæ in Actis extat Apostolorum cap. 15. vbi statuitur vt abstineant à sanguine & suffocato.

361.

Turrian. lib. 5. pro canon. Apostolorum c. 5. & lib. Ap. constitut. c. 12. n. 3.

Tert. Apolog. cap. 9. n. 138.

Orig. lib. 8. contra Celsum.

Cyrl. Ierosol. catech. 4.

Euseb. lib. 5. hist. c. 1.

Aug. ep. 154. & lib. 32.

contra Faustum c. 17.

Leo ep. 77. cap. 1.

362.

Nec mirum sanè, quoniam renouatum hoc præceptum legitimus in Concilio Aurelianensi secundo, & in VVormaciensi, vbi prohibentur Christiani vesci auibus captis, & in laqueo strangulatis. Et in constitutione 58. Leonis Imperatoris; qui huius renouationis rationem reddidit, quòd lex ab Apostolis circa rem istam lata minus quàm par erat temporibus illis obseruabatur.

Conc. Aurelian. canone 19. & 20. VVormac. c. 65.

Pro decisione tamen est notandum quòd ratio præceptorum ceremonialium vt sic, in eo potissimum sita est, quòd or-

363.

Notabile primum.

D.Th. 1. 2. q. 99. a. 3. & q. 101. a. 1.

D.Th. ubi 5.

D.Th. 1. 2. q. 102. a. 2. & q. 103. a. 1. 364.

Notabile secundum.

D.Th. ubi 5. q. 104. a. 2.

dinent homines ad Deum per debitum cultum, vt D. Thomas habet. Ratio autem cæremonialium præceptorum veteris legis in eo sita erat, quod ordinarent hominem ad Deum per debitum cultum præfiguratiuum aduentus Christi, vt D. Thomas, propter illud Hebræorum 10. *Vmbra habet lex futurorum bonorum.* Vnde cæremonia legis ad duo ordinabantur, scilicet ad cultum Dei, & ad figurandum Christum, vt habet D. Thomas.

Secundò est notandum aliud esse loqui de præceptis cæremonialibus veteris legis prout sic secundum formam illorum, aliud autem de materia. Illorum enim forma vnica cum esset, in eo tantum sita erat, vtique vt instituta essent ad aliquid præfigurandum pertinens ad cultum Dei & mysterium Christi, iuxta D. Thomam: materia autem illorum varia & multiplex erat, vtique circumcisio, agni paschalis immolatio, abstinentia à tali vel tali ciborum genere, & similia. Quorum aliqua ex se habent honestatem & conuenientiam, vt ieiunium & gratiarum actio; alia verò ex institutione Dei ordinantis illa pro suo beneplacito in debitum finem, vt circumcisio.

His ita præactis dicendum est primò quòd cæremonialia præcepta veteris legis formaliter considerata, in ratione talium præceptorum omnino post mortem Christi abrogata sunt, ita vt sine peccato mortali iam obseruari nõ possint, vt D. Thomas ostendit, & desumpsit ex

Augustino, & planè constat ex Aug. lib. initio huius capituli dictis. Vnde contra Faustum c. 16. vt infideles puniuntur apud Catholicos qui seruant ritus Iudæicos: vtique quoniam vsus illorum importat infidelitatem; nimirum si Iudaico spiritu fiant.

Dicendum secundò quòd materia illorum præceptorum, quæ ex materia sua bona, vel saltem indifferens est, nullo vnquam tempore fuit prohibita, quo minus ob rationabiles causas posset sub præceptis fieri, vt patet de ieiunio, de gratiarum actione, de decimarum oblatione, &c. Hæc enim & similia dummodo non ordinètur ad id quod in lege veteri destinabantur, vtique ad præsignandum Christi Domini aduētum primum, sanctè ac ritè possunt sub præcepto institui; vt de facto sunt instituta.

Dicendum denique, quòd ea quæ præceptis cæremonialibus veteris legis prohibebantur, si modò habent aliquam prohibitionis rationabilem causam, modò etiam possunt ritè & rectè prohiberi: vt pote quòd hic nihil de Iudaico spiritu admixtum est, nihilque legalis obseruationis attemperatur, quia nihil fit intuitu legis veteris vt sic, seu per respectum ad illam, sed sub speciali atque singulari motiuo: vtique quoniam hic & nunc prohiberi rationabiliter visum est. Habent autem rationabilem prohibitionis causam, non tantum ea quæ verè mala sunt, verum & illa quæ speciem mali habent; eo quòd Christiana respublica Deo simul & hominibus

Aug. lib. contra Faustum c. 16.

366.

Dictum secundum.

367.

Dictum tertium.

365.

Dictum primum.

D.Th. 1. 2. q. 103. a. 4.

minibus debitor est, & debet providere bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Unde merito eius suffocati & sanguinis ab Apostolis interdictus est; quoniam temporibus illis sanguinis & suffocati eius speciem mali habebat, utique speciem Ethnicæ superstitionis: utpote quod inter potiora sacrificia, quæ Diis immolabantur, computabantur suffocatum & sanguis ipse, tamquam in quo animalis vita sita erat. Unde suffocato & sanguine vescabantur idololatræ, ut gratum suis Diis facerent, iuxta

Origenem, Strabonem, & alios. Quibus consonant quæ D. Thomas asserit, dicens: Generaliter prohibitus est omnis eius sanguinis ad vitandum idololatriæ ritum. Quorum consuetudo erat, ut circa sanguinem congregata adunarentur ad comedendum in honorem idolorum, quibus reputabant sanguinem acceptissimum esse. Et propter hoc etiam prohibita est eis comedere animalia suffocata, vel strangulata, quoniam sanguis eorum non strangulatur à carne.

Quod si obiicias D. Thomam has retulisse causas prohibitionis suffocati & sanguinis in veteri lege, non autem in nova: & proinde Apostolos propter illas non potuisse eorundem esum inhibere; quoniam alias haberent idem motuum quod lex vetus. Respondeo motuum hoc non fuisse legis veteris formaliter, sed materialiter; id est, non quatenus erat umbra Christi,

sed quatenus rite & recte moderabatur populum præcauendo inconuenientia. Quia verò diu multum est, quod huius inconuenientis ratio cessauit; ideo diu multum est, quod Apostolorum in hac parte constitutio obligare destitit: & proinde tata conscientia eius sanguinis atque suffocati permissus. Ad tempus enim, non autem ad semper, similes prohibitiones fiunt. Utique quando ciuitatis portæ omnino præcludi imperantur ob ingruentes hostes, tamdiu obsignationis portarum præceptum viget, quamdiu inimicorum impetus & ingressus imminet, non amplius. Unde vetus proloquium est, cessante ratione legis, cessat lex.

Quod si obiicias ritum hunc comedendi sanguinem & suffocata in honorem idolorum, breui admodum interiisse post Euangelium promulgatum, quia breui admodum gentes idolorum cultrices à tali ritu cessarunt, cum tamen ex supradictis profecunda parte controuersie constet, ad multa usque tempora Apostolorum constitutione tractam fuisse, & obseruatam. Respondeo quod licet Salme-

370
Alia obiectio.

Resp.

obis.

Origen. ubi supra.

Strabo lib. 5. Geograph.

368.

D. Th. 1. 2. q. 101. a. 6. ad 1.

369.

Sol. Tit.

277.

obiectionis assumptum falsum est.

372.

Sed age concedamus illud, & validum esse dicamus, adhuc inductorum testimoniorum auctoritatem non infringit. Tum quia licet ritus sic colendi idola, pluribus iuxta ac temporibus, prouinciis in obliuionem venisset, potuit nihilominus in aliquibus obscurioribus & ignobilioribus retineri: pro quibus Concilia illa prouincialia Imperator, & alij suas constitutiones sanxerunt. Tum quia huiusmodi Apostolicæ prohibitionis plures potuerunt causæ interesse, vt est videre apud D. Thomam, & etiam apud Augustinum, dicentem Apostolos prohibitionem istam fecisse, vt Gentiles ad fidem venientes, non omnino & per omnia à Iudeis abhorrent, & discreparent: vt sic melius ad vnum conficiendum parietem lapide illo angulari Christo coniungerentur. Tum, quia dato quòd Apostolos vnica tantum causa mouisset pro huius præcepti editione, potuit alia sollicitare alios pro eius instauratione vel renouatione. Vt etiam (nostro concipiendi modo) excitauit Deum, quando Gen. 9. ferè eandem legem condidit, *Omne quod mouetur, & vinit, erit vobis in cibum, excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis.* Et ideo licet vna legis ratio cessaret, quia tamen non cessarunt omnes, ideo neque lex. Quia tamen iam cessarunt omnes, ideo cessauit lex, aut saltem per non usum cessauit, tamquam lex non de omnino necessariis lata,

D. Th. 1. 2. q.
1. q. 2. a. 3. ad
2. & a. 6. ad
1.
Aug. lib. 3. 2.
contra Fau-
stum c. 17.

CAPVT XXXIV.

Respondetur decimoquinto argumento quoad secundam partem ex Actuum 15. 39. & ostenditur qualis fuerit dissensio inter Paulum & Barabam.

AD secundam partem decimoquinti argumenti respondet Alexander Monachus apud Surium vocem *παροξυσμός*, pro qua hic vertit vulgatus *dissensio*, in bonam partem accipi, vtique pro prouocatione; vt cum ad Hebræos 1. o. dicitur, *Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum.* vbi loco huius vocis Græcæ *παροξυσμός*, interpres vertit *prouocationem*. Et reddit hunc sensum: Considerate mutua Christianorum exempla, quæ vos ad imitationem prouocent, excitent, & stimulent. Ait ergo quòd vt hic prouocatio est in bonam partem, ita & illic.

Verum cum τὸ παροξυσμός ex institutione propria idem sit quod *incitatio, exacerbatio, & irritatio*, & in præsentī elogio non sit quòd istam vocem in aliam mitiorem significationem detorqueat, sequitur quòd debet vsurpari in propria; maxime cum ad id premant verba quæ in textu sequuntur, vtique, *ut discederent ab inuicem.* Si ergo pro

372.

Sur. tom. 1.
die 11. l. 11.
nij.

Heb. 1. o. 14.

371.

Act. 15. 42.

propter dissensionem abinui-
cem seiuncti sunt Paulus &
Barnabas, consequens est, dissen-
sionem illam non qualemcum-
que prouocationem fuisse, aut
incitationem, sed prouocatio-
nem iræ & exacerbatione. Qua-
re sapientiores Græci loco huius
vocis *dissentio*, legunt hinc *exacer-
batio*, vt patet in Chrysoftomo,
& OEcumenio; vel *irritatio*, vt
patet in catena explanationum
sanctorum Patrum Græcorum.

Chrysoft. &
OEcumen.
Act. 15.

374.
Beda 7. Act.
15.

Psal. 4. 5.

Act. 15. 38.

375.
Chryl. hom.
34. in Acta.

Nec propterea damnandi sunt
Apostoli sic dissidentes: quo-
niam non semper malum est
commoueri, sed irrationabiliter
commoueri, nulloque iusto fla-
gitante negotio. Vnde scriptum
est, *Irascimini, & nolite peccare.*
Hic autem vterque Apostolus
iuste commoti sunt. Paulus enim
quia Marcus ille pro tunc di-
gnus non erat, vt alicui discipu-
lorum Domini adiungeretur: vt-
pote quod Paulum & Barnabam
comites suos, tempore necessi-
tatis & Euangelicæ prædicatio-
nis ignauè deseruerat: vt patet
Actorum 15. Et desidiosus debet
repelli miles, ne reliquos exem-
plo suo desidiosos & inertes
reddat. Barnabas autem, quia
calamum quassatum non infrin-
gere, lignumque fumigans ex-
tinguere non audebat.

Inde catena explanationum
sic ex Chrysoftomo, *Irritatio*
quædam facta est & dissensio, non
inimicitia & contentio. Tantam ta-
men irritatio hæc vim habuit, vt
eos à se mutuo separaret; atque id
non iniuria. Quod enim utile esse
vnusquisque existimabat, id postea
admisti. & mox: Videtur autem ex

consensu facta fuisse huiusmodi se-
paratio, & vterque sibi mutuo di-
xisse: *Quia ego volo, & tu non vis,*
ne inter nos contendamus, loca diui-
damus: vt videlicet valde sibi mu-
tuo indulgentes id fecerint.

Et rursum: *Marcus huiusmodi*
discordia admodum profuit; Pauli
enim seueritas ipsum conuertit; Bar-
nabæ benignitas vt non amplius
eos desereret, fecit, vnde pugnare
inter se cum videantur, ad vnum
tamen finem, ad vnâque utilita-
tem deueniunt. Nam cum Paulum
videret, Marcus nolle amplius se
admittere, valde timebat, & facti
sui sese condemnabat. Cum autem
Barnabam se ita benignè suscepisse
conspiceret, summopere eum amabat;
ita vt magistrorû dissensione corri-
geretur ac confirmaretur discipulus.
Tantum aberat vt scandalo aliquo
afficeretur.

Et addit, *Vbi vidit se à Paulo*
ob ignauiam ita fuisse reiectam, de-
dit operam, vt in secundo itinere
maiori promptitudine, priorem se-
gnitiam occultaret, atque ita magnâ
utilitatem ab hac Pauli seueritate
consequutus est. Tandem absoluit,
inquiens, Caterum numquid ini-
mici recesserunt? Minime. Nã hanc
non fuisse inimicitiam Apostolis,
illud indicium est, quod post hæc
Barnabas multis laudibus à Paulo
in epistolis commendatur.

Igitur vt inter cœli ciues, ni-
mirum inter bonos atque bea-
tos Angelos contentio facta est,
Danielis 10. quatenus Michael
& Gabriel obnixè satagebant
Iudæos captiuos in Perside in
patriam reuocare: Princeps au-
tem Persarum (id est, bonus ac
beatus Angelus illorum regno

376.

377.

378.

Danielis 10.

13.

Greg. lib. 17.
moral. c. 8.
Theodore-
rus & Danie-
lis 10. 13.

præfectus: ut habent Gregorius Magnus & Theodoretus) illorum conatibus resistebat. Ut igitur inter hos cœli ciues suborta hæc contētio fuit citta omnem charitatis vel fraternitatis dispendium: utpote quod non mutuis pugnarunt odiis, sed animorum diuersis conceptibus, quatenus non satis perspecta erat illis pro tunc diuina voluntas, & beneplacitum Dei, ita in præfenti. Vnde Hieronymus Augustino epistola 11, inter epistolas Augustini. *Oro & oras ut inter nos contendentes veritas superet. Non enim tuam gloriã quæris, sed Christi. Cùmque tu viceris, & ego vincam, si meum errorem intellexero. Et econtrario me vincente tu superas, quia non filij parentibus, sed parentes filiis thesaurizant.*

379.

Hoc etiam contentionis genere piorum pugnae virorum euenire crediderim, quando vel in litterarum palæstra, vel in comitiorum prouincialium, vel generalium, aut etiam Synodorum cætibus, diuersis adinuitem placitis adstantes digladiantur; quia certò non animorum, sed dumtaxat voluntatum dissidium est. Quale etiam viget inter eos qui omnino dissident circa Scripturarum sacrarum expositionem legitimam. Ex quo tamen detrimenti nihil, sed momenti magnum illis accrescit.

Danielis 11.
7. 4.

Quoniam, ut perhibuit Daniel, *pertransibunt multi, & multiplex erit scientia.*

* * *

CAPVT XXXV.

Respondetur decimosexto argumento ex Actuum 16. 4. & ostenditur quid Paulum mouerit ad circumcidendum Timotheum.

NOdum huius argumenti explicat Hieronymus, dicens apud D. Thomam quod Apostoli numquam à passione Christi obseruarunt legalia secundum veritatem, utpote quod extunc lethalia & mortifera erant; sed solum secundum quãdam piam dissimulationem, ne scilicet scandalizarent Iudæos, & sic eorum conuersionem impedirent. Et iuxta consilium hoc Paulum circumcidisse Timotheum, utique non intuitu obseruandi cæremonias legis, sed cauendi malum, veluti si quis sanitatis gratia circumcideretur. Hanc tamen solutionem eo minus approbat D. Thomas, quia videtur in Apostolis indecens simulatio pertinens ad salutem fidelium, etsi ob vitanda scandala fiat. Maxime quod, ut ipse D. Thomas asserit, simulatio est quoddam mendacij genus, quatenus per exteriora signa siue factorum, siue verborum significatur cõtrarium eius quod creditur.

Quare aliter ipse D. Thomas respondet ex Augustino, distinguendo in primis tria tempora. Vnum quidem ante Christi passionem,

380.
Hier. tom. 6.
in commen-
tar. magnis
5. ad Ephe-
sios, & ep.
8, q. est 11.
inter epist.
Augustini.
D. Th. 1. 2. q.
103, a. 4. ad
1.

381.

D. Th. 1. 5.
q. 111. a. 2.

sionem, in quo legalia neque erant mortifera, neque mortua, sed potius sua integra vitalitate & obligatione virentia: aliud autem post tempus Euangelij diuulgati, in quo legalia non tantum sunt mortua, id est, non habentia virtutem obligandi, sed & mortifera, id est, prohibita, adeo vt obseruantia illorum esset mortalis. Tertium autem est tempus medium, scilicet a passione Christi vsque ad diuulgationem Euangelij, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea obseruare tenebatur. Non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui conuersi erant ad Christum ex Iudæis poterant illa legalia licite obseruare, dummodo non sic ponerent spem in eis vt ea reputarent sibi necessaria ad salutem. His autem qui conuertebantur ex Gentilitate ad Christum, non erat causa vt ea obseruarent. Et ideo Paulus circumcidit Timotheum, qui ex media Iudæa genitus erat, non autem Titum, qui genere Gentilis erat.

Pergit item D. Thomas, & enumerat discriminis inter Iudæum & Gētilem rationem, inquiens: *Ideo autem voluit Spiritus sanctus vt statim inhiberetur his qui ex Iudæis conuertebantur obseruatio legalium, sicut inhihebatur his qui ex gentilitate conuertebantur gentilitatis ritus: vt quadam differentia inter hos ritus ostenderetur. Nam gentilitatis ritus repudiabatur tanquam omnino illicitus, & à Deo semper prohibitus.*

Ritus autem legis cessabat tanquam impletus per Christi passionem, vt pote à Deo in figuram Christi institutus. Et eandem Augustinus assignat causam illius medijs temporis, in quo legalia mortua quidem erant, & non mortifera, quoniam detestabilia non erant vt ritus Gentilium. Et ideo isti illico exturbari debuerunt, illa vero non nisi sensim & paulatim, ita vt (quod dici solet) Synagoga cum honore sepeliretur.

In huius solutionis patrocinium inducit Augustinus aliquot Scripturæ elogia, item Cypriani & Ambrosij placita. Quibus vt efficacius coniungi potest quod Paulus non tantum in hoc capite, sed etiam cap. 21. secundum consilium Iacobi aliquibus cæremoniis legalibus vsus est, dum iuxta morem Nazaræorum totodit caput in Cenchris Acto-

Obest tamen his quoddam nõ leue argumentum, desumptum ex eo quod Paulus ipse Petro Apostolo vehementer obstrēpit, restititque in faciem, eo quod aliquas ex cæremoniis legalibus obseruabat: vtique subtrahens se à Gentilium conuersione & communionem ritu Iudaico; quod tamen non fecisset si vel obseruatio illarum lethalis non esset, vel ipse in eadem damnatione foret, aut occasione oblata futurus. In quo enim alium iudicauit, condemnaret

Aug vbi s.

387.

Act. 21. 2.

Act. 18. 18.

384.

Difficultas.
Ad Galat. 3.
11.

seipsum. Et vrget argumentum, quoniam Paulus in obseruatione legalium, vel fuit reus, vel non. Si primum: ergo potius seipsum damnauit, qui sæpe legalibus usus est, quam Petrum, qui semel se à cœtu Gentium abstinent. Si secundum; ergo neque Petrus. Imò longè minus Petrus, cui Iudæorum patrociniū commissum erat, & proinde maior facultas motem gerendi eis in obseruatione legalium nõ mortifera.

Respondet nihilominus D. Thomas, dicens quòd secundum Hieronymum Petrus simulatoriè se à gentibus subtrahebat, vt vitaret Iudæorum scandalum, quorum erat Apostolus: vnde in hoc nullo modo peccauit. Sed Paulus eum similiter simulatoriè reprehendit, vt vitaret scandalum Gentium, quorum erat Apostolus: sed Augustinus hoc improbat, quia Paulus in canonica epistola, scilicet ad Galatas 11. (in qua nefas est credere aliquid falsum esse) dicit quòd Petrus reprehensibilis erat. Vnde verum est quòd Petrus peccauit, & Paulus eum verè & non simulatoriè reprehendit. Non autem peccauit Petrus in hoc quòd ad tempus legalia obseruabat, quia hoc sibi licebat tanquam ex Iudæis conuerso; sed peccauit in hoc quòd circa legalium obseruantiam nimiam diligentiam adhibebat, ne scandalizaret Iudæos, ita vt ex hoc sequeretur Gentibus scandalum.

Priorem nihilominus solutionem, quam hinc D. Thomas ex Augustino reiicit, non tan-

tum Hieronymus, verum Origenes, Didymus, Apollinarius, Eusebius Emiffenus, Theodorus Heracleotes, illam longè prius adhibuerunt, vt ipse Hieronymus refert. Quibus etiam adhæserunt Chrysofomus, Theodoretus, Theophylactus, OEcumenius, Cassianus & alij hac veluti consternati ratione quòd Paulus non potuit seriò reprehendere in Petro quod sæpius ipse fecerat, & facturus erat, vtique seruare legalia: vt patet in circumcissione Timothei in alijs supra relatis.

Quare nisi oscitanter ego Hieronymi epistolam meditatus sim, licet ex sancto Thoma supra retulerim Hieronymi sententiam esse quòd Apostoli non ex animi sententia, sed simulatoriè tantum obseruabant cæremonias legis, eius tamen sententia non est Apostolos se finxisse Iudæos in legalium obseruatione (hoc enim non magis liceret eis tunc, quam Christianis licet modò simulare se Gentiles vel Sarracenos ritibus vtendo illorum ad vitandum aliquod graue malum, vel ad consequendum aliquod excellens bonum;) sed quod re vera quotiens sese offerebat occasio legalibus usos fuisse Apostolos: simulationem tamen admisisse Paulum in reprehensione Petri, quam data opera finxit, vt sic vnusquisque bonæ gētis consulere. Hoc autem ego mihi ex eo in primis conicio quòd Hieronymus inducit recensitos Patres pro sententia sua, imò vt originarios authores sententiæ suæ, dicens ad Augustinum

Hier. 781 5.
Chrysof. 3.
ad Galat. 1.
Theod. 3. ad
Galat. 2.
Cassianus
collat. 17.

387.

Hier. ep. 13.
inter episto-
las Augusti-
ni.

385.

Solutio.
D. Th. vbi s.
solutione ad
1.

386.

stinum: Si quid reprehensione dignum putaveras in explanatione nostra, eruditionis tua fuerat querere utrum ea qua scripsimus haberentur ex Græcis; ut si illi non dixissent, tunc meam propriè sententiam condemnares; præsertim cum liberè in præfatione confessus sim ingentes commentarios me sequitum. Sententia tamen illorum Patrù hæc est, videlicet quòd inter Petrum & Paulum opportuna simulatione dissidium hoc excitatum est. Iuxta quæ ipse Hieronymus profitetur, dicens, *Hanc explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromiatum libro, ubi epistolam ad Galatas interpretatur, & ceteri deinceps interpretes sunt sequuti, illa vel maximè causa subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti, qui Pauli arguit procacitatem, qui Principem Apostolorum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, quòd male fecerit, id est, in eo errore fuerit, in quò fuit ipse qui alium arguit delinquentem.* Hæc argutè Hieronymus in suam sententiam. Et quidem verba ipsa Pauli id videntur adstruere, dum inquit, *in faciem ei restiti.* hoc est, quantum ad speciem & exteriorem formam, ut ait Erasmus.

Deinde quia verba Hieronymi hæc sunt. *Secundo loco quaris quòd dixerim in Commentariis epistolæ ad Galatas Paulum id in Petro non patuisse reprehendere quòd ipse fecerat, neque in alio arguere simulationem cuius ipse tenebatur reus.* Et asseris reprehensionem Apostolicam non fuisse dispensatoriam, sed veram: & me non debere docere mendacium, sed uniuersa

qua scripta sunt, ita sonare ut scripta sunt. Ecce qualiter se explicat Hieronymus, asserens quidem simulationem non in observatione legalium, sed in reprehensione qua Paulus Petrum affecit: & proinde quòd Petrus non ferio, sed simulate fuit reprehensus à Paulo. Quod etiam verba Pauli indicare videntur, illa utique, *in faciem illi restiti,* quoniam idem sonant, atque propalam & coram omnibus illi restiti; maximè prout habentur in originali Græco, ubi dicitur, *secundum faciem,* id est, specie externa & per simulationem. Veluti dum 2. Corinth. 5. dicitur, *ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.* id est, qui gloriantur secundum speciem, non autem re ipsa. Et cap. 10. *Quæ secundum faciem sunt videte.* id est, quæ extrinsecus apparent. Hoc autem dissimulandi genus absque omni prorsus scrupulo est, adeò ut laudabiliter potius potissimus omnium usus sit Christus dum simulavit se hortulanum cum Magdalena, & etiam viatorem peregrinum discipulis ad Emaunta pergentibus.

Vtrum autem hæc expositio Græcorum omnino excusantium Petrum à peccato, & affirmantium reprehensionem Pauli ex dispensatione tantum fuisse, id est, non ferio & iuxta animi sententiam, sed per simulationem, legitima sit, alibi (si Deus vota secundet) discutiendum est. nimirum cap. 2. Epistolæ ad Galatas num. 11. Pro nunc autem satis sit cum omnibus quòd

Hier. ubi 5.

2. Corinth. 5. 12.

Erasmus ad Gal. 1. 18. Hier. ubi 5.

legalia pro diebus illis non erant mortifera, & proinde quod Paulus non serio reprehendit Petrum, aut quod talis reprehensio non propter legalium obseruationem, prout sic, sed propter aliquid aliud casu & ab extrinseco adiacens, fuerit.

CAPVT XXXVI.

Respondetur decimosextimo argumento ex Actuum 17. 21. & ostenditur quomodo iure Deus diceretur apud Athenienses ignotus.

389.

Tertul. lib. 1.
contra Marcionem c. 9.

Decimumseptimum argumentum non mediocriter premunt, quæ Tertullianus contra Marcionem & proponit breuiter, & plenissime exequitur; nimirum quod Deus neque ignotus, neque incertus esse potest, sed à primordio semper agnitus: quippe quem anima & conscientia etiam Ethnica noverit; & proinde distinguendum non esse inter notum, vel ignotum Deum. Quæ iam ad hoc creaturæ prolata sunt ut Deus cognosceretur. Vnde Moyses à primordio & à paradiso & ab Adâ Dei agnitionem simul cum creaturarum prima conditione tradidit. Et adhuc popularitas generis humani ante cognitum nomen Moysis Deum Moysis cognoscebat. Quem etiam inter idola Deum Deorum appellabant, & dicebant: Si Deus dederit, Quod Deo placet, Deo

commendo. Quare hoc vllis Moysis libris non debetur: nam ante animam quam Prophetia. Et animarum dos à Deo conscientia est: quæ non alia in Ægyptiis & Syris & in Ponticis, & sic Iudæorum Deus dicitur animæ Deus. Et propterea Deus numquam latet, sed semper intelligitur: habet enim testimonium hoc quod sumus, & in quo sumus. Hæc ex Tertulliano decerpimus.

Si igitur Deus ignotus esse non potest, utique ille qui verus Deus est: consequens est, quod neque Atheniënsibus esset ignotus, qui præ cæteris notitia & studio rerum pollebant; maxime cum de illis Paulus dixisset, *quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestauit.* & proinde quod non potuerunt inscriptionem ignoti Dei eius imagini affigere: & ex consequenti nec Paulus potuit Athenis ignotum annunciare Deum. Rom. 1. 19

His tamen non obstantibus omnis argutia, silere, omnisque argumentorum impetus debet frenari, vbi tam ex sacris, quam ex prophanis literis argumenta promuntur, ut hinc ex Paulo habentur, & apud Ethnicos infensissimum Christianæ religionis irrisorem Lucianum in Philo patre iurantem legamus, *Per ignotum Atheniensem Deum.* Imò ex Laërtio Diogene refertur, non vnam, sed plures fuisse aras & simulachra Athenis anonymas, id est, sine germana inscriptione Dei cuserant sacræ. Ex quo sequitur omnia illa potuisse communi nomine inscribi, *Ignotus Deus;* 390.

Inscriptio
noti Athe-
nensium Dei.

Deo; vel etiam, *Ignotis Deis*, vt Hier. 5. ad Hieronymus ipse notauit, in- Titum 1. quuens inscriptionem aræ, de qua hîc Paulus, talem esse, *Diis Asia, Europæ & Libya, Diis ignotis & peregrinis*. Subiungit autem Hieronymus Paulum non retulisse coram Atheniensibus inscriptionem simulachrorum, nisi sub huiusmodi compedio, *Ignoto Deo*; quia illi de vno tantum Deo cura erat, reliquis posthabitis, vt omnino illis ac vanis. Si igitur apud Athenienses sapientiæ commendatione præclaros tot aræ Diis ignotis dicatæ inuentæ sunt: consequens est quod apud illos potuit esse opinio de ignoto Deo, & proinde quod Paulus eius potuit cognitionem ingerere.

Huius autem inscriptionis causas, duas nobis commentatur Lyra. Prima quod cū posteri Herculis à suis sedibus pulsus, illas postea Atheniensium auxilio recuperassent, clamauerunt misericordiæ sedem apud Athenienses sitam esse. Vnde illic ei consecrarunt aram cum inscriptione ignoti Dei, quia misericordia numen est valde ignotum hominibus. Secunda quod cū Athenienses Philosophi viderent patiente Christo eclipsim præter naturalem, imò contra ordinem rerum, vtpote quæ in plenilunio accidit, initium ac terminum habuit in parte Orientali, & quia per tres horas durauit à sexta vsque ad nonam, Matth. 27. igitur videtes & considerantes hæc, obtulerunt culturam Deo tanti prodigij factori cum inscriptione ignoti Dei:

quoniam Deus naturæ inuentens ordines ignotus illis erat.

Duas alias similiter nobis Oecumenius commentatur causas, dicens; quod cū quidam Deiculus nomine Pana accusaret Athenienses, quod se neglecto alios Deos colerent, construxerunt illi templum, postquam beneficentiam illius experti sunt obtenta quadam eximia contra Persas victoria. Et hinc vt omnes sibi propitios Deos facerent, omnibus aras erexerunt, etiam ignotis & peregrinis, si aliquis fortè lateret eos. Secundò dicit quod sæuissimâ quadâ in Athenienses peste grassante, contra quam nullam à suis Diis opem suscipiebant; rati, quod latens aliquod & occultum numen cæteris eminentius sic eos premebat, aram cum inscriptione ista *Ignoto Deo*, illi dicantur, & sic beneuolum reddiderunt. Hunc autem fuisse Iesum verū Deum eis indicauit Paulus.

Sed certè non satis ego mente assequor, qualiter Athenienses Philosophi tanta de Deo vero imperitiâ & ignorantia laborauerint, vt inter tot millia Deorum, quos sua ciuitas colebat, ipsum Deum Israël, saltem ex nomine non agnoscerent. Maxime, quod, vt in argumentis obiectum est, de facto non fugit eos, nec latuit vera veri Dei notitia; sed neque potuit latere, siquidem (vt inquit Paulus) *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur sempiterna quoque eius virtus & diuinitas*. Quare cōmunis Doctorum omnium sententia est.

393.
Alia dua ex
Oecumenio.

392.

Lyra Act. 17.
Inscriptionis
causa dua ex
Lyra.

394.

Rom. 1. 20.

est, quod Deus naturaliter scitur, quatenus per consequentiam evidentem ab effectibus colligitur causa, à qua essentialiter pendent.

395

Dicendum nihilominus est, quod Deus sic naturaliter & evidenter cognitus, adhuc merito potuit, & debuit inscribi ab Atheniensibus Deus ignotus tum physicè, tum moraliter. Physicè quidem & speculatiue, quoniam idem Philosophiæ discursus, qui velut indice prodit Deum esse, prodit etiam infinitum, ineffabilem, incomprehensibilem esse.

Rom. 1. 20.
Colossens. 1.
15.

Quare hunc dum annunciabat Paulus, appellauit eum inuisibilem: utpote quod nullis naturæ viribus potest videri; maxime quod Paulus annunciauit de Deo non tantum diuinitatem æternam, verum & humanitatem, quam in tempore assumpsit; secundum quam erat Deus absconditus, & aded ignotus, ut in propria veniens, sui eum non receperint, neque cognouerint: nam si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Prædicauit autem Paulus Christum, & hunc crucifixum.

396

Rom. 1. 22.

Moraliter autem: quoniam (ut ait Paulus de illis) *Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed enamerunt in cogitationibus suis. Et obscuratum est inspiciens cor eorum, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Ait autem Ioannes cap. 2. primæ Canonice, *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, men-*

2. Ioan. 2.4.

dax est, & in eo veritas non est. id est, non cognoscit Deum, nec Deus agnitus est illi. Et supra dixerat, *In hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus.* utpote dicente Gregorio, *Nonnulli quippe fidem medullitus tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant. Insequuntur enim moribus quos credulitate venerantur. Quibus in diuino iudicio sæpe contingit, ut per hoc quod nequiter viuunt, & illud perdant quod salubriter credunt.* Deus autem sub his considerationibus simul dicitur notus & ignotus: respectu enim diuersorum diuersa de illo prædicata verificantur. Et sic ad obiecta patet. Si enim omnis peccans est ignorans, cur peccantes in Deum ut Athenienses, nõ essent ignorantes Deum, & Deus ignotus eis?

ibi. num. 3.
Greg lib. 2
in Job.

C A P V T XXXVII.

Respondetur decimo octauo argumento ex Actuum 18. 18. & ostenditur quomodo iure Paulus se ex vi voti tonderit.

ARgumenti decimo octauum satis complecti non possumus, nisi tria quædam præmittamus omni obseruatione digna. Primum est tonsionem, de qua in præsentî capite, non de Priscilla, aut Aquila, ut aliqui volunt cum Xisto Senensi, sed de solo Paulo intelligendam esse cum Augustino, Hieron. & Beda.

397
Xistus lib.
Bib. S. anno
244.
Aug. ep. 19
Hier. epist.
apud Aug.
Beda 3. Act.
18.

Secun

Secundum est, quod, ut no-
ster Venerabilis Beda adnota-
uit, qui se Deo iuxta legē Moyfi
vouerant, tenebantur comam
nutrire, quamdiu Nazareni fieri
vellent, & postea eam tondere,
atque igni tradere. Ex quo se-
quitur votum hoc à Paulo emis-
sum, fuisse votum Nazaræorum,
id est, separatorum à comuni
viuendi ratione, vt nunc faciunt
religiosi. Hanc autem tonsionis
legem, de qua hic Beda, Nume-
rorum cap. 2. legimus, *Vir sue
fœmina cum fecerint votum, omni
tempore separationis sue nouacula
non ascendet super caput eius vs-
que ad diem, quo Domino conse-
cratur, sanctus erit crescente casarie
capitis eius.* & infra, *Cum dies,
quos ex voto decreuerat, complebun-
tur, tunc radetur Nazareus ante
ostium tabernaculi fœderis casarie
consecrationis sue: tollētque capillos
eius, & ponet super ignem, qui est
superpositus sacrificio pacificorum.*
Est tamen hoc intelligendum de
Nazareis secundum tempus, id
est, de illis qui pro definito tem-
pore à communi se viuendi ra-
tione separabant; nam illis, qui
per totam vitam se Deo voue-
rant, rasio capitis omnino inter-
dicebatur, iuxta illud de Samue-
le, *Omnibus diebus vite sue noua-
cula non ascendet super caput eius.*

Causam nutriendi comam
Nazaræi Lyranus & alij eam
existimant, vt sic nimirum dif-
cernerentur ab idololâtris, eo-
rūque auersarentur ritum,
quorum sacerdotes rasi, & abradi
incedebant. iuxta illud Baruch,
*In domibus eorum sacerdotes se-
dem habentes tunicas scissas, & ca-*

*pitæ & barbam raso, quorum capita
nuda sunt. Rationem autem ra-
dendi comam expleto Nazarea-
tus tempore illam autumant, vt
sicut crescentia capillorum erat
signum durationis voti, sic illo-
rum abrasio signum solutionis
& libertatis redeundi ad cum-
munem viuendi modum.*

Gregorius itē Magnus vtrius-
que constitutionis talem ratio-
nem reddit, inquit: *Quid est
quod Nazarei capillos nutriunt,
nisi quod per magna continentie
vitam presumptionum cogitationes
crescunt: sed quid est quod deuotione
completa Nazareus caput radere
& pilos in ignem sacrificij ponere
iubetur: nisi quod tunc ad perfectio-
nis summum peringimus, cum sic
exteriora vitia vincimus, vt etiam
cogitationes superfluas à mente re-
secemus?*

Sed certè cum capillorum vs-
que ad cutem abrasio iugen-
gentium ac mœrentiam habitus
apud Ethnicos esset, vt patet ex
præallegato Baruch elogio, & ex
eo quod apud Herodotum ha-
bemus: videlicet Argiuos ob
amissam victoriam quandam ca-
uisse ne quis eorum comam nu-
triret, ante recuperatum pristi-
næ gloriæ decus. Et ex illo quod
Solinus refert de Archelao Ale-
xandri Amyntæ in regno succes-
sore: nimirum quod defuncto
Euripide tragico scriptore cri-
nem totondit, vt quem animo
conceperat mœrorem, vultu pu-
blicaret. de quibus plura apud
Hadrianum Iunij. Cum igitur
abrasio & tonsura mœroris at-
que luctus argumentum apud
Ethnicos esset; econtra verò cri-

400.
Greg lib. 2.
moral. c. 39.

401.

Hadrian. Iu-
nij t. 4. the-
sauri critici,
Tractatu de
coma cap. 5.
fol. 5. 21.

Num. 2. 1. &
6.

Num. 2. 18.

Reg. 1. 11.

399.

Nazaræis co-
ma nutrienda
causa que.

Lyra & alij

Num 6.

Baruch 6.

39.

nium capillorumque cultura & ornamentum habitus & argumentum lætantium, crediderim ego præceptum esse Nazaræis vt comas nutrirent, vt in statu illo mœroris hilares se omnino ostenderent & ostentarent. Ad eum modum quo iniungitur nobis, vt cum ieiunamus, lauemus faciem, & capita vngamus, ne videamur hypocritæ tristes. Expleto autem voto præceptum esse eisdem comas radere, vt voti absolutionem potius inter lugenda quàm inter plausibilia referrent: & sic ab idolorum cultoribus Gentiliùmque ritibus procul distarent.

Tertium est quòd tam in rigore sermonis, quàm in Scripturæ sensu aliud est radere caput, aliud tondere. Radere enim significat idem quòd capillos ad cutem vsque nouacula incidere: tondere autem non nisi tonsorum forcipibus summos, vel medios aut imos capillos amputare. Vnde Ezechiel 44. *Sacerdotes caput suum non radent, neque comam nutrient, sed tondentes attondent capita sua*, vtique vt sic mediam tenerent viam inter duo sacerdotum idolorum extrema, quorum aliqui radebant capita, vtique sacerdotes Isis atque Serapidis, alij verò nutriebant comam. Sicut ex eorundem idolorum cultoribus aliqui nudabatur, vtique colentes Venerem; alij armabantur, vtique colentes Martem, quando illorum sacra peragebantur: vt ex Hieronymo & Lyra super Ezechiel. accepimus.

Ex quo sequitur quòd inter-

dictum radendi non erat interdictum tondendi: & proinde quòd Nazaræis non erat prohibita tonsio ex quo illis rasio inhibebatur. Vtrum autem Nazaræi ab vtroque abstinere debuissent, alterius est negotij. Crediderim ego quòd Nazareni ad tempus neque radebantur, neque tondebantur durante obligatione voti: propter illud Numerorum 6. *Sanctus erit crescente casarie capitis eius.* Nazarenos autem ad semper crediderim nimis superfluam capillorum segetem amputasse, ne belluarum more pilorum filua horrent. Et idem est de his qui diu multum Nazareni erant.

His ita præmissis argumenti potissima difficultas in eo sita est, quòd si Paulus Nazareatum vouit, debuit expleto voto radicem tamen non rasus in præsentibus, sed attonsus dicatur. Si autem tonsionis nomine intelligatur abrasio, præuaricatus fuit legē Ezech. 44. sacerdotibus prohibentem rasuram.

Sed respondetur primò quòd cum vtriusque iam legis vis penitus extincta esset, & mortua, licet non mortifera, potuit Paulus vti ea pro libito, radendo aut tondendo se, sicut potuit nec abradi, nec tondi. Ac nec de facto raderetur, vel tonderetur tunc, nisi propter Iudæorum circumstantium infirmitatem. Quare illa capillorum incisione crediderim usum fuisse, quæ ad vitandum Iudæorum scandalum sufficiens esset: vtique nouacula si sacerdotes radi poterant, vel forcipibus si non poterant.

Secun-

401.
Radendi &
tondendi ver-
ba.

Ezech. 44.
20.

Hier. & Ly-
ra s. Ezech.
44.

403.

404.

405.

Secundo respondetur cum Paulus non tantum dicatur attonsus ex voto & ex vi voti, consequenter notatur abrasus & cōplanatus nonacula: hæc enim Nazareorum ad tempus erat lex. Neque obest Ezechielis edictū: quoniam cum occasione tantum eorum qui idola colebant sancitum esset, vt vidimus, ad tempus quidem obligauit, non autem ad semper. Nudatio enim capitis ex se & suapte natura vitam puram significat & apertam, nulla specie fucatam, vt ex Dionysio notat glossa: & proinde nisi ob impedimenta extrinseca vitiari, aut vetari non potest.

Glosa Eze-
ch. 44. 20.

dispensasse, vt in nomine Christi baptizarent; ad hoc vt nomen Christi quod erat odiosum Iudæis & gentibus honorabile redderetur, per hoc quod ad eius inuocationem Spiritus sanctus dabatur in Baptismo.

At Nicolaus Pontifex rogatus an Baptismus datus à quodam Iudæo esset validus, respondet fuisse validum, si tamen fuit datus in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi. ex quo videtur sequi dispensationem prædictam omnibus & pro omni tempore fuisse concessam, vel potius non tam dispensationem, quàm ipsiusmet Sacramenti institutionem esse. Siquidem ex illa tantum potuit colligere Pontifex Baptismum collatum à Iudæo in nomine Christi validum esse, quatenus nomen Christi totam Trinitatem continet, dicente Ambrosio: *Qui benedicitur in Christo, in Patre & Spiritu sancto benedicitur, quia unum est nomen, vna potestas.* & mox, *Qui Christum nominat, & dicit filium qui vnctus est, & Patrem, à quo vnctus est, & Spiritum sanctum, quo vnctus est.* quæ verba desumpta videntur ex Basilio, qui inquit, *Christi appellatio declarat Deum, qui vnxit, & Filium, qui vnctus, & Spiritum sanctum, qui est unguentum; veluti à Petro didicimus Iesum Nazarenum vnxit Deus Spiritu sancto.* Et habet Ecclesie antiqua traditio, quæ ratum habebat Baptismum in nomine tantum Christi etiam ab hæretico Marcione collatum, iuxta rescriptum Stephani Romani Pontificis, de quo Cypria-

407.
Nicolaus
relatus de
consecr. d.
4. c. à quo-
dam Iudæo.

Amb. lib. de
Spiritu san-
cto c. 3.

Basil. lib. de
Spiritu san-
cto c. 12.

Acton. 2.

CAPVT XXXVIII.

Respondetur decimonono argumento ex Actorum 19. 8. & ostenditur an Baptismus in nomine tantum Christi datus valeat.

406.
D. Th. 3. p. q.
66. a. 6. in c.

AD argumentum decimum nonum respondet D. Thomas quod ex institutione sacramenti Baptismi est quidem necessaria totius Trinitatis inuocatio ex parte formæ sacramentalis: at quoniam Christus non alligauit virtutem suam Sacramentis, ideo potuit dispensare vt sine huiusmodi inuocatione verum Baptisma conficeretur, & conferretur, & in primitiua Ecclesia de facto cum Apostolis

Cypr. ep. 73.
n. 17. & 20.
Pamellus ad
locum Cy-
priani.

408.

nus epistola ad Fabianum. In quibus Commentaria Pamellij consulenda sunt.

His tamen non obstantibus à sententia D. Thomæ nec latum vnguem declinandum est; quoniam (vt ipse docet) cum sacramenta habeant efficaciam ab institutione Christi, toties Sacramentum efficacia carebit; quoties peruertitur ordo institutus à Christo. Christus autem instituit sacramentum Baptismi conferri cum inuocatione Trinitatis, iuxta illud Matthæi vltimo, *Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* Et ideo tali inuocatione suppressa, supprimitur etiam vel submouetur potius veritas & integritas sacramenti Baptismi.

409.

Inde sanxerunt id Apostoli canone 49. *Siquis Episcopus, aut Presbyter iuxta preceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, abiiciatur.*

Gratianus
de consecr.
d. 4. c. si quis.

Iidem etiam canone 50. relato à Gratiano Baptismū collatum in Domini morte reprobant, quia non dixit eos in morte mea, sed in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizare debere. Quapropter doctè pariter & catholicè Beda Venerabilis dixit, *Notandum, si quis baptizans dicat: Baptizo te in Christo Iesu, & non dicat, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sicut Dominus instituit, non est verum Baptisma.*

410.

Nec valet argutum effugium Ambrosij, dicentis quòd inuocatio nominis Christi, est totius Trinitatis implicita inuocatio.

D. Th. vii. 3.

Quoniam, vt obicit D. Thomas, sicut ad sacramentum re-

quititur materia sensibilis, ita & forma. Quare sicut non sufficeret aquæ implicita & virtualis ablutio nisi explicita & realis, ita neque implicita Trinitatis professio; quia hæc pertinet ad rationem formæ, non secus atque exterior aquæ ablutio ad rationem materiæ sacramenti. Unde Pelagius Pápa citatus à D. Thoma, dicit Baptismum collatum in nomine Domini esse nullum. Et idem decernat de Baptismo collato tantum in nomine Christi. Et Zacharias Pápa expressè asserit Baptismum non perfici inuocatione vnus tantum personæ Trinitatis, sed trium, Patris scilicet, & Filij & Spiritus sancti. Et idem habetur in capite, firmiter, de summa Trinitate & fide catholica, & alibi sæpe, vt est videre apud interpretes D. Thomæ.

Pelag. de e-
secrat. d. 4. c.
si re vera
D. Th. vii. 3.

Zach. de cō-
secrat. d. 4. c.
in Synodo.

D. Th. 3. p. c.
66. a. 6.

411.

Ratione etiam id ostenditur: quoniam sacramentum Baptismi appellatur Sacramentum fidei, vt habet Innocentius Pápa in cap. debitum, de Baptismo. & Augustinus epistola 103. eo quòd est ianua Ecclesiæ, & in eo fit expressa professio Evangelicæ fidei. Ergo cum Trinitas sit potissimum fidei fundamentum, & numen ipsum, cui nos per fidem deuincimus, & vouemus, necessum est vt in ipso Baptismo exprimat, ne saltem prima baptizatorum elementa baptizatos lateant.

Sed quid ad Nicolatum & Stephanum Pápas dicemus? Sanè quòd implicitè & per compendium loquuti sunt, vtendo implicitis vocibus pro explicitis; sic-

412.

nini.

nimirum, ut sicut quando dixerunt Baptismum collatum in nomine Trinitatis, validum esse, non intellexerunt valere Baptismum ita collatum: Ego te baptizo in nomine Trinitatis, sed in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti; ita cum dixerunt Baptismum collatum in nomine Christi esse verum, non intellexerunt quod valeret Baptismus collatus sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Christi; sed sub ista: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij eius Christi, & Spiritus sancti, quæ implicite in voce Christus latebat. Ex quo id Basilij, *Neminem ad errorem impellat illud Apostoli, quod nomen Patris & Spiritus sancti in Baptismatis mentione sæpe omitti: neque ob id putet nominum nomenclaturam non necesse esse observari. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. nam Christi appellatio totius est confessio. Declarat enim & Deum, qui unxit, & Filium, qui unctus est, & Spiritum sanctum, qui est unguentum.* Ergo sicut hîc Paulus per compendium loquutus fuit, ita & illic Nicolaus & Stephanus. Quod si Apostoli aliter Baptismum contulerunt, ut hîc, & cap. 2. 28. & cap. 8. 16. dispensationi speciali, non tamen institutioni Baptismi tribuendum est.

CAPUT XXXIX.

Respondetur vigesimo argumento ex Actorum 20. 10. Et ostenditur quo

de mortuo dici possit, quod anima eius in ipso sit.

ARgumentum vigesimum varias, eâque optimas, solutiones habet. Quarum prima est Augustini, Lyrani, Hugonis & aliorum, dicentium quod Paulus loquutus fuit propheticè, asserens tamquam præsens, quod mox erat futurum. Secunda est Arati, Caietani, Montanique affirmantium quod Paulus non de mortuo, sed de iam ab ipso resuscitato dixit, *Anima eius in ipso est.* utpote quod Paulus prius incubuit super eum orando, deinde complexus eum, vitam restituit, dicendo, *Nolite turbari, anima enim eius in ipso est.* Per hoc enim quod super eum incubuit, ostendit quod vitam, spiritum, & calorem suum impertiebatur ei, & quod suo fovebat spiritu. Vnde ad hæc mors repulsa fugit, & vita sequuta est, ait Aratus. Quo iure dicebat ipse (ut notavit Beda) *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Sed etiam si adolescens nec iam ad vitam restitutus, neque restituendus usque ad finem mundi foret, adhuc propositio Pauli verum potuisset sensum habere: quoniam ut anima illa alibi locanda erat, potuit in proprio corpore latenter sistere. Sane defunctorum animæ, quæ miraculosè à Deo suis corporibus reunitæ sunt, & ad mortalem vitam iterum (prout in Scripturis legimus) reuocatæ, sicut descen-

Aug. lib. de moribus S. c. 11. lib. 3. c. 3. Lyræ & Hugo. Act. 20.

414

Basilij vbi supra.

descenderunt, & migrarunt ad alia loca, vt ad propria domicilia, potuerant in propriis corporibus localiter tantum, non autem vitaliter remanere. Corpus enim non viuit per hoc quod habet animam sibi vnitam vt cumque, sed vitaliter, id est, vt actus & forma informans.

415.

Inde est quod citra præiudicium propositionis catholicæ, *In inferno nulla est redemptio*, potuit Deus animas defunctorum decedentium in peccato mortali, iterum ad vitam reuocare, & ad sua corpora reducere: quoniam alibi quam in inferno poterant detineri, & inde rursus ad hanc lucem emitti: vt præcibus Beatae Agnetis emissa fuit anima illius adolescentis, qui Agnetem ipsam stuprare & violare tentauerat, iuxta Ambrosium & Maximum. Et multi alij ex Gentilibus per Apostolos ex damnationis statu suscitati leguntur in salutem apud Augustinum, Chrysostomum, Rhabanum, & alios, de quibus P. Henriquez in summa Theologica.

Ambr. serm.

7.

Maximus

serm. 2.

Aug. lib. 17.

de Ciuit. c.

18 & 20.

Chryf. serm.

de pœnit. &

hom. 63. in

Matth.

Rhaban. 3.

4. Reg. 23.

Glossa 3.

Henric. in

summa lib.

9. de Missa.

cap. 6.

416.

Et licet locus in quo scelerata animæ detinentur non iniuria appelletur infernus, vt Lucæ 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* vt etiam lymbus in quo veterum Patrum animæ recipiebantur, iuxta id Iacobi Gen. 37. 35. *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Atque etiam sepultura, in quibus conduntur cadauera, iuxta id Psal. 48. *Veterasiet in inferno gloria eorum.* & Iob 7. *Si sustinero, infernus domus mea est.* Atque idem de voragine obscura, hiante, & tene-

brofa, iuxta Numerorum 16. *Descenderunt viui in infernum.* & Psal. 54. *Descendant in infernum viuentes,* ille tamen in quo damnatorum cruciantur animæ longe ab his est diuersus, & de isto tantum intelligendum axioma illud, *In inferno nulla est redemptio.*

417.

Inde sequitur quod cum Damascenus de sententia totius Orientis refert Traiani animam Gregorij Magni precibus eductam, extractamve ac liberatam esse ab inferni ærumnis, intelligendus est non quidem de inferno inferiori qui est ad ingressum patens, ad egressum verò seclusum; sed de alio mitiori, utique de voragine atra & horrida, in qua ex speciali dispensatione Dei Traiani fuerat anima demersa, & digna castigatione vexata: vt etiam animas aliorum infidelium in speciali deputauit custodia inde resurrectione miraculosa educendas.

418.

Vel intelligendus est de pœnis inferni inferioris, quas proculdubio iam diu dedisset, & in æternum daret, nisi intuitu meritorum atque precum Gregorij Deus illam eripere constituisset, reuocando eam media resurrectione ad hanc vitam, vt pœnitentia salutari prioris vitæ scelerata & peccata obrueret, & sese æternæ felicitatis idoneam redderet. Videatur de his Abulensis quæstione 37. super 3. librum Regum cap. 4.

CAPVT XL.

Respondetur vigesimoprimum
argumento quoad pri-
mam partem ex Acto-
rum 2. 1. 9. & ostenditur
quomodo etiam post Ioan-
nis Baptista tempora
fuerint Prophetae.

ARgumento vigesimopri-
mo respondetur verè virgi-
nes illas diuino Spiritu afflatas
fuisse, de diuinisque rebus ma-
gna & profunda eructasse, pro-
phetasseque, & proinde prophe-
tiae spiritu viguisse, adeò vt con-
sultae responsa darent homini-
bus utilia: neque hoc literis sac-
ris repugnasse, sed potius mi-
rum in modum cõsentisse. Quo-
niam, vt Interlinealis hinc Glossa
notauit, Ioel. 2. dicitur, *Et erit
in nouissimis diebus effundam de
spiritu meo super omnem carnem, &
prophetabunt filij vestri, & filiae
vestrae.* Imò id opere præstitum
aduentu illo Spiritus sancti, vt
Petrus asseruit. Si igitur Spiritus
sancti descensu vterque sexus
hominum spiritu prophético
auctus est. quid mirum si apud
Philippi domum quatuor exte-
rerint prophetissae?

Quinimo si credimus Lyrano,
Carthusiano atque aliis, in
die Pentecostes in foeminas eque
atque in viros Spiritus sanctus
descendit, iuxta vim huius ver-
bi, *Effundam de spiritu meo super*

omnem carnem. Quibus non leui-
ter fauet Chrysostomus, dicens
mulieres ibi fuisse, & deplorat
temporum suorum improbita-
tem, quæ compulit ligneis pa-
rietibus mutuum accessum im-
pedire. Fauet etiam Cyprianus
dum dixit non tantum Aposto-
lis, sed multitudini credentium
datum fuisse Spiritum sanctum,
vt quondam de spiritu Moysis
septuaginta viris, iuxta quæ ha-
bentur in Numeris. Fauet etiam
Beda explicans id Actorum,
*Cum compleverentur dies Pentecostes
erant omnes pariter in eodem loco,
dicens: Cum daretur lex uni tan-
tum Moysi, licuit in montem ascen-
dere, iam omnibus, iam omni car-
ni.* Facit denique Actorum il-
lud, *Equidem super seruos meos, &
super ancillas meas in diebus illis
effundam de spiritu meo, & prophe-
tabunt.*

Neque obstat quòd ex Mat-
thæo obiicitur, *Lex & prophete
vsque ad Ioannem.* Primò quo-
niam, vt Chrysostomus, Euthy-
mius, Beda & D. Thomas edisse-
runt, non de omnibus omnino
Prophetis sermo erat, sed de illis
tantum, qui Christum prædixe-
runt euenturum quorum extre-
mus fuit Malachias. Quod etiam
verba textus ostendunt, quia nõ
absolute dicunt, *Lex & prophete
vsque ad Ioannem, sed vsque ad
Ioannem prophetauerunt.* Constat
autem hoc de præcedentibus in-
telligendum esse; (de quibus
Christus, *Necesse est impleri om-
nia quæ scripta sunt in Moysè, in
prophetis & Psalmis de me,*) non
autem de subsequētib; pro
quibus Christus, *Ecce ego mitto*

Chrysost.
hom. 24. in
Matth.

Cypri. sermo
de Spiritu
sancto.
Num. 11. 25.

Beda 3. Act.
2.

Act. 2. 18.

421.
Obiectionibus
occurritur.
Matth. 11.
13.

Lucæ 24.

Matth. 24.
ad.

415.

Glossa Act.
119.
Ioel 2. 18.

Act. 1. 12.

420.
Lyrano & Car-
thusiano. Act. 2.

Ioel 2. 18.

ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occideris. Quare præter has quatuor prophetifas, de quibus in hoc cap. v. 9. legimus v. 10. & antea cap. 11. 28. Agabum prophetantem & in Ecclesiasticis historiis multos prophetaali spiritu præclaros, vt D. Pater noster Benedictus, & alios, quorum nomina recensere infinitum esset.

Greg. lib. 2. dialog.

422.

Secundò quoniam legitimus sensus huius elogij est statum veteris Testamenti vsque ad Ioannis tempora durasse & viguisse: nam exinde noua incepit gratia, vtique illa, quam Christus aperuit, & in cuius confirmationem hæc verba subdidit, dicens vers. 12. *A diebus Ioannis Baptiste vsque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; omnes enim prophetae & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.* id est, Regnum cælorum iam præsens est, & expugnari cœpit more terræ promissionis, quam non nisi bellatores ingressi sunt: & quæ huius regni cælorum figuram prætulit. Hoc enim regnum præsens iam est, & bellis ac bellatoribus irrumpentibus patens. Quod tamen latens antea sub inuolucris legis & prophetalium oraculorum erat, & vsque ad Ioannis tempora (vtique legationis & prædicationis) vmbri continendum. Ex hoc autem nihil contra vberissimam Prophetarum segetem ad nouum Testamentum pertinentem sequitur.

423.
Hier. sup.
Matth. 11.

Inde Hieronymus, *Post crucem Christi statim in actis Apostolorum vna domus Philippi quadri-*

gam producit virginum siliarum. Quumque Dominus in Euangelio dixerit, Lex & Propheta vsque ad Ioannem, ista quia virgines erant, etiam post Ioannem prophetasse referuntur.

CAPVT XLII.

Respondetur vigesimoprimo argumento quoad secundam partem ex Acto- rum 21. vers. 21. 24. & 26. & ostenditur an iure Paulus ostendere potuerit se discessionē à Moysē non docere.

Secunda pars argumenti vigesimoprimi non eo inducta est, an licitè Paulus legalibus vsus fuerit, de hoc enim iam supra diximus in hac eadem controuersia; sed vt paulo attentius perquiramus, an iure potuerit morem gerere fratribus, qui vers. 21. tale ei consilium præbuerunt, dicens: *Audierunt de te, quia discessionē doceas à Moysē eorum, qui per gentes sunt, Iudeorum; dicens, non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Fac quod tibi dicimus, sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis, & impende in illis vt radam capita: & scient omnes quia que de te audierunt, falsa sunt, sed ambulans & ipse custodiens legem.*

Etenim longè aliud est ser- uate

424.

Suprac. 35
& 35.

Act. 21. 21.

425.

uare legalia quando non erant mortifera, ab eo quod est doctrinam sanam semel assertam, & palam promulgatam deferere, & velut recantare: seu quod verbo prædicatum est, opere abrogare, & quasi irritum reddere. Hoc enim nulli unquam licuit, aut potuit licere. Maxime dicente Paulo, *Si enim quæ destruxi iterum ædifico, præuaticatorem me constituo.* Cum igitur Paulus monitis præmissis paruerit, (dicente Scriptura, *Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis intravit in templum.*) videtur quod obliquè atque iniquè egerit; quoniam factò illo destruxit quod verbo ædificauerat, docens circumcisionem abolitam esse, & à Moysè discedendum.

Nec valet si cum Chryso-stomo, OEcumenio, & collectore catenæ Græcorum dicamus purificationem istam dispensationis fuisse in Paulo propter multorum infirmitatem, non verò institutionis: & proinde non fuisse prædicationis abrogationem, sed dispensationem iustam: siquidem qui Ierosolymis credebant Iudæi, adhuc legis consuetudines seruandas sibi existimabant. Non, inquam, valet, quoniam, vt ipsi notarunt, Paulus hîc à fratribus instimulatus fuit, & monitus, vt ad omnem de rumore contra illum exorto suspicionem tollendam re potius quàm verbis defensionem sui faceret, & factis ostenderet se non modò non docere quæ sunt præter legem, verùm etiam quæ iuxta legem sunt, obseruare. Cum igitur Paulus promptè

huiusmodi monitis paruerit, & (vt ait Chryso-stomus) obtemperauerit: sequitur quòd præuaticatorem se constituit aduersus ea, quæ de legalium cessatione aliquando docuerat.

His respondent aliqui quòd cum Paulus discipulum Timotheum circumcidisset, vt ex dictis patet, falsi hîc criminis instimulatus est. Si enim ipse legalium obseruantiam improbasset, certum est quòd eis publicè ac palam non vsus esset. Quare vt falsam accusationem retunderet, mox paruit monitis commilitonum suorum, & purificauit se.

At dubium non est quin Paulus de legalium cessatione aliquid aliquando docuisset; alias vnde contra eum rumor de legaliù abrogatione exortus fuisset? maxime quòd iam legalia mortua erant, & vim obligandi amiserant: & hoc fidelibus necessariò à primo Euangelicæ prædicationis limine intinandum erat, ne iam spem suam in Iudaicis ritibus collocarèt. Quare citra dubium est quòd Paulus iam diu euulgauerat circumcisionem, sacrificia, & reliquas ceremonias legis mortificatas à Christi passione fuisse, & proinde ad salutem animarum necessarias non esse.

Verùm ex hoc Iudæi, qui Paulo infensi erant, præripuerunt ansam diffamandi eum tamquam inimicum legis, & hostem mandatorum Dei, vt sic Iudæi omnes toto celo eum declinarent, & graui auersarentur stomacho, tamquam damnan-

Chryf. hom. 46. in Acta.

427. Supra c. 35.

428.

429.

Ad Galat. 2.

Act. 21. 26.

416. Chrysoft & OEcum. in catena Græca.

tem & execrantem tamquam mortifera legalia, quæ solum mortua aut mortificata hactenus esse dixerat.

430.

Huic igitur criminationi mature subuenire cupientes qui Paulo bene precabantur, persuaserunt ei, ut facto calumniam confutaret, & se legis obseruatorem ostenderet. In quo præuaricationis nihil admisit; nam hactenus ipse non docuerat legem veterem perniciosam esse, & nullo modo seruandam, sed non esse ad salutem animæ conducibile vtileve seruare illam: quia iam non per legem, sed per Christi gratiam iustificatio obueniebat.

CAPVT XLII.

Respondetur vigesimo secundo argumento ex Actuum 22. 4. & ostenditur patria Pauli.

431.
Pauli patria.

Act. 22. 4.

Act. 9. 11.

Vigesimum secundum argumentum petit ut explicemus natale solum Pauli. Quod licet Paulus ipse satis superque, & quidem pro concione expressisse videretur, cum dixit in hoc capite, *Ego sum vir Iudæus, natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamalielis eruditus*; quo iure Tharsensis nuncupabatur, Actuum 9. *Quære in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensem*; adhuc tamen vrget in oppositum, tum quod in argumento obiectum est, tum

quod Venerabilis Beda existimat eum natum alibi, inquit, *Natus quidem Apostolus in oppido Galilææ Giascali fuit. Quo à Romanis captus cum parentibus suis Tharsum Ciliciæ commigravit. A quibus ob studia legis, missus Ierosolymam à Gamalielle eruditus est. Nec mirum si se Tharsensem, & non Galilaum dicat: cum Dominus ipse in Bethleem natus non Bethlemnites, sed Nazareus sit cognominatus. Cui proculdubio sententiæ magnū authoritatis robur adhibet, quod illam Hieronymus tamquam communem existimationem omnium longè antè retulerat.*

Hieron. de
Scrip. Eccl.
cap. 5.

432.

Cæterum cum ex Romanis primus qui aduersus Iudæam arma mouit, illamque subiecit, Pompeius fuerit, Antonio & Cicerone consulibus, hoc est, anno 21. Olympiadis septuagesimæ nonæ, iuxta Iosephum & Eusebium, seu, ut habet Dio, anno sexagesimonono ab Vrbe cõdita, seu ante annos ab hoc tempore nonaginta sex. Secundus autem & vltimus qui bellis eam vexauit, Titus & Vespasianus fuerant, quoniam à Neronis obedientia descieuerant Iudæi, non est quando Paulus Giascali à Romanis vastata Tharsum puer vnâ cum parentibus coactus sit migrare. Sed vel nullatenus migravit, ut tandem existimat Hieronymus. Vel si migravit, non tamen violenta aut bellica, sed voluntaria discessione. Paulus enim videtur sub Herode seniore natus, & sub Archelao nutritus, quando nullis vel leuissimis Romanorum telis Iudæa

Ioseph. lib.
14. antioch.
8.
Euseb. in
chronic.Hier. 5. ad
Philippen.

dæa

Bacon. ad
annū Chri-
sti 3.6.n.7.

dæa vexata legitur, vt longius
prosequitur Baronius. Nisi dica-
mus quòd ob ciuiles aliquas dif-
fensiones cum Romanis magi-
stratibus, qui Griscali tunc præ-
erant, Pauli parentes compulsi
sunt loco migrare, & se Ciliciæ
Tharsum transferre. Sed hæc in-
certa sunt, & tantum propter
antiquorum temporum fidem
tam à Hieronymo, quàm etiam
à Beda nostro, & à nobis sub-
iuncta. Constans ergo quòd Pau-
lus natus est Tharso, vt ipse, vbi
suprà, perhibet.

433.

Act. 22. 26.

Neque oppositum in obiecto
testimonio asseruit: siquidem
cum Tribuno, dicenti, *Ego multa summa ciuilitatem hanc consequutus sum*, vtique Romanum ciuem esse, dixit Paulus, *Ego autem & natus sum*; non dixit, ego Romæ natus sum, sed in Romana ciuilitate natus sum, ad quam tu ingenti pecunia euectus es. Itaque Paulus in ciuilitate Romana, (licet non in ciuitate Romæ) natus asseritur: quatenus cum pater illius huiusmodi honore potiretur, Paulus in ea patris ciuilitate & honore natus fuit. Et ideo dixit, *Ego autem & natus sum*. id est, tu dignitatem hanc recentem habes, quippe qui tibi ipsi eam acquisieris, ego in paterno honore natus sum.

Seu, tu ex priuilegio recentis, ego autem iure sanguinis ciuis Romanus sum.

* * *

CAPVT XLIII.

Respondetur vigesimotertio argumento quoad primam partem ex Actorum 23. 2. & 3. & ostenditur cur Paulus adeò indignè tulerit alapam inflictam ei iussu Pontificis.

AD vigesimumtertium arg. respondetur, admiratione quidem dignum esse quod (vt Rhabanus noster expendit) Paulus qui sic patiētiam in aduersis iniunxit, & commendauit, vt aliquando diceret, *Benedicite, & nolite maledicere*, & rursus, *Benedicite maledicentibus*. & de seipso 1. Corinth. 4. *Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus*, & huiusmodi sexcenta alia. Is igitur alapa cæsus resilierit, & auctorem illatæ sibi iniuriæ maledictis incesserit, malaque ei imprecatus fuerit, dicens, *Percutiet te Deus paries dealbate*.

434.

1. Cor. 4. 12.

At præterquam quòd tam Christi Domini, quàm ipsa verba Pauli, quibus in aduersis tanta talisque solertia patientiæ suadet, non præcepti & legis, sed consilij tantum vim & speciem habent, ad quod iure nemo nisi volens tenetur. Vel illud Pauli indignationem commendat quòd (vt glossa notat) non ob aliquam irreuerentiam per-

435.

cussus fuit, sed quia veritatem tunc aperiendam aperuit: vnde potius in veritatis obsequium, quam in studium vindictæ indignatus fuit. Quia enim pro concione, & in sui inculpatam necessitatemque tutelam dixerat, *Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum usque in hodiernum diem, præcepit Ananias Princeps sacerdotum ore perenti; cum tamen defenso prædicationis Pauli esset Euangelij defensio. Vnde sicut dum Paulus 2. ad Timoth. 4. dixit, Alexander ararius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera eius, non imprecando vltionem, sed enuntiando dixit; ita hic, vbi Paulus non imprecando, sed obiurgando Pontificem indixit illi talionis pœnam legem taxatam; Deuteronomij 19. 21.*

Adde quod (vt Augustinus Beda, Rhabanus, & historia Ecclesiastica obseruant) responsum istud Pauli non execratio, aut maledictio, sed vaticinium fuit: vtiq; de sacerdotij veteris abrogatione, quasi diceret: *Destruet Deus sacerdotium tuum. Vnde non dixit, Percutiat te Deus, sed, Percutiet te Deus.* quæ loquendi phrasis assidua apud Prophetas est, v. g. Psalmista, *Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.* & Ieremias, *Videam queso vltionem tuam ex eis.*

Quod si obiicias Paulum non cognouisse hominem istum ad quem sermonem direxit, esse summum Pontificem, vt mox ipse ingenuè fassus est, dicens, *Nesciebam fratres, quia Princeps*

est sacerdotum, & proinde non prophetaſſe summi sacerdotij eius dissipationem. Nisi velimus dicere de illo quod dicitur de Caipha quod prophetauit nesciens. Respondetur quod capite sequenti dicemus de ratione huius ignorantia, & qualiter cum prophetica prædictione coherere possit.

His subiiciamus quæ D. Thomas late prosequitur. Cum enim 2. 2. q. 25. & 83. argumento obieciſſet, quod sæpe Sancti imprecati sunt mala malis, iuxta illud Psalmi, *Conuertantur peccatores, & erubescant; & iterum, Erubescant & conturbentur omnes inimici mei.* Respondet quod huiusmodi imprecationes tribus aut quatuor modis possunt intelligi. Primò per modum prænuntiationis, & non per modum optationis, ita vt sit sensus, *Conuertantur peccatores in inferno, id est, conuertuntur.* Secundò per modum optationis, vt tamen desiderium optantis non referatur ad pœnam, sed ad iustitiam punientis, secundum illud, *Letabitur iustus cum viderit vindictam;* quia nec ipse Deus lætatur in perditione impiorum, vt dicitur Sapientia primo, sed in sua iustitia, quia iustus Dominus, & iustitias dilexit. Tertio vt desiderium referatur ad remotionem culpæ, non ad ipsam pœnam, vt scilicet peccata destruantur, & homines remaneant. Quarto conformando voluntatem suam diuinæ iustitiæ circa damnationem peccatorum. Variis ergo modis responsum potuit cohonestari Pauli.

Sed

Act. 23. 1.

2. ad Timoth. 4. 14.

436.

Ang. lib. 1. de serm. Domini in monte c. 25.

Beda, Rhabanus & Hist. Eccles. c. 104.

Jerem. 18.

437.

Obiectio.

Act. 13. 5.

438.

D. Th. 2. 2. q. 25. & 83. ad 1. & q. 83. ad 1.

439.
Difficultas.

1. Cor. 11.

5.

2. Cor. 11.

16.

440.
Solutio.

Sed adhuc vrget scrupulus quatenus mitius & modestius se gessisset Apostolus, si ad exemplum Christi, cum patiebatur non comminaretur. Maxime dicente ipso, *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes; sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis in faciem vos cedit.* Quibus Paulus insipientior non debuit inueniri; maxime dicente eodem de se, *Ne quis me putet insipientem.*

Sed respondetur, quia oportebat tunc, ne Tribuno contemnendus videretur. & ideo tale responsum exhibuit. Tribunus enim qui abstinuit flagris illum cedere, si videret quod ignobiliter à Iudæis seruis se percuti pateretur, aduersus eum ignobilius insurgeret. Et in vniuersum sapientes dum patiuntur, circumstantias temporum & rationum debent considerare, neque omnia eadem trutina metiri. Exemplo Christi, qui licet aliquando coram tondente se tamquam agnus obmutuit, aliquando tamen obstiruit, inquiring percutienti se, *Si male loquutus sum, testimonium perhibe, si autem bene, cur me cedis?*

441.

Itaque Paulus licet generoso potuisset se vindicare silentio, & immari iracundiæ patienter cedere, ne tamen Tribunus cum furente sacerdote fureret, & eum ne pili quidem faceret, sed aspernabilem duceret: & proinde contra eum in grauiora prolaberetur consilia: constituit aduersus nefarios sacerdotis ausus stare viriliter, & infausta prædi-

ctione compescere. Videatur Chrysofostomus cum OEcumenio, quorum hæc est mens.

Chrysof. & OEcum. in catena Græca.

Videatur etiam Isidorus, qui libro 1. sententiarum ita inquit, *Vir sanctus vltro se pro agone certaminis debet offerre iustitia, sed tamen agonis fructum videns vberimum. Quod si maior est labor quam animarum lucrum, declinandus est labor. Vtrumque enim fecit Apostolus, qui & periculis se vltro dedit, ubi maximum animarum lucrum vidit: & sapienter se periculo abstulit, in quo potiore laborum quam lucrum esse persequitur. Vltro se Paulus apud Ephesum periculis obtulit, quia potius periculo lucrum vidit. Damasci autem ideo periculo se subtraxit, quia nullum periculi ipsius arbitratus est fructum. Idem profus hic existimandum est; quod quia vidit lucrum periculo impar, periculo obstiruit, celsurus aliàs si lucrum laborem superaret.*

442.
Ibid. lib. 1.
sentent. c. 23.

Quare autem Pontificem scōmate dealbati parietis perstrinxerit, capite sequenti dicemus.

C A P V T XLIV.

Respondetur vigesimotertio argumento quoad secundam partem ex Actuum 23. 5. & discutitur, an verè Paulus ignorauerit quod Ananias summus fuisset sacerdos.

Secunda pars huius vigesimotertij argumenti molestiam multis

443.

multis ingerit, variòsque in varias distraxit sententias, utique Chrysoftomum, Isidorum Clarium, Carthusianum, & Caietanum in præfenti affirmantem quòd Paulus verè nesciuit Pontificem, iuxta quæ ipse palàm professus est. OEcumenius verò & Author Catenæ Græcorum cum aliis negant propter alia eiusdem Pauli verba, quæ alibi, hoc est, cap. 22. 3. dixit, utique, *Ego sum vir Iudæus, nutritus in ista civitate, secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis, sicut & vos omnes estis hodie.* Ex his enim videtur constans quòd ritus morèsque, præsertim solemnes & publicos illius civitatis ignorare non poterat: nam hos quilibet ex mediocriter in quacumque civitate versatis, etiamsi aliàs rudis & rusticus, assequitur: & proinde Paulus ignorantiam aut imperitiam pati non potuit, circa hoc quod est, probè scire summum Sacerdotem illum esse, qui in celeberrimo illo Sanhedrim senatu ad clauum pro tribunali sedebat, ut tunc sedentem Ananiam vidit.

444.

Neque sufficiens videtur solutio Chrysoftomi, & discipulorum eius in hac parte, dicentium quòd cum Paulus diu iam diuersatus fuisset absentia, potuit de discere, quæ præfentia in his rebus addidicerat. Sanè huiusmodi rerum memoria rarò deleri potest, aut numquam. Sed dato quòd in Paulo abolita esset, adhuc ad primum senatus, confessusque conspectum subito instaurata rediret, & reminiscencia vigeret. Sed demus quòd re-

miniscentia nec sic prorsus succurrisset, adhuc intelligi non potest, quòd tam eximiæ ratiocinationis, ac tam dilucidæ intelligentiæ vir, & qui tot adierat tribunalia, non illico deprehenderet, quod qui sublimiori inter sacerdotes loco sedebat, sacerdotij supremi vices fungeretur, & proinde quòd conuictis suggillandus non foret.

Si autem cum Baronio respondeas quòd non solùm summus Sacerdos, sed etiam summus magistratus primum in sacerdotum confessu locum tenebat, duobus dispositis in utroque latere confessibus: ut olim in prima institutione Moyse & Aaron: & ex consequenti quòd ex summitate sedis non potuit Paulus colligere sacerdotij culmen. Igitur si id respondeas, obiiciam quòd saltim agnouit Paulus inibi pro tribunali sedentem esse Principem, & proinde execrationibus petendum non fore, dicente ipso scriptum est, *Principi populi tui non maledices;* & proinde excusatio illius vana omnino foret.

445.

Baron. anno
Christi 150.

Præterquam quòd cum Anas & Caiphas essent sacerdotum Principes, cap. 4. 6. & Paulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessisset ad Principem sacerdotum, & petiisset ab eo epistolas in Damascum, cap. 8. 10. & potestatem accepisset à Principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocarent nomen Christi. Quæ fieri posset, ut cum tandem videret Ananiam in sublimi sedentem, non illico eum vel procul adora

446.

adoratus fuisset, vel assequutus mente? Cuius argumentationis species vehemens aded mihi visa est, ut ea solum pessum ire possint plures alia, quas alij comminiscuntur solutiones.

447.

Hic ergo rhodus, hic saltus, dū Paulus apertè negat se agnovisse Pontificem, argumenta verò ineluctabiliter affirmant. Quare inter utramque mihi media via cum meo Venerabili Beda tenenda est. Vtique agnitum fuisse à Paulo tamquam legis antiquæ sacerdotem Ananiam Pontificem. Cæterum, quia sacerdotium vetus translatum re ipsa iam erat, & abolitum, ideo potuit dicere, *Nesciebam quòd princeps esset sacerdotum*, nimirum sacerdotum novæ legis, qui apud Paulum erant vnici & veri sacerdotes: nam de veteri sacerdotio non curabat. Itaque verum, sed versutum, Paulus responsum dedit, ne Iudæi adstantes negato omnino sacerdotio veteri, furore corripentur & commouerentur.

448.

Hanc autem fuisse mentem Pauli vel ipsa præcedentia infauti ominis verba, (quibus sacerdotem increpauit) ostendunt. Dixit enim, *Percutiet te Deus paries dealbate*. Quibus (iuxta Augustinum & alios) prophetice prædixit Pontifici interitum & excidium sui principatus, quod nec ipse, neque ex circumstantibus somniauerat aliquis, & Paulo fuerat reuelatione ostensum, quando Euangelij veritas supernè illi annuntiata est: non enim eum sacerdotio gratiæ sacerdotium legis permanere potuit

Aug. & alij
ubi 5. c. 42.

magis quam vmbra cum sole. Quare tantum abest vt Paulus in præsentì prophatet nesciens quid diceret, (iuxta quod cap. præcedenti ex Carthusiano obiectum est) verum aded sciens & gnarus, eorum quæ nūtiabat, erat, vt scientia potius quam ignorantia suæ posset obeffe prophetiæ.

449.

Fauet etiam scomma quo in præsentì Paulus suggillauit Pontificem, dum appellauit illum parietem dealbatum. Hoc enim conuitio indicauit quod Sacerdotis summi speciem dumtaxat extrinsecus referebat, internè autem non continebat rem ipsam: more iacrustati seu picturati parietis, qui extrinsecus colores obicit, quos internè non habet. Quia igitur Ananias specie tantum & opinione, non autem re summus erat Sacerdos, callidè prudèterque potuit dicere Paulus se nescire illum sacerdotum Principem, etiamsi alias intus agnouisset eum, vt re ipsa agnouit.

C A P V T X L V.

Respondetur vigesimoquarto argumento ex Acto- rum 24. 14. Et ostenditur quo iure religio Christiana vocetur apud Paulum secta, & cur non heresis.

AD vigesimumquartum argumentū respondetur pri-
mo

450.
rd. secta
quid.

Isidor. 4.
Erym. c. 7.

modo quod *lysecta* ex vi primæ institutionis suæ nihil præposterum significabat. Nam (vt Isidorus dixit) *Secta à sequendo & tenendo nominatur. Nam sectas dicimus habitus animorum, ac instituta circa disciplinam, vel propositum, quod tenendo sequuntur longe alia in religionis cultu opinantes quam ceteri.* Quare non iniuria potuit Paulus Christianam religionem appellare sectam, quoniam tenebat & sequebatur illam, vt longè aliam ab ea quam ceteri Iudæorum tunc temporis sectabantur, dicentes; *Numquid ex Principibus aliquis credit in eum? aut ex Phariseis? sed turba hæc que non nouit legem?* Vnde ipse commendans Phariseorum religionem (quatenus resurrectionem mortuorum profitebantur) appellauit eam sectam exactissimam.

Ioan. 7.

451.

Hæresis quid.

Quod si obiicias, perinde potuisse religionem Christianam appellare hæresim: quoniam hæresis ex primæ sui institutione significat electionem, dicente eodem qui supra Isidoro, *Hæresis Græcè ab electione vocatur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat, quod melius sibi esse videtur.* Tertulliano item notante hæreses dictas Græcè ex electione interpretationis, seu ex interpretatione electionis. Vnde Latini diffiniunt hæresim cum Cicerone apud Seruium *habitus animorum circa disciplinam.* Et usurpatur ab eis pro electione & optione sententiæ, cui inflexibiliter standum est, & adhærendum. Cum igitur religioni Christianæ cuilibet sponte standum

Isidor. 8.
Erym. c. 3.

Tertul. lib.
de præscrip.
cap. 6.

Seruius lib.
16. Aneid.

& adhærendum sit, consequens est quod iure possit nuncupari hæresis. At hoc expauescunt aures audire; eo quod iam diu est, quod in malam semper partem accipitur. Ergo idem de nomine sectæ dicendum est.

Respondetur tamen quod nomen hæresis vel à sua primæ institutione pertinaciæ & pernicitiæ notam importauit: vt pote quod institutum est ad significandum animi sententiam, cui non tam vi veritatis, quam voti ac voluntatis electione ac placito adhæremus. Ex quo Cicero in illud, *Cato perfectus (mea sententia) stoicus: & ea sentit que non planè probantur in vulgus; & in ea est hæresi, que nullum sequitur florem orationis, nec dilatat argumentum, sed minutulis integratiunculis & quasi punctis, que proposuit, efficit.* Et ad Atticum: *De hæresi Victorina risisse me satis, nihil est necesse rescribere. Nimirum quoniam non veritatis solide, sed tenacis vuluaris placitum referebat.* Constat autem hæc omnia à religione Christiana exorbitare, quæ & primæ veritati immobili prorsus innititur; & professores illius, licet non coacti, sed spontaneè tantum ad illam possunt addici; at potius Deus eligit illos in sui credulos, quam ipsi Deum: dicente Christo, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum.* Et rursum, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Et hoc ideo, quoniam (vt dixit Apostolus) *fides est donum Dei.* Quare ad illum maxime spectat, eligere hominem, cui donet illam, Potuit ergo

451.

Cicero in
Paradoxis.

Idem ad
Atticum.

Ioan. 6.4.

Ioan. 15.16.

Ephes. 2.8.

Christia

Christiana religio tunc temporis appellari secta, non verò hæresis. Vnde Paulus absolute & ex sententia sua dixit illam sectam, hæresim autem non ita, nisi ex impudico Iudæorum & infidelium ore, inquit, *quam dicunt hæresim.*

433.

Respondetur secundò quòd etiamsi sectæ nomen minus honorificum esset, quàm ut religioni Christianæ iure tunc posset aptari: adhuc pro circumstantia temporis prudenter illi inditum est. Tunc enim Christiana fides tamquam hæresis diffamabatur, & lacerabatur opprobriis. Vt autem Paulus eius excellentiam ostenderet, & vtilitatem commendaret, dixit, *Confiteor quòd secundum sectam, quam dicunt hæresim, deseruio Patri ac Deo meo.* quasi dixisset: Confiteor quòd hæc quæ malè audit religio, & quam dicunt hæresim, me in officio & fide vnius Dei continet.

Act. 24. 6.

434.

Respondetur tertio quòd Paulus loquebatur ibi de religione Christiana, at non sub nomine religionis Christianorum, sed Nazaræorum, vt interlinealis glosa notauit. Et iure quidem, quoniam Paulus paulo antè coram Felice Præsidente accusatus fuit tamquam caput sectæ Nazaræorum. Versu enim 5. ita aduersus eum delatum est à quodam Tertullo oratore, *Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concionantem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & auctorem seditionis sectæ Nazaræorum. Quæ Nazaræorū nomenclatura ad eò Christianis adhæsit, vt re-*

Act. 24. 5.

ferente Hieronymo vsque ad Hieron. Illar. sua tempora duraret. Vt autem Paulus audiuit se accusatum de religione Christiana sub specie Nazaræorum sectæ, sub eodem sectæ nomine defendit se, vt defensionem accusationi conuenienter aptaret.

Denique respondetur quòd nomen originale Græcum *secta*, hîc vsurpatur pro via, vt Caietanus notauit. Vnde apud Græcorum Catenam non quidem secta, sed via habetur. Nomen autem viæ religioni Christianæ congruentissimum est, vt pote quæ sola ad Patrem & ad vitam est via, & ad quam currendam exultauit Christus vt Gigas. Et de qua scriptum est; *Beati immaculati in via.* Quò etiam nomine Lucas nominauerat illam, inquit, *Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac.*

435.

Secta pro via.

Caiet. Act.

24. 6.

Psal. 18.

Psal. 118. r.

Act. 24. 22.

356.

In huius autem lectionis patrocinium sic ratiocinatur Beda: *Quæ consequentia est eum qui Græcè loquutus est, dicere secundum sectam, quam dicunt hæresim, cum idem Latine secta quod hæresis Græcè significet? Sed ait: sic deseruio Patri Deo, secundum illam videlicet viam, quam increduli hæresim, vel sectam nuncupant.*

Beda 5. Act.

24.

Nihil ergo Paulus sacræ legi absconum protulit.

CAPVT XLVI.

*Respondetur vigesimoquin-
to argumento ex Acto-
rum 25. 10. & ostendi-
tur, cur Paulus non Pe-
trum, sed Cæsarem ap-
pellauit.*

457.

Fabian. ep.
ad Hilar.
Episc.

1. Cor. 6. 1.

Vigesimoquinti argumenti difficultas in eo quidem sita est quòd Paulus appellationem interposuerit, quia, vt Fabianus Papa dixit, licet vitiatam causam appellationis remedio subleuare. Sed quia Cæsarem secularem prorsus, imò Ethnicum Principem appellauerit, cum tamen ipse aduersus Corinthios exurgens dixerit, *Audet aliquis vestrum habere negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? an nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis secularia? secularia ergo iudicia si habueritis, contempnibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.* id est, etiamsi inter vos nullus idoneus possit inueniri iudex, adhuc ad idoneum domesticum, potius quam ad peritum extraneum occurrere debetis pro causarum iudicialium sectione. Ratio horum est, quoniam ab hominibus iniustis, (sic Paulus Ethnicos appellat) quales sunt infideles, veræ iustitiæ ratio expectanda non est. Sunt enim ad hoc incompetentes iudices; & magis incom-

petentes quam quilibet minus apus Christianus.

Vnde Concilium Carthagine quartum Anathemate percussit Catholicos, qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudicem alterius fidei prouocauerint. Si igitur Christianorum negotia ad iudices non Christianos deferenda non sunt (adhuc ex sententia Pauli) quomodo Paulus ipse suum ad Principem Ethnicum detulit?

His accedit quòd in veteri lege de Ecclesiasticis Ecclesiastici tantum iudicabant. Deuteronomij enim 17. sic stabilitur. *Si difficile atque ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, venies ad sacerdotem leuitici generis. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis moriatur.* & 2. Paralipomenon 19. *Amarias sacerdos & Pontifex vester in omnibus qua ad Deum pertinent praesidebit. Porro Zabadias super ea opera erit, qua ad Regis officium pertinent.* Huius autem ratio erat. Primum quòd profana sacris miscere numquam licuit. Secundum quòd vt fabrilia fabri, (iuxta Horatij adagium) ita Ecclesiastica Ecclesiastici probe possunt cognoscere, & proinde sanum & æquum iudicium de illis ferre, deque illorum professoribus pronuciare. Tertium ne Deo militantes secularibus (iuxta eiusdem Apostoli monitum) implicentur.

Inde est vt in Romana Ecclesia perpetuò interdictus sit ad iudices seculares aditus vel occursum in causis Clericorum Concilia, Romanum primum

458.
Cathag.
cap. 4.

459.

sub

sub Siluestro præfente Constantino Magno, & Romanum secundum sub eodem, & Concilium Aurelianense III. cap. 1. & Toletanum III. canone 13. de quo Gratianus. Et non solum prædictus aditus interclusus est, verum & acriter animaduersum in clericos, qui ius hoc violarent, vt videre est in Conciliis Agathensi, Matisconensi & Mileuitano, de quibus multa apud Gratianum nostrum.

Imò non solum Ecclesiasticorum Ecclesiasticis, vt decernerentur traditæ sunt, verum prioribus Ecclesiæ temporibus ipsæ etiam sæcularium; dicente Clemente Romano, *Siqui fratres negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ quidquid est illud dirimatur, & omnino obediant statutis eorum.* Quam etiam constitutionem diu multum postea roboratam per Theodosium & Carolum Magnū videmus apud Gratianum *cap. quacumque*, vbi decernitur, *Quacumque contentiones inter Christianos orta fuerint, ad Ecclesiam deferantur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur.* & infra hoc ipsum perpetua lege firmatur.

Cum ergo suramum Sacerdotum consilium illud nomine Sanhedrim, quod tempore Moisis constitutum est, & cui summus præsidebat Sacerdos, adhuc vigeret Ierosolymis: consequens est quòd Paulus non debuerit causam prouocare suam ad sæcularem Principem, cum ipse Sacerdos & ex sorte Domini egregius esset Apostolus.

Verum frustra tempus terimus, & verba in ventum damus, cum legitimus Pauli iudex solus posset esse Ecclesiæ & Ecclesiasticorum summus Princeps Petrus, cuius iudicio neque Hebræi delatores, neque Romani magistratus deferre voluissent, vt compertum est. Consilium etiam Sanhedrim actoris & criminatoris munus hicungebatur; dicente Luca, *Post quinque dies descendit Princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt Presidem aduersus Paulum, & citato Paulo cepit accusare Tertullus.* Non ergo iudicis poterat in eadem causa exercere munus. Et proinde cum Paulus prouocatus sit ad Principem sæcularem ab ipso sacerdote summo; consequens est nullum sibi propugnaculum superesse nisi appellationis via ad laicum iudicem prouocare.

Quare autem Paulus criminationi non cesserit, sed appellationis se protectione munierit, constare poterit ex his quæ supra diximus. Et etiam ex eo quòd Paulus ipse in votis habebat Romam ire, dicens, *Oportet me & Romam videre.* Et ideo diuinitus post prædictum est, cap. 23. *Sequenti nocte assistens Dominus ei ait: Constans esto; sicut enim de me testificatus es in Ierusalem, sic te oportet & Roma testificari.* Vt igitur adeundi Romam occasionem haberet, Cæsarem appellauit.

Constat denique ex eo quod Augustinus narrauit, inquiens, *Auxilium petiuit ab Imperatore,*

Gratianus 21. q. 3. cap. placuit & 11. q. 1. & 1. 7.6.c.2.

Clem. ep. ad Iacobum fr. Domini & 1. constit. Apost. c. 49.

11. q. 1. cap. quæcunque.

Actor. 2. 5. 1.

Act. 19. 12.

Act. 23. 12.

461. Aug. ep. 50.

Q 2 non

non tam sui ulciscendi causa, quam tuenda Ecclesia sibi credita. Quod si pratermississet, non ei fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Et in speciem nostri textus infra. Item ne Indeis eum interficere cupientibus traderetur, Caesaris poposcit auxilium, Romani quidem Principis, sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere debeant postea Christi dispensatores, quando Imperatores Christianos periclitante Ecclesia reperirent.

464.

Inde forte penes Hispanos nostros ansa prærepta est, occurrendi ad summa laicorum iudicum prætoriam tamquam ad propugnacula naturæ: vt auditores Regis excepta querela eius, qui se iniquè grauatum ab Ecclesiastico deflet iudice, iudicent, non quidem causam principalem, sed iniuriam atque violentiam si forte illata est. Et restituatur læsus, causa litis aliàs integra manente. Vt sic Rex iuxta munus suum oppressos defendat, quos iniquè oppressor offendit. Neque in hoc violata censetur immunitas Ecclesiastica magis quàm in eo, quòd iudex laicus cognoscat de obseruatione iuramenti. licèt adhuc crediderim, id in praxi non fieri inconsulta, nedum inuita sede Apostolica: cui hæc ego per omnia submitto, ne forte in aliena regione mihi aberrare contingat. Lego tamen sese de inhibitionibus Iust. Aragon. cap. 8. §. 3. num. 48.

asserentem quòd adhuc Reges habent à summo

Pontifice priuilegia.

CAPVT XLVII.

Respondetur vigesimosexto argumento quoad primam partem ex Actuum 26. vers. 2. & ostenditur cur Paulus ante classicum victoriam penè occinuerit.

AD primam partem vigesimosexti argumenti respondetur quòd cum gloria iustorum sit sua vnique conscientia, tamdiu quiuis illorum potest triumphum canere contra suos aduersarios & hostes, quandiu controuersia ac lites, quas gerunt in eum, bono boni Principis genio dirimendæ sunt. Cum enim ex vno capite fruendæ iustitiæ causa Reges constituti sint, vt notauit Cicero, & Aristoteles suggestit, dicens, Rex debet & vult esse custos, ne aliquis ab aliquibus iniuriam accipiat. Itémque Hesiodus,

Cicero 2. officiorum
Arist 5. Politic.
lit. 6. 19.

Hoc vno Reges olim sunt sine creati,

Dicere ius populis, iniustaque tollere facta.

Ex alia autem Agrippa boni Regis specimen perhibuisse deprehenderetur, quòd Paulo victo plenam dicendi copiam fecerat, inquiens, Permittitur tibi loqui pro temetipso, atque optimam de illo spem conceperat, vtpote cui mox dixit: Credis Rex Agrippa Prophetis? Scio quia credis, occur-

Act. 26. 1.

Act. 26. 27.

rit Paulus, dicens, *Opto apud Deum & in modico & in magna ialem fieri.* Cum igitur Paulo boni iudicis species fuisset proposita, bonaque conscientiae suae causa introspecta, prudenter infectum, imò nondum initum bellum pro ad votum confecto potuit celebrare.

466.

Nec suo Paulus lapsus est consilio: siquidem à versu 3. vsque ad finem capituli ita legitur, *Et surrexit Rex, & Praeses, & Bernices, & qui assidebant eis: & cum secessissent, loquebantur adinuicem, dicentes, quia nihil morte nec vinculis dignum fecit homo iste.* Agrippa autem Festo dixit, *Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Caesarem.*

467.

Sanè Paulus dubitare non poterat de assequutione triumphii contra calumniatores suos & concriminatores, nisi ob iudicium (coram quibus causa agebatur) perfidiam in iudicando contra rationem, & contra leges, in quibus tota Reipublicae salus sita est. Vel ob aurium obstructionem ad audiendum quae in sui defensionem ipse induxisset. Conscientia siquidem illi pro mille testibus erat, innocentiae suae irrefragabilem fidem facientibus, & animi tranquillitatem proinde illi praestantibus, qua nihil in hac vita beatius dicente Augustino, *Tranquillitate conscientiae nihil excogitari beatius potest.* Vbi autem nihil est quod ancipitem reddere possit optatum belli exitum adhuc à primo congressu: nulla mentis leuitas est, victoriam continuo canere, & rem infectam pro confecta

referre; sed prudentia maxima, quae suggerit bono animo esse debere insontem, qui coram idoneo iudice sistitur per calumniam. Conscientia enim bona aeneus murus est, quo alte ridentur & superantur hostes.

468.

Præterquam quòd Paulus non iactauit se voti per omnia competentem in illo conflictu effectum efficiendumve: sed sibi gratulatur illam felicitatis partem adeptus, quòd abundè & liberè posset seipsum coram tanto iudice defendere, suamque pro concione cunctis innocentiam aperire. Cuilibet enim inimicorum calumniis compressus illum sibi ad triumphum exortum diem celebrat, quo datur liberè longèque pro se causam dicere: maxime coram iudice qui summos cum infimis pari iure retinet. Id enim pluris saepe quam suae causae obtentio sit. Ideo ut si tandem iniquè perperamque damnètur, damnatione strenuus & alactis subit, eo tantum contentus, quòd saltem audientibus atque spectantibus cunctis innocentiam suam palam professus ac testificatus est. Scriptum quippe est (ut hinc Beda notauit) *Beatus qui in aures loquitur audientis*, seu, ut est apud Ecclesiasticum, *Beatus qui enarrat iustitiam auri audientis.* saltem enim suae famae, licet non vitæ consulit.

Beda 3. Ad. 26.
Eccli. 25. 12.

* * *

3 CAP.

Aug. 21. de
Cant.

CAPVT XLVIII.

Respondetur vigesimo sexto argumento quoad secundam partem ex Actuum 26. 7. & ostenditur quo pacto tribus Israël fuerint duodecim.

469.

Gen. 48. 5.

AD secundam partem vigesimifexti argumenti respondetur verum quidem esse quod Iacob adoptauit in filios Ephraim & Manassem nepotes suos ex filio suo Ioseph, iuxta id Genesis 48. Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Egypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manasses. Sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Verum tamen quoniam adscititij & adoptiui, non autem filij naturales erant, ideo non numerantur quatuordecim filij Iacob, sed tantum duodecim, quia duodecim tantum filiorum pater extitit.

470.

Rup. lib. 9.
in Genesim
cap. 49.

Neque propterea à numero duodecim tribuum omnino exulant hi duo fratres in filios adoptionis assumpti: nam quando aliquæ tribus à cœtu reliquarum exploduntur, istorum fratrum tribus subrogantur, iuxta ea quæ sapientissimus Rupertus noster notauit, inquit, Sciendum quod ubi Simeon & Leui numerantur, scilicet in propria generatione carnis, Ephraim & Manasses, qui adoptiui filij sunt, numerari non possunt. Et e contra, ubi Ephraim

& Manasses inferuntur, videlicet in possessionibus, propriisque tribuum singularum funiculis, Simeon & Leui relictæ sunt. Isti enim proprios funiculos non consequuti sunt, sed in omnibus sortibus paucas vrbes habuerunt, iuxta patris prophetiam, dicentis: Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Itaque quocumque respicias, siue ad funiculos distributionis, siue ad proprietatem generantis, duodecim tantummodo sunt tribus Israël.

471.

Ex mox rem altius repetens, In Apocalypsi Ioannis Dan, qui natus fuit filius Israël, relinquitur, & qui adoptatus fuit Manasses assumitur; & Ephraim adoptatus, quamuis multiplex relinquitur, ad insinuandum videlicet quod ad consequendam hereditarem, pro qua signatur in frontibus nostris signaculo Dei viui, neque soli nati, neque soli adoptiui Israël, id est, neque soli qui ex Iudeis, neque soli qui ex Grecis, sed communiter tam ex his, quam ex illis assumuntur, vel reprobantur, quos vel fides commendauerit, vel infidelitas reprobabilis fecerit.

Itaque semper duodenarius tribuum numerus retinetur, siue computentur, siue non computentur Ephraim & Manasses. Neque etiam dum non computantur à tribuum propterea cœtu excluduntur: numeratur enim tunc tribus Ioseph, in qua ipsæ tamquam eius traduces includuntur.

CAPVT XLIX.

Respondetur vigesimo septimo argumento ex Acto- rum 27. 9. quid ieiunij nomine intelligat Paulus, cum dixit non esse tutam nauigationem, eo quod ieiunij tempus iam praterisset.

AD vigesimum septimū argumentū respōdetur quod licet afflictione ieiunij, quo maxime humana corpora franguntur & humiliantur, Deus etiam flectatur maxime, atque ad benignitatem inclinetur; propter quod ieiunij tempus appellatur tempus acceptabile Deo, iuxta id Isaia, *Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Ex quo illud Ieremiae, Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab pro filiis suis ut non biberent vinum, & non biberunt usque ad diem hanc. Propterea hæc dicit Dominus, non deficiet vir de stirpe Ionadab, & ipse stabit in conspectu meo semper. Et illud Ionæ 3. 7. & cap. 7. refertur de Niniuitis qui generale ieiunium indicentes tam brutis quam hominibus liberalem misericordiam Dei proinus cōsequuti sunt. Ex quo sequitur quod media virtute ieiunij potuissent huiusmodi nauæ nauigationis securitatem à Deo obtinuisse: vel etiam intemperantiæ suæ vitio demeritos esse.*

Licet igitur ieiunij tempus Deo beneplacitum sit, tamen in hac parte per ieiunij tempus transactum Lucas ad ieiunij moralitatem honestatemve non respexit: sed omnino vel ad effectus naturales illius; scilicet ad virium attenuationem: quatenus præcedens ieiunium nauticatum robur excefferat, & debiles ad extrahendam nauem reddiderat. Vel respexit ad circumstantias temporis, quatenus tempus sequens elapsum ieiunium ad nauigandum esset apprimè incommodum. Vt si diceremus non esse tutum nauigare transacto ieiunio quatuor temporum mensis Decembris, utpote quod vregit tunc glacies hiemalis, proacriter nauigationi obstans. Et quidem hanc esse mentem Lucæ communis est sensus.

Differunt tamen interpretes in explicando hoc ieiunio, siue ieiunij tempore. Chrysostomus enim, OEcumenius, Isidorus Clarius & alij existimant fuisse ieiunium Iudæorum, utique ieiunium Pentecostes. Nam post Pentecostem longo tempore inde egressi sunt, aded ut ferme fuerit hiems, cum ad partes Cretæ accederent. Rhabanus autem dicit fuisse quidem ieiunium Iudæorum: at vel ob mortem Godoliæ, de quo 4. Reg. ultimo. Vel ieiunium decimum in Ianuario, quando cognouerunt in Babylone captiui templum esse destructum, de quo 4. Reg. 25. Alij verò (de quibus Rhabanus etiam) fuisse ieiunium Christianorum utique ieiunium præcedens natale Domini, quod

473.

474.

Interpretum sententia vtrius.

Chrysost. OEcumen. Rhabanus 5. Act. 17.

Rhab. vbi 5.

apud

473. ieiunij afflic-
tio & vir-
tutis

Ma. x. 5. 8.

Ierem. 3. 5.

13

apud nos aduentus vocatur.

475.
Sententia
Lyra.
Lyra Act.
27.

Has tamen omnes sententias vno conatur Lyra telo submouere: quod videlicet Dux, milites, & nauæ nauis omnes maiori ex parte erant Gentiles, & proinde non addicti Iudæorum vel Christianorū ieiuniis. Quare ipse aliud ieiunium comminiscitur, inquit, quod hoc ieiunium fuit in mari, vbi propter tempestatem non vacabat nautis comedere nisi parum, ne distraherentur à munere regendi nauem.

Caiet. Act.
27.
Salmer. ibi.
Auctoris
mens.

Cæterum quamuis hæc solutio Caietano, Salmeroni aliisque arrideat, ego tamen propterea illi non subscribo, quoniam si ita esset, numquam Lucas navigationis discrimen in elapsum ieiunij tempus reiecisset, sed in diuturnam inediam, qua fracti nauæ, exanimæ aut parum valentes gubernationi nauis inuenti sunt.

476.

Quare dixerim ego cum auctore additionis ad Lyram, Aria Montano & aliis, quod si ieiunium hoc fuit ieiunium Iudæorum, vt Chrysostræ & aliis placuit, proculdubio fuit ieiunium celeberrimum illud, quod expiationis dicebatur, tum quia in præsentiarum antonomastice appellatur ieiunium. Tum, quia hoc incidebat decima die septimi mensis, vt habetur Leuitici 16. qui mensis communiter concurret cum mense Septembri nostro prope æquinoctium autumnale. Quo elapso vrget tempus navigationi incongruum, vtpote hyemale. Aut saltem fuit ieiunium decimi mensis occur-

rentis, vtique inter Ianuariam & Decembrem, quando vbique nauigationes cessant. Et licet ieiunium hoc non fuerit omnium celebratissimum, tamen satis indicari videtur in eo quod illi annectitur circumstantia temporis ad nauigandum incommodi. Cum enim apud Hebræos essent plura ieiunia, iuxta illud Zachariae 8. *Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiã, & solemnitates præclaras.* Ex quo recensetur ieiunium cum illa circumstantia temporis ad tutas nauigationes inepti, sequitur ieiunium illud esse ieiunium decimi mensis, cui hyemalis glacies infixa est.

Si autem fuit Christianorum, vt aliis placet, dicerem cum Bellarmino fuisse ieiunium etiam autumnale, seu quatuor temporum, quæ labente mense Septembri incidunt, & proinde prope hyemis clauem, qua nauigationibus solet iter præcludi, & quidem potius in aliquibus quam in aliis regionibus.

Sed quidquid de hoc sit, mentem ego Lucæ sic capio, sic intelligo, nimirum nauigationem tutam non esse, quia nauigandi tempus opportunum non erat, sed infensum, vtpote procellosum.

477.
Bellarmino
de bonis
operibus
19.

CAPVT VLTIMVM.

*Respondetur vigesimo octa-
uo argumento ex Acto-
rum 28. 17. & ostendi-
tur quo iure Paulus di-
xerit quod nihil ipse ad-
uersus patriæ mores mo-
litus est.*

VLtimum argumētum eam
difficultatem mouet, quam
intactam cūcti relinquunt, cum
tamen cursim prætereunda non
foret: utpote difficilis explica-
tu, nisi cum Glossa legamus,
Ego nihil aduersus plebem faciens,
aut amorem paternum. Constans
enim est, quod Paulus non odio,
sed amore sui populi patriæque
moliebatur omnia quæ cum He-
bræis gerebat. Quare ipse sub-
iungens dixit ad Iudæos, quos
Romæ alloquebatur: *Propter
spem enim Israël catena hac cir-
cumdatus sum.*

Verum quoniam perpetua le-
ctio non *amorem*, sed *morem* ha-
bet, crediderim mendum irre-
pisse in Glossæ ordinariæ codi-
cem. Et proinde difficultatis
scopulos inaccessos, nedum
infractos manere, nec leni-
ter frangi posse. Quoniam cum
Paulus pro inferenda propa-
gandaque lege noua, simul cum
omnibus suis proprietatibus &
requisitis, & euellenda veteri
simul cum omnibus suis mo-
ribus ac cæremoniis totus in-

cumberet: non videtur quali-
ter sibi gloriari coram Iudæis
potuisset (& quidem coram
primoribus Iudæorum Romæ
commorantibus), quod nihil
aduersus paternum morem ten-
tasset.

Nihilominus cum Paulus
adhuc de abroganda tamquam
mortifera lege veteri nihil do-
cuisset, sed potius ut non perni-
ciosam tunc temporis eam ipse
obseruasset, ut patet ex supra-
dictis à capite 33. ideo iure ia-
ctari potuit quod aduersus pa-
trias leges & mores nihil fe-
cisset.

Testimonium etiam quod
perhibuerunt Iudæi quibus cum
loquebatur, hoc palam profi-
tetur; etenim respondentes di-
xerunt, *Nos neque litteras ac-
cepimus de te à Iudæis, neque
adueniens aliquis fratrum nun-
ciauit, aut loquutus est malum
de te.* Si autem contra patrios
mores legesque Paulus aliquid
disseminasset, siue prædicando
docuisset, proculdubio tam-
quam execrabile facinus om-
nium Iudæorum totius orbis
aures peruasisset, & increbui-
set rumor. Saltem, quia Iero-
solymitani Iudæi litteris ubi-
que terrarum missis omnium
Iudæorum animos præoccupa-
bant, ne Christi prædicationem
admitterent. Ut OEcumenius
& catena Græcorum coniiciunt
sibi ex illo vaticinio Isaïæ, *Ve-
terre à cymbalo alarum, que est
trans flumina Ethiopia, que mit-
tit legatos in mari in vasis papyri
super aquas.* Potest etiam con-
iici ex his quæ Romani Iudæi

479.

489.

Glossa Act.
28. num. 7.

Act. 28. 21.

OEcum. in
catena Græ-
ca s. Isaïæ
18.
Isaïæ 13. 1.

Act. 18. 22.

de religione Christiana subdi-
derunt, dicentes Paulo, *De se-
ceta ista notum est nobis, quòd ubi-
que ei contradicitur.* Notum (in-
quiunt) est nobis, utpote quòd

mutuis utrimque litteris terra-
marique transmissis certiores
se reddebant. Iudæi de his
quæ ad Christum
spectabant.

Cui laus & hymnus, Amen.



AVTHEN



AVTHENTICA
 EPISTOLÆ
 B. PAULI AD
 ROMANOS FIDES.

Controversia secunda.

Utrum epistola B. Pauli ad Romanos ca-
 nonica scriptura sit?

C A P V T I

Auctores & argumenta partis negativæ.

P

AVLVS non in proprio tantū corpore, aut capite, verū in suis scriptis acres ab ad-

uersariis & arduas persecutio-
 nes perpeſſus inuenitur. Irenæus
 enim & Eusebius locupletissimi
 nobis testes sunt, quod ille men-
 tis inops Ebion bellum in om-
 nes epistolas Pauli tamquam in
 profanas, vel etiam sacrilegas
 mouit. Obiiciens illi ac falso im-
 ponens ei, quod repulſam paſſus
 à filia cuiusdam Ierofolymitani

Sacerdotis, quam in vxorem ſibi
 ardentè concupierat; contra Iu-
 dæos atque Iudæorum mores &
 leges ira percitus inſurgēs, om-
 nia epistolarum ſuarum litteris
 monumenta mandauit, vt Iuda-
 ca lex peſſum iret. Ebioni poſtea
 ſucceſſere hæretici dicti Hel-
 cheſeitæ, qui tempore Philippi
 Auguſti primi Chriſtianorum
 Imperatoris omnes Pauli epi-
 ſtolas ex integro repudiarunt,
 authore eodem qui ſuprà Eu-
 ſebio.

Euseb. lib. 6.
 hist. c. 27.

Alios hæreticos non lego ſic

R 2 omnia

Irenæus lib.
 2. cap. 2.
 Euseb. lib. 3.
 hist. c. 17.

omnia Pauli respuentes scripta, sed aliqua in particulari: utique illa, quæ suis videbantur dogmatibus aduersari; de quibus suo loco. Hanc autem quam ad Romanos scripsit epistolam, seorsim calumniatam apud alium non inuenio, quam apud Faustum Manichæum. Qui iuxta Augustinum contendit esse falsam in illo verbo quod cap. 1. scripsit dum asseruit Christum filium David secundum carnem. Cuius textus falsitatem eo redarguere conatur, quod ipse Paulus aperte ad Corinthios dixerit: *Nos neminem nouimus secundum carnem; et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.* Ex hoc enim infert Christum non esse filium David secundum carnem; quoniam alias etiam nunc à Paulo agnosceretur secundum carnem.

Alij etiam alia quæ contra epistolæ huius auctoritatem militare videntur subnotarunt. Oecumenius etenim, quod illud Petri oraculum, quo tamquam ingentis difficultatis & obscuritatis notauit aliqua Pauli elogia, propter epistolam ad Romanos scriptum est. Etenim præfatione in hanc epistolam dixit, quod cæteris Pauli Apostoli epistolis difficilior putatur ad intelligendum hæc quæ ad Romanos scripta est. Tam profundæ autem obscuritatis caligo non videtur digna Apostolo, qui de se ad Ephesios perhibuit, datam fuisse ei gratiam illuminandi omnes. Qui enim difficultates seminat, potius tenebras quam lucem ef-

fundit, & potius excæcat, quam illuminat.

Tertiò Pauli nomine multa circumferuntur volumina, quæ verè Pauli non sunt, sed notha & apocrypha, ut est videre apud Origenem, Hieronymum & Gelasium Papam, & apud alios plures. Quo ergo nos ducemur sydere, ut certò ac directò sciamus hanc non adulterinam, sed legitimam esse Pauli epistolam? Nec valet dicere quòd Ecclesiæ auctoritas id nos docuit. Nam etiam Ecclesiæ auctoritate præfigitur hæc epistola, tamquam prior ex epistolis Pauli; cum tamen aliæ tempore præcedant illam: utique prima & secunda ad Thessalonicenses, prima ad Corinthios, & ad Timotheum prima, & alia ad Titum, & postea hæc Romana, ut nemo nescit. Ergo auctoritas Ecclesiæ non videtur satis certa in hac parte.

CAPVT II.

A parte rursum negativa adhuc arguitur.

Aliis rursū placet pro parte negativa argumentis insurgere, notando per singula capita omnia illa dogmata, quæ cum synceritate fidei minus coherere videantur. Et in primis ex eo quod Paulus primo huius epistolæ capite dixit Christum fuisse prædestinatum filium Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione Domini nostri Iesu Christi.

Cam

Aug. lib. 11.
cōtra Faust.
cap. 11.

1. Cor. 3. 16.

1. Petri vltimo.
Oecumen.
præfatione
in epistolam
ad Rom.

Ephes. 3.

4.
Orig. tom.
27. in Ioan.
Hieron. de
scrip. Eccles.
de Luca. &
lib. 1. contra
Iouinian.
Gelasius d.
15. c. sancta
Romana.

Rom. 1. 4.

Cum tamen predestinatio Christi, non ad operari, sed ad esse filij Dei per gratiam vnionis, tamquam ad suum potissimum terminum ordinata sit.

6. Rom. 7. 14. Item in persona Pauli v. 14. dicitur, *Gracis ac Barbaris sapientibus & insipientibus debitor sum.*

Ephes. 3. 10. Cum tamen ipse ad Ephesios iactet se vel cœlestium spirituum Doctorem esse, dicens, *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, vt innotescat potestatibus & principatibus in cœlestibus multiformis sapientia Dei.*

7. Rom. 1. 32. Item vers. 32. dicit de Philo- sophis gentilibus idolis spurcissimis feruentibus, *Qui cum iustitiam Dei agnouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte.* Cum tamen repugnet agnoscere Dei iustitiam, & ignorare quod stipendia peccati sit mors, hoc enim est potissimum quod Dei iustitia erga fontes & peccantes dicat.

8. Rom. 2. 9. & 10. Psal. 72. 1 & 14. Secundò cap. 2. dicitur, *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, gloria autem, honor, & pax operanti bonum;* cum tamen Dauid dixerit, *Zelani super iniquos pacem peccatorum, videns. & infra, Ecce ipsi peccatores abundantes in saculo obtinuerunt diuitias. Et dixi: Ergo sine causa iustificam cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus rota die, & castigatio mea in matutinis.* Non enim Dauid iniquorum felicitati inuideret, si malis mala & bonis bona euenirent.

Rursum ibi dicitur, *Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege*

peribunt; cum tamen scripserit ipse cap. 4. *Vbi non est lex, nec præuaricatio.* & cap. 5. *Peccatum non imputabatur cum lex non esset. & implicet esse peccatum, nisi sit contra legem.*

Item cap. 2. eodem, *Gentes que legem non habent, naturaliter que legis sunt faciunt;* quod tamen pugnat cum catholico dogmate de gratiæ necessitate ad seruandam legem.

Tertiò cap. 8. dicitur de hominibus, *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum.* Cum tamen certa fide tenendum sit nusquam intra Ecclesiam Dei fideles pios & sanctos defuisse.

Item, *Iustitia autem Dei in omnes & super omnes qui credunt in eum;* cum tamen multi ex fidelibus peccatores sint.

Rursum excludit à glorificatione legem factorum; cum tamen cap. 2. dixerit, *factores legis iustificabuntur.*

Quartò cap. 4. negat Abrahamum iustificatum fuisse ex operibus; & asserit gratiam pugnare cum operibus, adeò vt non sit gratia, sed merces quidquid intuitu præcedentium operum exhibetur. Quod tamen pugnare videtur cum orthodoxa fide circa necessitatem operum ad salutem.

Rursum quòd fides catholica non fuit reputata ad iustitiam in circumcissione, sed in præputio, cum tamen immediate subiungat, *Et signum accepit circumcissionis signaculum iustitiæ.* Si ergo circumcisio fuit iustitiæ signaculum,

lum, consequens videtur, quòd non præputium, sed circumcisio contulerit ad salutem.

16. Rom. 4. 25. Item ait de Christo, *Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Quasi sicut ante mortem Christi nullus Baptismi aqua mundari poterat, ita neque in triduo iustificari. Cùm tamen etiamsi Christus suam distulisset resurrectionem, adhuc ex merito mortis suæ baptismali possemus virtute regenerari: nã cap. 5. dicitur nos iustificari in sanguine Christi, hoc est, merito mortis Christi.

Rom. 5. 9. 17. Rom. 5. 3. Quinto cap. 5. dicitur, *Gloriamur in tribulationibus, sciètes quòd tribulatio patientiam operatur.* Cùm tamen suapte natura potius operetur indignationem & iram, adhuc in ipsis Dei ministris: vt patet in Iona, qui grauitè tulit, quòd arefieret, vel ille ramiculus hederæ, qui illi contra Solis ardorem umbraculum erat: & in Helia, qui maledixit pueros illudentes sibi. Vnde factum est, vt egrederentur duo viri, & laecerent omnes illos.

18. Rom. 5. 14. Item vers. 14. *Regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ.* Cùm tamè nullus toto illo tempore signabilis sit, qui Adami præuaricatione pollutus nõ fuerit: bene tamen qui morti non concesserit, vtique Henoch, qui viuus in paradysum translatus legitur. Non ergo regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiã in eos qui in similitudinè præuaricationis Adæ præuaricati sunt.

Rursum vers. 15. habetur, *Non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei in plures abundauit.* Quod lubricæ sanè difficultatis est. Ly enim omnes in Adam peccauerunt, iuxta eundem Paulum, quomodo plures gratiam Christi participarunt? Numquid possunt esse plures omnibus?

Rursum vers. 18. legitur, *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Cùm tamen infantes qui sine Baptismo decedunt, condemnationem subeant delicto primi hominis, non verò iustificationem vitæ merito Christi.

Similiter vers. 20. *Lex subintravit, vt abundaret delictum.* Cùm tamen legum institutio sit, non ad multiplicanda, sed vel ad omnino tollenda, vel saltem minuenda peccata.

Sexto cap. 6. dicitur, *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vinemus in illo? Quasi peccatoribus non pateat ad vitam aditus per pœnitentiam, & iustis ad mortem per culpam.*

Adhæc vers. 23. *Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna.* Quasi sicut mors datur peccatoribus in pœnam: vita æterna non retribueretur iustis in præmium, & iustitiæ titulo potius quàm gratiæ.

Septimò cap. 7. à vers. 14. vsque ad 24. inclusiuè asserit se non intelligere suum operandi modum, quia tamquam homo carnalis sub peccato venundatus,

Rom. 5. 7. 12.

19. Rom. 5. 14.

20. Rom. 5. 20.

21. Rom 6. 1.

22. Rom. 6. 23.

23. Rom. 7. 14.

eus, adhuc nolens & reluctans operatur malum: volens autem non assequitur vt operetur bonum. Quæ tamen repugnare videntur cum liberi arbitrii nostri facultate, & libertate ad operandum pro libito, & non operandum.

24.
Rom. 8. 8.

Octauo cap. 8. habetur, *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt; cum tamen Verbum caro factum sit; & de multis adhuc in carne viuentibus scriptum sit, quod placuerunt Deo: & iusti in carne sua videbunt Deum.*

25.
Rom. 8. 16.

Item vers. 16. *Ipsè Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei; cum tamen scriptum habeamus, Nemo scit vtrum odio, vel amore dignus sit.*

26.
Rom. 8. 18.

Versu item 18. dicitur, *Existimo enim quod non sum condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cum tamen fides asserat in amicis Dei merita de condigno ad gloriam.*

27.
Rom. 8. 20.

Versu 20. de irrationalibus atque inanimis creaturis dicitur, *Vanitati subiecta est non volens, sed propter illum qui subiecit eam in spe. Quasi inanimata habeant velle, aut nolle, aut aliquam quantulamcumque minimam spem concipere, vt sic tolerabilius pondus sustineant.*

28.
Rom. 8. 26.

Versu similiter 26. *Quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; quasi Spiritus sanctus appetitus sensitiui affectibus posset subesse, aut eius actus elicere.*

29.
Rom. 9. 3.

Nono cap. 9. in persona Pauli dicitur, *Optabam ego ipse anathe-*

ma esse a Christo pro fratribus meis: Quod tamen cum importet culpabilem separationem a Christo nulli iustorum in votis potest esse, etiam ob salutem cunctorum: non enim sunt facienda mala vt inde eueniant bona.

Versu item 11. 12. 13. dicit de Iacob & Esau quod antequam nati essent, aut quicquam boni aut mali egissent, Dominus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Quod tamen implicatorium videtur. Tum quia iam Deus esset acceptor personarum, quod negatum legimus cap. 2. vers. 11. Tum quia vbi nullum præsupponitur bonum, vel malum, nullus amoris vel odij potest actus elici.

30.
Rom. 9. 11.
12. & 13.

Decimo cap. 10. dicitur, *Quæ autem iustitia est ex fide est, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere; aut quis descendet in abyssum? id est, Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbum fidei, quod predicamus; cum tamen hæc verba ex Deuteronomio desumpta sint, vbi de lege gratiæ, aut de prædicatione Euangelica nulla mentio fit, sed tantum de lege vereri, vt patet ex contextu. Et maximè ex illo præcedenti verbo, quod est introductio ad reliqua: Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul posuimus, neque in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrum valet in cælum ascendere?*

31.
Rom. 10. 7.

Deut. 30. 14.

Deut. 30. 11.

Vndecimo cap. 11. dicitur quod Iudæorum delictum fuit quidem thesaurus mundi, & repulsa

32.
Rom. 11. 12.
& 13.

pulsa illorum assumptio omnium apud Deum. Et versu 30. & 31. dicitur quod propter incredulitatem Iudæorum misericordiam Dei obtinuerunt Gentiles. Quæ si vera essent, possemus gratulari nobis, & gratiam referre Iudæis pro peccato suo.

33. Et versu similiter 32. dicitur, *Conclusit omnia Deus in incredulitate, ut omnium misereatur. Quasi incredulitas conuenienter ad Dei misericordiam disponderet, & non potius ad indignationem & iram: iuxta id Psalmi, Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.*

34. Duodecimò cap. 12. dicitur, *Renouamini in nouitate sensus uestri, ut probetis, quæ sit uoluntas Dei, bona & beneplacens & perfecta; cum tamen sensus in dies antiquentur, maximè in his qui malunt ad vitam ingredi cæcos & claudos, quàm duos oculos habentes mitti in gehennam ignis.*

35. Item dicitur, *Qui cibatur inimicum suum, carbones ignis ingerit super caput eius; ex quo sequitur quod potius damnum illi quàm commodum tali cibatione erogat, & proinde abstinendum esse ab ea.*

36. Decimotertiò cap. 13. dicitur obediendum esse sublimioribus potentatibus, eo quod potestas illorum à Deo est; cum tamen iniqui Principes potius diabolica videantur quàm diuina auctoritate pollere.

37. Item inibi monemur, *Induimini Dominum Iesum Christum, quasi nos Christum, & non po-*

tius Christus debuisset induere nos, iuxta id Isaia, *His omnibus* Isaia 49.18 *uelut amictu uestieris.*

Decimoquartò cap. 14. per totum damnat eos qui inuicem se iudicant in delectu ciborum, asserens nullum nulli esse vetitum cibum, nisi illi tantum, qui ex conscientia erronea putat aliquem esse sibi interdictum. Neque ciborum causa aut prætextu vexandos à fratribus, perdendosve esse Christianos, pro quibus Christus mortuus est. Quæ tamen omnia militare videntur contra præcepta Ecclesiæ prohibentis carniem esum diebus quadragesimalibus, & similibus, & grauius puniētis horum præceptorum transgressores.

Decimoquintò cap. 15. promittitur Pauli profectio in Hispaniam, quæ tamen completa non est, ut scripsit Gelasius Papa apud Gratianum: cum dedecet Apostolum fidem fallere, maximè semel & iterum in rebus seriis datam.

Decimosextò caput decimū sextum salutationibus ad particulares personas Romæ commorantes plenum est; inter quas nulla ad Apostolorum Principem Petrum Romanorum Primatem inuenitur. Quod tamen inciuilitatis genus à tanto Apostolo alienum existimandum est.

CAPVT III.

*Ostenditur summa auctori-
tas epistolæ auctoritate
Ecclesiæ, & auctoris si-
mul, & argumento epi-
stolæ.*

41. **P**ARS nihilominus affirmatiua non à rumore tantum, sed ab ipsa Ecclesia Romana fidem irrefragabilem sumit. In catalogo enim librorum protocanonicorum (de quo totiens suprâ) ista quæ ad Romanos est computatur epistola. Et nullus hæcenus sana fide imbutus summæ auctoritati eius vel minimam suspicionem ingessit, sed ei tamquam orthodoxæ fidei omnes orthodoxi deferunt, genua curuant, & colla submitunt.

42. Auctoris etiam eius præstantia id planè conuincit. Eam siquidem Paulus dictauit, notauit & composuit, eiusque nomine ad Romanos missa & transmissa est, iuxta illa prioris capituli priora verba, *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei; quæd ante promiserat per Prophetas suos de filio suo.* His enim velut indice prodit se epistolæ authorem; à nomine dum dicit, *Paulus*, à professione dum ait, *seruus Iesu Christi*, à dignitate dum inquit, *vocatus Apostolus*, ab exercitio & munere dum profert, *segregatus in Euangelium Dei.* Quare nulli magis contigit dubitare de auctoritate

Rom. I. V. I.

huius epistolæ, deque authore eius, an fuerit Paulus, quam de operibus Salustij, aut Senecæ, an ab his auctoribus fuerint.

Cùm ergo à conuersione Paulus sacer fuerit ac canonicus scriptor, (aded vt dicat Hieronymus ad Paulinum, *Cur vocatur Paulus vas electionis? nempe quia legis & sanctarum Scripturarum armarium est;*) consequens est, vt eius scripta in his quæ tamquam de fide dictantur, canonica sint. Et maximè illa, quæ vt omnino authentica tota vniuersalis Ecclesia diu ac semper venerata est, inter quæ primam sibi vindicat sedem hæc ad Romanos epistola.

Hier. tom. 3. epist. 1.

44. Rursum eadem auctoritas comprobatur ex argumento & materia illius. Sanè antequam Paulus Romanis euangelizaret siue verbo, siue scripto, nescio qui pseudo-Apostoli improbe credentes, ac sentientes de Christo, legem seruandam docuerunt Romanos, quasi non esset in Christo salus plena, iuxta proœmium Ambrosij, & communem illū Bibliorum prologum apud Bedam & Glosam. Et iuxta quæ capite vltimo huius epistolæ Paulus hortatur, inquiens, *Rogo vos fratres vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in*

Rom. vlt. à num. 7.

bono, & simplices in malo. utpote quoddam illi pseudo-prædicatores malignè abutebantur bona Romanorum indole, ac docilitate ad imposturam eis in rebus fidei faciendam, & legis antiquæ virtutem ac necessitatem commendandam. Quæ ut disturbarer Paulus, & sanam doctrinam erigeret, insufficientiam legis, gratiæ autem per Christum præstantiam serió hinc sæpeque ostendere voluit. Hæc autem intemperate fidei dogmata perspicua sūt.

Inde alia huius conscribendæ epistolæ necessitas suborta est. Multi enim ex illis qui ex Iudaismo venerant, tantum legi deferebant antiquæ, ut existimarent Gentiles ad iustitiam fidei admitti nec debere, nec posse, nisi Iudaicis prius sacramentis initiarentur: utpote quoddam lex gratiæ non nisi meritis legis antiquæ dabatur. Cui tamen arrogantia multi ex his qui ad fidem Christi ex Gentilitate venerant alia non mitiori insolentia sese opponentes iactabant, quod potius propter legem naturæ, quam (vel ipso Paulo auctore) Gentiles seruauerunt, & propter Philosophiæ, quam ipsi profitebantur, aliarumque virtutum merita decora iustitia fidei erogabatur eis: & proinde Mosaicam legem nihil frugis eis afferre, aut momenti importare.

Hæc igitur deliramenta cum rescisset Paulus, (adhuc absens & multo loco distans: utriusque Cenchris Atheniensium portu) constituit utriusque gentis supercilium insolentissimum dam-

nare. Ostendens quoddam suapte ratione gratia est omnino donum gratuitum, pugnans cum merito, & maximè merito legis antiquæ, ex cuius occasione peccatum potius subintravit quam gratia. Et etiam cum merito Gentilium Philosophorum, qui licet Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & tandem in omne scelerum dedecus prolapsi fuerunt.

Id nos ex parte Augustinus docuit, dum ait, *De commendatione gratia maximè ad Romanos epistola loquitur. Ut inde se prædicatio eius velut à capite orbis toto orbe diffunderet.* Causam autem huius commendationis reddens, dixit, *Intentio Apostoli per totam epistolam ad Romanos est, ut de operum meritis nemo gloriatur, de quibus audebant Israelitæ gloriari, quod data sibi legi seruissent, & ex hoc Euangelicam gratiam tamquam debitum meritis suis percepissent, quia legi seruiebant. Unde nolebant eandem gratiam dari gentibus tamquam indignis, nisi Iudaica sacramenta susciperent.*

Contentionem autem inter Iudæos & Gentiles de præstantia meritorum ad iustitiæ fiduciam assertam legimus apud Glossam & Bedā, & effusè apud recetiores, præsertim Erasmodum Roterodamum in paraphrasi ad istam epistolam. Cum igitur scopus is omnimoda veritate colluceat; consequens est quoddam omnino canonicus sit, ac planè authenticus.

Rom. 2. 14.

46.

47.
Aug. t. 2. cp.
105. ad Six-
tum Presby-
terum.Aug. t. 4. lib.
1. ad Simpli-
cianum q. 2.

48.

CAPVT IV.

*Idem ostenditur ex doctrina
singulorum capitum ad
compendium redacta.*

49.

Tertio libet eandem authoritatem canonicam epistolæ ex ipsa singulorum capitum doctrina ad epitomem reducere. Sanè, ut habemus apud Ambrosium, Paulus 1. capite ut in primis Romanos redderet beneuolos, gratiam & pacem precatur eis, & desiderium aperit videndi eos, fidemque illorum commendat. Item ut reddat dociles manifestat sibi autoritate Dei iniunctum fuisse munus euangelizandi in salutem credentium. Tertio ut attentos efficiat, suæ prædicationis necessitatem insinuat, dicens, iram Dei reuelari in gentes quæ Deo neglecto ad idola se conuerterunt. Vnde traditæ sunt in reprobum sensum, adeò ut facerent quæ morte digna sunt, & facientibus assentirent.

Ambrosius
summ.ep.ad
Romanos.

50.

Capite autem secundo ne Iudæi Romæ agentes prætenderent se sub nulla damnatione esse iure legis antiquæ, quam professi fuerant, arguit eos acriter, dicens quòd licet sub lege requiescerent, per legem nihilominus Deum inhonorabant: adeò ut propter eos Dei nomen inter gentes blasphemaretur.

51.

Capite inde 3. licet obiectioni respondens dicat, quòd Iudæi gentes præcellunt, quia illis cre-

data sunt eloquia Dei; concludit quòd omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Et proinde quòd pro omnibus oportuit quòd Deus proponeret Christum propitiatorem per fidem.

52.

Capite 4. occasione sumpta ex præcedentibus fusè disputat de iustitia Abrahæ, & concludit eum non per circumcisionem, sed per fidem iustificatum: prout & nos speramus.

53.

Capite 5. constituit quòd Deo agenda sunt gratiæ, quòd sicut per Adæ delictum morimur, ita per Christi obedientiam iustificamur; non autem per legem veterem: quæ non solum non valuit abolere peccatum, verùm occasione auxit: tamen abundante peccato, superabundauit & gratia.

54.

Capite 6. quia in fine capitis quinti dixerat, *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia*, arguit: igitur manebimus in peccato ut gratia abundet? & respondet: Absit, quoniam si gratia in peccato abundauit, multo magis in operibus bonis, quibus nos (qui peccato mortui sumus) per Baptismum abundare in nouitate vitæ tenemur.

55.

Capite 7. ne ex dictis offendatur Iudæus, duo adstruit. Primum quòd veniente Christo legem antiquante Iudæus est liber ab ea, perinde ac vxor aditione sui viri præmortui. Secundum quòd lex peccatum auxit, non ex se, cum sancta sit, & iusta, sed ex peccato in carne regnante.

56.

Capite 8. statuit quòd propter insufficientiam & imbecillitatem

tem legis ad abolenda peccata, misit Deus filium suum in terras, ut damnaret in carne peccatum. Et ne quis putaret hoc ad salutem sufficere, subiunxit, *sed tamen compatimur*. Et ne quis naturæ imbecillitate se excusaret, subdidit, *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram*, tot ac tantis donis & muneribus, ut propter illa nos Deo perpetè adherere possimus & debeamus, ita ut nihil nos ab eo dimouere, ac diuellere queat.

37. Capite 9. ne Iudæus fidei prædicationem propter promissionem Patrum sibi soli vendicans Gentilem excluderet, ponit distinctionem de Israëlita in carne & in spiritu, testimonio filiorum Isaac, & Moyse & aliorum Prophetarum scripturis, insinuans Gentilem credentem esse Israëlitam in spiritu, & hanc prædicationem etiam ei conuenire.

38. Capite 10. continuando eundem sermonem capite præcedenti cœptum, concludit Deum omnium esse Dominum; nec distinguere inter Iudæum & Græcum: sed diuitem esse in omnibus inuocantibus eum.

39. Capite 11. cum Gentilis ad fidem Euangelij sit admissus, proponens dubium an Iudæus intelligatur exclusus, respondet, *absit*, afferens testimonium de se ipso, de Helia & David. Præmonet tamen gentes ut agnita Dei seueritate, curent ne & ipsi excidant. Quia si Deus naturalibus non pepercit ramis, multo minus parceret infertis.

40. Capite 12. obseruat ut fideles uiuant, se Deo exhibentes ho-

stiam: reformatur in nouitate sensus, & quòd quisque iuxta suam gratiam cauens malum adhæreat bono, nulli malum reddendo, sed habendo pacem cum omnibus.

61. Capite item 13. eandem uirgens commendationem præcipit ut singuli ordinatè uiuant, superioribus potestatibus obediendo, & omnibus debita præstando siue timoris, siue honoris, siue tributi, ut sic se quisque suæ conformet professioni, quam diei comparat ac luci.

62. Capite 14. item de cibis ueteri lege interdictis dirimit, asserens nullum cibum ut Dei creaturam immundum esse: & monens ut nemo in his fratrem iudicet, aut scandalum inferat, sed sic se gerat ut sistendus ante Christi tribunal ad reddendam rationem.

63. Capite 15. cœptum continuando sermonem concludit, unumquemque debere fratris ferre infirmitatem. Et excusat se si audacius scribere uisus fuerit; quandoquidem id Dei imperio factum est, à quo exorbitare non expedit. Et cum multas prædicatione impleuerit prouincias, scribit se Ierusalem nunc redire, ut ministret Sanctis: mox in professione Hispaniarum spondet se Romanos uisurum.

64. Capite 16. commendat Phœbem, salutat proprio nomine multos. Monet ut caueant à Pseudo-Apostolis. Precatur Romanis Euangelij fraternitatem & Dei gratiam. Hac summa capitulum. In quibus cum nihil omni-

no sit, cui summa ac sacra non debeatur fides, vt saltem ex obiectorum solutione patebit, consequens est quod totum epistolæ opus ex integro canonicum sit. Sed ad dirimendas obiectiones pergamus.

CAPUT V.

Respondetur primo argumento primi capituli, & ostenditur qualiter Christus secundum carnem dicatur agnitus & non agnitus à Paulo.

AD primum argumentum ex vana illa commentitiâque locorum Diui Pauli antinomia, qua Faustus abusus est, respondet Augustinus multa. Primum est quod Apostolus non vno tantum loco, sed pluribus, neque solus ipse, sed aliæ scripturæ apertissimè prædicant filium Dei ex semine Dauid factum fuisse hominem. Quando verò dixit, *Et si nouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus*, ea ipsa circumstantia scripturæ loci illius satis ostendit quid loquatur Apostolus. Suo quippe more vitam nostram futuram (quæ iam in ipso homine mediatore Iesu completa est) ita spe certa meditatur, tamquam iam adsit, præsensque teneatur: quæ vtique vita non erit secundum carnem, sicut Christi vita non est secundum carnem. Carnem namque hoc

loco non ipsam corporis nostri substantiam, quam Dominus etiam post resurrectionem suam carnem appellat, dicens, *Palpate & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*; sed corruptionem mortalitatemque carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nobis, sicut iam in Christo non est. Hanc enim propriè carnem nominabat, etiam cum de ipsa resurrectione satis euidenter loqueretur, & diceret, *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit*. Vnde sensus verborum est. Noueramus Christum secundum carnem, id est, secundum carnis mortalitatem, antequam resurgeret; sed nunc iam non nouimus: quia sicut idem dixit Apostolus, *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*.

Secundum est quod si Pauli verba accipienda essent secundum proprietatem sermonis, mendacium euidentissimum continerent: si enim Christus numquam fuit secundum carnem, quomodo potuit Paulus dicere, *Nouimus Christum secundum carnem*, nemo enim nouit quod non erat. Maximè cum Paulus non dixisset, *putauimus, sed nouimus Christum secundum carnem*.

Tertium est quod si Christus verè numquam habuit carnem, quia dixit Apostolus se iam non nosse Christum secundum carnem: consequens est, quod neque illi habuerint carnem, de-

65. Sententia Pauli.

Aug. lib. 11. contra Faustum c. 7.

1 Cor. 5. 16.

Lucæ 24. 39.

1. Cor. 15.

Rom. 6.

66.

1. Cor. 5. 16.

67.

2. Cor. 5. 16. quibus in eodem loco dixit, *Itaque nos neminem à modo nouimus secundum carnem.* Vt ergo verbum hoc non sic materialiter intelligendum est, quasi neget in hominibus Paulus substantiam carnis, & corporis, sed qualitatem corruptionis & mortalitatis per ordinem ad vitam futuram, quam aliquando habebunt in re, nunc autem in spe; ita & illud de carne Christi fruētis vita æterna à die resurrectionis eius. Hæc Augustini interpretatio diu antè à Cyrillo Alexandrino insinuata est, dum epistola ad Successum ex hoc Pauli elogio, *Etsi nouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam nouimus,* deducit quòd proprium Christi corpus omnia humana transcendit: id est, quòd factum est incorruptibile & viuificum, & gloria ineffabili illustratum.

Cyri. Alex.
ep. 1.

68. Eandem solutionem adhibent Chrysofomus & Theophylactus, qui sic rem istam versant. *Quid igitur, carnem deposuit Christus? Maxime. Nam quemadmodum assumptus est, sic etiam ueniet: assumptus est autem in carne & cum corpore. Quid igitur dicit? Quòd nos tunc quidem secundum carnem uiuere dicimur, quando in peccatis fuerimus: tuncque non secundum carnem uiuere, quādo peccatis nos non coinquinarimus. Christus autem secundum carnem uixisse dicitur, quando secundum naturales, inculpato tamen motu & affectiones, uixit, esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nunc autem non est secundum carnem, hoc est, ab his naturalibus & inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile*

Chrysof. &
Theoph.

& immortale corpus habens: ut omnino & nos abundè doceat ne uiuamus secundum carnem & peccabiliter, sed secundum spiritum. Hactenus Patres.

Theodoretus item subsignās Chrysofomo soluit sic. *Cum morie Domini mortem dissolutam esse didicerimus, nullum deinceps hominem mortalem esse scimus. Etsi enim ipse quoque Dominus habuit corpus patibile; tamen post passionem id à corruptione, interitu & morte alienum effecit.*

69.
Sententia
Theodoret.

Sic etiam respondet D. Thomas. Sed etiam respondet aliter notando cum Glossa quòd *ly si aliquando Christum secundum carnem cognouimus,* referatur ad statum Pauli ante conuersionem ad Christum. *ly autem, sed nunc iam non nouimus,* referatur ad statum eius post conuersionem. Et hoc posito dicit sensum elogij esse, ego & alij Iudæi infideles aliquando, id est, ante conuersionem meam cognouimus Christum secundum carnem, id est, secundum quod carnaliter opinati sumus de illo, scilicet eum esse tantum hominem, & quòd uenit tantum ad carnales obseruantias legis. *Sed iam, id est, postquam conuersus sum, non nouimus.* id est, hæc opinio cessauit, imò creditur quòd sit uerus Deus, & quòd non sit colendus per carnales obseruantias.

70.
D. Thoma.
D. Th. 2. 2.
Cor. 5. 16.
4.

Tertiam item subdit solutionem, inquiens: Potest aliter exponi, ut hoc quòd dicit, & *si cognouimus,* & dicat Apostolus in persona omnium Apostolorum Christi: & sic uidetur respondere uictimæ expositioni huius quòd dicitur,

71.

dicitur, *neminem cognouimus*. Unde sciendum est quod Augustinus exponens illud Ioan. 6. *Ex-pedit vobis ut ego vadam, si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos*, dicit quod hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amantes Christum afficiebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalem amicum; & sic non poterant eleuari ad spiritualem dilectionem, quæ etiam pro absentis multa facit pati. Vt ergo radicaretur in eis affectus spiritalis qui est ab Spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis Dominus, *Pax vobis*. Hoc ergo Apostolus in persona omnium discipulorum commemorans, dicit, & sic cognouimus, id est, & si adhæsimus Christo aliquando, secundum carnem, id est, secundum carnalem affectum; sed iam non nouimus, is affectus cessauit à nobis per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

71.

Vltimam, eamque perspicuam, solutionem adhibere possumus notando, quod Paulus non negauit se agnoscere Christum in carne, sed secundum carnem, id est, secundum vitam carnis. Hoc autem exploratissimum est. Per mortem siquidem suam exiit carnem, & licet per resurrectionem resumpserit eam, assumpsit tamen semotis imperfectionibus carnis: utpote qui resurrexit in dotibus gloriosi corporis, quæ longè absunt ab imperfectionibus carnis. Quare à resurrectionis momento vixit quidem in carne, & agnitus atque visus est in carne, at non secundum carnem: sed potius se-

cundum altiore ac nobiliorem vitam, vti que animæ glorificatæ, à qua dotes gloriæ in corpus descendunt.

Si autem obiicias quod sicut dixit Paulus de Christo num. 16. quod iam non agnoscebat Christum secundum carnem: ita eodem numero prædixerat, quod neminem agnoscebat secundum carnem. Constat autem quod non omnes viuunt vita glorificatæ animæ. Respondetur quod Paulus ex eo quod Christus pro omnibus mortuus est, atque resurrexit, intulit tria. Primum est quod eius morte omnes mortui sumus, & proinde quod carnem carnisque vitam cum eo exuimus, utpote quod eius mors fuit omnium mors. Secundum est quod resurrectione illius omnes ad nouam vitam translati sumus, utpote quod noua vita Christi, est noua vita omnibus. Tertium est quod cum vita hæc noua quam viuimus, sit vita Christi, necessarium est ut non nobis, sed Christo ipsi viuamus, quoniam vita ei debet inseruire, cuius potissimum est. Verba Pauli versu 14. ita habent. *Charitas enim Christi urget nos, estimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, ut & qui viuunt, non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit*. Post hæc autem subdit immediatè, *Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, sed nunc iam non nouimus*. id est, ex quo id mente cepimus, neminem nouimus, iudicamus aut contemplamur viuentem secundum carnem, sed secundum vi-

72.

2. Cor. 5. 14.

tam quam Christus nunc viuit, hoc est, secundum Spiritum, licet aliquando etiam secundum carnem vixerit. Per hoc autem non intellexit Paulus quod omnes viuant vitam gloriosam vt Christus; sed tantum vult quod viuant operantes opera vitæ gloriosæ digna, qualis iam diu est vita Christi.

74.

Ex his sequitur elogium hoc ex 2. Corinth. 5. non modò non patrocinari deliramentis Faustis, verùm illis reluctari obnixè: quoniam fundatur in articulo resurrectionis Christi, quæ necessariò importat carnem rediuam. Anima enim vt sic nec mori potest, nec resurgere: sed sicut tota ratio mortis in separatione animæ à corpore; sic tota ratio resurrectionis in vnione eorundem partium sita est.

CAPVT VI.

Respondetur secundo argumento primi capituli, & ostenditur quare Paulus obscurius aliquando loquutus fuerit, cum tamè illuminatissimus omnium extiterit?

75.

AD secundum argumentum primi capituli respondetur concedendo in primis miram per omnia fuisse sapiētiam Pauli: ad eò vt vel summus ipse Apostolorum Princeps Petrus eam vt planè cœlestem demiratus

sit, inquit: *Charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit.* Et Pauli eminentior discipulus & auditor Dionysius Areopagita vocat eum diuinum verè virum & communem solem. Nec sanè mirum. Tum quoniam doctiorum Doctor initiatus est, vtique Græcorum, qui sapientia præcellerant. Tum quoniam reuelata facie gloriam ipsam Domini speculabatur.

Dion. cap. 7
de diuinis
nominaibus2. Cor. 1.
18.

76.

Deinde concedo esse multa in epistolis Pauli intellectu admodum difficilia, etiam his qui ingenio atque litteris valent. Nam præter rerum altitudinem & sublimitatem, & præter sententiarum flosculos & figuras, id est, metonimias, reticentias, aposiopeses, emphases, & id genus similia, de quibus Sanctes Pagninus, quibus omnes sacræ litteræ abundant, & difficiliore redduntur; adhuc figuratus sermo Paulo frequentissimus est. Vti cum dixit ad Rom. 2. *Theaurizans tibi iram.* 2. Corinth. 3. *Littera occidit, spiritus autem viuificat.* & ad Galat. 3. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis,* de quibus Augustinus latè. Item & sermo parum perfectus & integer. Vti cum ad Rom. 7. dixit, *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.* & capite sequenti, *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Demum (vt alia quamplurima omittam suis dis-

Sanctes Pag.
Hagoge ad
litter. sacr.
17. & 28.Aug. lib. 5.
de doctr.
Christiana
c. 5. & 11.
Rom. 7. 1.

Rom. 8. 3.

cutienda sedibus) sermo peregrinus, & proinde parum notus, uti cum ad Rom. 14. dixit, *Alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet.* & ad Corinth. *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die.* Licet enim Paulus ad Græcos Græcè scriberet, quia tamen ipse Hebræus genere erat, Hebraico idiomate tinctus, sæpè in Græcè sermone maternam linguam sequutus hebraizabat, aut saltem nõ ita dilucidè explicabat. Quare Origenes non semel conqueritur Græcam Pauli dictionem esse perplexam (vt verbis Feuardenij vtar) hyperbatis obscuratam, & è Cilicum idiomate quædam parum Græca peregrinitate refertire.

Tertiò assero quòd licet Hieronymus aliqualem huius obscuritatis causam refudit in eo quòd Paulus minus exactè callebat Græcana linguam quam par erat, vt cõmodè profundos mysteriorum sèsus propalaret. Imò & aliquando vicia sermonis in Apostolo notat, veluti solœcismos, hyperbata, obsoleta, & alia huiusmodi. quibus fauere videtur Chrysostomus, dicens, *Erat ille homo Cilix coriarius & inops, imperitus externa disciplina.* Ego tamen (sub tantorum venia virorum) crediderim id prudentiæ potius ac sapientiæ, quam imperitiæ aut ignorantie abscribendum esse: quoniam in actis propter dicendi præstantiam Mercurius acclamatus est, & pro Mercurio habitus, licet ipse imperitum sermone se di-

xerit. Quod tamen intelligendum est prout ipse antè explicuerat, inquit, *Non veni in sublimitate sermonis. Et sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis.* id est, non me verborum architectum exhibeo, aut dicendi gloriam affecto, neque eloquentiæ phaleris hominum animos alligere tento, sed simplici & non fucata oratione salubriter eos etudio, & ad supernam patriam impello. Itaque sicut Christus perhibuit de seipso quòd extremum mundi diem ignorauerit, non quidem quasi verè nesciret: saltem enim, vt Athanasius monuit, omnia quæ finem antecedunt indicauit; sed quia expediens erat arcanam rem hanc aliis non aperire, etiamsi ipsi importunè perstreperent, (sed de his alibi:) ita Paulus se imperitum iactauit, non quia talis esset, sed quia doctrinam, quam prædicebat, concedebat, non elaboratus, sed simplex stilus.

Consilium autem Pauli in huiusmodi loquutionibus ad eò implicitis illud esse potuit, quòd Petrum mouit ad vtendum aliis quibus circuitio in suis verbis. Sanè apud Clementem Romanum ita Petrus discipulos alloquitur, *Nihil est difficilius fratres mei, quam de veritate apud permixti populi multitudinem disputare. Quod enim est, omnibus, vt est, dici non licet, propter eos qui malignè & insidiosè audiunt: fallere verò non expedit propter eos qui sincerè desiderant audire veritatem. Quid ergo faciet, cui ad indifferendum populum sermo est? Occulter*

T quod

Rom. 14. 5.

1. Cor. 14. 1.

Origen. 3. ad Rom. Feuarden. 5. lib. 3. Irenæi cap. 7.

77. Hier. epist. 151. ad Agastiam q. 10. Hier. 5. cap. 1. epist. ad Ephes.

Chryl. hom. 11. & 6. in 1. Corinth.

Actuum 14. 11.

1. Cor. 11. 6.

1. Cor. 11.

Athan. orat. 4. pro Athan.

78.

Clem. lib. 3. Recognitio. num.

quod verum est? Et quomodo instruet eos qui digni sunt? Propter hoc ego in plurimis circuitu quodam verbi usus sum. Idem etiam consilium impulit Christum ad loquendum totiens in parabolis, utique ut videntes non videant, & audientes non intelligant, iuxta quæ ipse perhibuit: loquutio enim parabolica obscura est, utpote ænigmatica. Propter quod dixit Marcus de Christo, sine parabolis autem non loquebatur. Non quidem quasi Christus in omnibus concionibus suis parabolas texeret: (contrarium enim constat ex historia Evangelica;) sed quia semper arcanum aliquod & reconditum intermiscibat (ut Beda Strabulque notarunt) & proinde multum à cognitione remotum.

Quod si obiiciamus cum D. Thoma duo quæ non leuiter videri videntur. Primum est Proverb. 4. *Doctrina prudentum facilis est.* Secundum est quod simplices ad quos scribebat Paulus ægrè, aut ne ægrè quidem epistolarum sensum assequerentur. Respondeo cum eodem. Ad primum quod fortè aliud est de doctrina, aliud de scriptura, quia præsentibus docendo se possunt opponere contradicentibus. Ad secundum quod Paulus mittebat epistolas discipulis qui illas exponebant; & ita vel rudiores quique illarum intelligentiam probè assequerentur, prout cuique opus erat. & facillimè sensum nanciscebantur.

Novem alias huius affectatæ difficultatis causas commentatur Salmeron, quæ apud illum

possunt videri; cum aliis quæ eiusdem Societatis accuratissimi expositores in proœmiis ad epistolas Pauli nouissimè subnotarunt.

CAPUT VII.

Respondetur tertio argumento primi capituli, & ostenditur numerus & ordo epistolarum Pauli, & quare epistola ad Romanos priorè locum obtineat, cum tempore nouior fuerit.

IN tertio argumento primi capituli illud in primis verum est, multa ex his quæ sub Pauli nomine circumferuntur scripta, notha & apocrypha esse. Utique liber inscriptus, Períodos Paulæ & Techlæ apud Hieronymum: liber inscriptus, Euangelium Pauli apud Gelasium in Decreto Gratiani, & apud Sozomenum; & liber de Ascensu Pauli, apud Epiphanium, & alij apud Origenem, Eusebium & alios: quos omnes reiecit semper tamquam supposititios & adulterinos Ecclesia, & tantum quatuordecim epistolas venerata est: ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philipenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Tessalonicenses duas, ad Timoth. duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam, quarum ordinem hîc at-
textemus.

81.
Libri sub Pauli nomine nothi & apocryphi.
Hier. lib. 1. contra Iovin. & de Script. Eccl. in Lucam.
Grat. d. 16. cap. 5. Romana. Sozom. lib. 7. hist. cap. 19.
Epiph. heret. aduersus Gnosticos. Orig. hom. 27. in Iocan. Euseb. lib. 1. hist. cap. 2.

Matth. 23. & Lucæ 2. 11. Marci 4. 11.

Marci 4. 34.

Beda & Strabus 5. Marci 4.

79. Difficultatibus occurritur. D. Th. 5. 2. Petri vltimo.

80. Salmeron hom. 9. 3. 1. Corinthi.

82.
Epistolarum
Pauli ordo.

Theod. præ-
fatione ad
epistolas
Pauli.

Verum item est quod episto-
la ad Romanos tempore alias
non præcedit; siquidem (rem
accuratissime discutiente Theo-
doreto) primò scripta fuit prima
ad Thessalonicenses, secundò se-
cunda ad eosdem, tertio prima
ad Corinthios, quarto secunda
ad eosdem, quinto prior ad Ti-
motheum, sexto epistola ad Ti-
tum, septimò epistola ad Ro-
manos, octauò epistola ad Ga-
latas, nonò epistola ad Philip-
penses, decimò epistola ad Ephe-
sios, undecimò epistola ad Co-
lossenses, duodecimò ad Phile-
monem, decimotertio ad He-
bræos, decimoquarto secunda
ad Timotheum. Non autem in-
ter se ordinem seruant magis
quàm Psalmi, quorum recentio-
res sæpè ob rationabilem cau-
sam antiquioribus præponuntur.
Itaque vera quidem & perspi-
cua hæc sunt.

83.
Illa ad Ro-
manos cur
primum lo-
cum obtineat.

D. Thom.
procem. ad
ep Pauli.

Illud autem falsum est quod
Ecclesia præfixerit aut prætule-
rit reliquis epistolis Pauli epi-
stolam ad Romanos tamquam
seniorem aut priorem tempore,
sed potius tamquam digniorem
& conducibiliorem ad munien-
dam reliquis viam. Sanè, vt D.
Thomas obseruat, epistolarum
Pauli materia & seges omnino
est gratia Christi. Quæ triplici-
ter considerari potest: vno modo
secundum quod est in ipso capi-
te, scilicet Christo, & sic com-
mendatur in epistola ad He-
bræos: alio modo secundum quod
est in membris principalibus
corporis mystici, & sic com-
mendatur in epistolis quæ sunt
ad Prælatos. Tertio modo secun-

dum quod est in ipso corpore
mystico, quod est Ecclesia, & sic
commendatur in epistolis quæ
mittuntur ad Gentiles.

Rursus tripliciter adhuc po-
test ipsamet gratia sumi. Vno
modo secundum se, & sic com-
mendatur in epistola ad Roma-
nos. Alio modo secundum quod
est in sacramentis gratiæ, & sic
commendatur in duabus episto-
lis ad Corinthios, in quarum
prima agitur de ipsis sacramen-
tis, in secunda autem de digni-
tate ministrorum: & in epistola
ad Galatas, in qua excluduntur
superflua sacramenta contra il-
los qui volebant vetera sacra-
menta nouis adiungere. Tertio
consideratur gratia Christi se-
cundum effectum veritatis, quem
in Ecclesia fecit, & de hoc agi-
tur in cæteris epistolis. Quia igi-
tur ordine doctrinæ prius agen-
dum est de gratia secundum se,
quàm prout in aliis, ideo episto-
la ad Romanos prior omnium
debeuit præfigi, tamquam quæ
contineret sermonem de gratia
secundum se.

Aliam etiam eiusdem præla-
tionis causam præmittit idem
D. Thomas, dicens, *Epistola ad Romanos præmittitur propter di-
gnitatem Romanorum qui aliis gen-
tibus dominiabantur; quia hic con-
futatur superbia quæ est initium om-
nis peccati, vt dicitur Ecclesiastici*
10. Quasi diceret, superbia re-
tunditur & humilitas in præ-
senti epistola commendatur,
quatenus à iustificationis merito
& à gratiæ impetratione opera
hominum reiciuntur. Humili-
tas autem primò vbiq; struen-

84.

85.

D. Th. vii s.

da & paranda est tamquam totius sanctitatis fundamentum, quod primò iaciendum est.

16. His subiicere placet eam quã Arias Mótanus causam ad idem reddit, inquit: Ea quæ ad Romanos scripta epistola est, ob id primo loco posita videtur, quòd vniuersam humanæ salutis rationem ad Iudæos & Gentiles, atque aded ad omne humanum genus pertinentem complectatur. Cæteræ epistolæ omnes huius communis rationis veluti capita varia exposita contineant. Conuenit primò hoc maximè, quippe cum omnium gentium imperium apud Romanos esset, necesse erat omnium hominum genera in illam urbem confluere, atque de Christianæ doctrinæ (illa tempestate perfermatæ) rationibus pro singulorum ingenii studiisque sentire, & existimare: quibus omnibus vno edito communi volumine breuiter satisfactum oporteret.

C A P V T V I I I.

Respondetur primo argumento secundi capitis, ex Romanorum 1. 4. Et ostenditur quid sit Christum prædestinari filium Dei secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.

17. **I**am pro solutionibus argumentorum secundi capitis,

oportet accingamur. Et in primis ad solutionem primi; in cuius sanè cardine plures difficultates vertuntur. Quarum prima est quo iure Christus dicatur prædestinatus ad esse filij Dei, cum prædestinatio sit ordinatio gratuita naturæ rationalis in suum vltimū finem: eo quòd est ordinatio eiusdem in suum vltimum bonum & terminum. Is autem beatitudo animæ, non autem diuina filiatio est. Nec valet dicere id intelligendum esse de prædestinatione nostra, non verò Christi, quæ omnino diuersa est. Non, inquam, valet, quoniam prædestinatio Christi est exemplar prædestinationis nostræ, non vtrumque, sed ex parte termini prædestinationis, iuxta D. Thomam. Cum ergo terminus prædestinationis nostræ sit beatitudo, consequens est, vt etiam terminus prædestinationis Christi sit beatitudo.

His argumentis Durandus conatur euincere Christum Dominum simpliciter & absolute prædestinatum esse ad gloriam animæ, ad esse autem filij Dei, non nisi secundum quid. Verùm fuisset propugnaculis debellari potest. Primò, quoniam esse filij Dei naturalis quid præstantius est gloriæ animæ, vt esse substantiale Dei esse accidentali creaturæ. Vnde D. Thomas dicit perfectiorem esse vnionem ad Deum secundum esse, quàm secundum operationem. Si ergo terminus prædestinationis cuiusque est summum & optimum bonum eius, sequitur quòd filiatio naturalis sit terminus prædestinatio.

Prima diff. cæteræ.

D. Th. 3. q. 24. a. 1.

38.

Duran. in 3. dist. 7. q. 5.

D. Th. 3. p. 2. 4. a. 1. ad 2.

Adoptionis Christi, non autem gloria animæ. Secundò, quia tam gloria, quam etiam gratia habitualis animæ non ex gratia contingit Christo, sed ex naturali resultantia hypostaticæ vnionis, velut passio pullulat ab essentia, vt colligitur ex D. Thoma. Ergo si prædestinatio est ordinatio gratuita, consequens est quòd prædestinatio Christi non sit ad gloriam animæ, quæ verè ipsi Christo debita est, non secus ac gratia habitualis. Neque obstat quòd ex D. Thoma obiicitur. Quoniam ipse in tantum asserit prædestinationem Christi fuisse exemplar prædestinationis nostræ, in quantum ipse prædestinatus ad filiationem naturalem est, nos verò ad filiationem adoptiuam, quæ est quædam participata similitudo filiationis naturalis. Vnde Rom. 8. *Quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui.* Ipse etiam dicit conformitatem hanc & similitudinem haberi hic imperfectè per gratiam, in patria verò perfectissimè per gloriam & visionem beatam. Quæ etiam appellatur filialis adoptio, iuxta id Rom. 8. *Ingemiscimus adoptionem filiorum Dei expectantes.*

Secunda autem eadèmq; potissima difficultas est, quare postquam dixit Paulus de Christo quòd factus erat ex semine David secundum carnem, subiicit de illo quòd prædestinatus est filius Dei in virtute: siquidem Christus secundum carnem idem est quòd Christus secundum quòd homo; Christus autem secundum quòd homo idem

est quòd suppositum Verbi, seu idem quòd filius Dei naturalis & consubstantialis subsistens in humanitate sibi hypostaticè vnita. Cùm ergo filio Dei sic in humanitate subsistenti, necessariò conueniat esse filium Dei naturalem, ita vt nec de potentia absoluta oppositum fieri possit, aut hoc impediri: consequens est quòd esse filij Dei naturalis non conueniat Christo ex gratia sui ex donatione gratuita: & proinde neque ex prædestinatione. Si quidem terminus prædestinationis id habet ex sua ratione vt ex gratuita donatione contingat prædestinato. Sanè si huius gratia nuper exclusimus ipsam gratiã & gloriam Christi à ratione termini prædestinationis eiusdem, quia illi erant debitæ; quanto magis filiationem diuinam siquidem non ad eò stricto vinculo ac nexu vt filiatio naturalis Dei illi sunt debitæ & vnitæ, hæc enim impediri non poterat, bene tamen illæ.

Huius difficultatis pondus & robur vt declinent aliqui confugiūt ad lectionem Græcorum, vtique Origenis, Chrysostomi, Theodoret, Theophylacti, Oecumenij, Cyrilli & Damasceni, & aliorum Latinorum, scilicet Tertulliani & Hieronymi: hi enim Patres non legunt *prædestinatus*, sed *destinatus*. & ex his Origenes & Hieronymus, ostendentes nõ posse legi *prædestinatus*, sed *destinatus*, quia prædestinatur id quòd nondum est, destinatur autem id quòd actu est. Christus autem ab æterno est, & adhuc de illo factus ex semine David

904

Oig. Chryf. Theodor. Theop. Oecumen. 5. id Pauli. Cyril. de re-cta fide ad Reginas. Damasc. 4. de fide c. 19. Tertul. ad uers. Praxea cap. 27. Hier. 5. cap. 1. epist. ad Ephes.

D. Th. 3. p. 9. 7. a. 13.

89. Secunda difficultas.

secundum carnem, agit in hoc versiculo Paulus. Destinatio autem cum non importet gratuitum aliquod beneficium, ut importat prædestinatio, rectè potuit prædicari de Christo homine respectu filiationis naturalis, quantuncumque hæc sit necessariò coniuncta cum vnione hypostatica. Præsertim quòd *destinatus* accipitur hinc ab eisdem Doctoribus pro eo quòd declaratus, demonstratus, & definitus: eo quòd in exemplari Græco est verbum *ὁμολογῶν*, quòd quia deductum à verbo *ὁμολογῆναι*, id est, declarare, significat idem quòd *definitus*, & proinde idem quòd *declaratus*, quia definitione omnia patefiunt. Quare etiam interpres Syrus vertit *agnitus*. Imò quamuis legendum esset *prædestinatus*, in idem prorsus vergeret, quia sicut *ly ὁμολογῶν* vertitur *destinatus*, id est, declaratus, ita *ly ἀπομολογῶν* verteretur *prædestinatus*, id est, præmonstratus. Quare Ambrosius qui legit *prædestinatus*, explicat & exponit *manifestatus*. & idem Erasmus.

At præterquam quòd ex Græcis Athanasius & Epiphanius, & ex Latinis Irenæus, Ambrosius & Augustinus cum communi Latinorum classe legunt *prædestinatus*, vel illud hanc lectionem commendat quòd vulgatus interpres illam retinuit. Ut autem habet Concilium Tridentinum editio Latina vulgata authentica est, & omnibus præferenda: neque in re lectio ista discordat ab alia. Quoniam prædestinare idem in præsentem sonat quòd animò præfigere & statuere. Cõ-

stat autem eiusdem significatio nis esse *ly statuere*. Nam si in aliquo discreparent, maxime in antecessione quam importat præpositio *præ*, ut Origenes & Hieronymus dicunt. At hæc antecessio satis est quòd sit respectu termini prædestinationis, non autem respectu obiecti, vel materiæ, hoc est, subiecti quòd prædestinatur. Qui enim tenerum, v. g. ab vxore suscepit filium, adhuc à die natalis eius potest prædestinare illum ad esse clericum, monachum, militem, &c. Seu, quòd idem est, destinare, definire, decernere, & ordinare illum ad hoc ut sit clericus, monachus, miles, &c. Quare verborum diuersitas sensum propositionis non diuersificat. Et idem est in casu quòd *ly prædestinatus* significaret hinc idem quòd præmonstratus, seu præcognitus: nam etiam *ly destinatus* significaret idem: quoniam quando destinare non est idem quòd mittere, ut in præsentem, sed idem quòd definire & decernere, idem est prædestinare, atque destinare: quoniam utrobique importatur antecessio ex parte agentis & ex parte actus ad terminum qui ex vi talis decreti postea futurus est.

Et idem rursus similiter esset in casu quòd prædestinare esset idem quòd præmonstrare & vulgare id quòd latebat: quoniam cum occulta reuelantur, præcedit reuelatio cognitionem; ideo enim sciuntur quia reuelantur, non autem econtra, & quia præcedit manifestatio, subsequitur cognitio. Vnde licet sit Christus

Ambros. 5. ad Rom. 1. Eras. in annotat. ad Rom. 1.

91. Athan. lib. 3. de assumpt. hominis.

Epiph. hæres. 34.

Iren. lib. 3. c. 28.

Ambros. & August. hæc & lib. de prædestin. SS. Trident. sessione 4.

ab aeterno filius Dei per aeternam generationem, quia tamen id non erat per incarnationem, neque tanti agnitus & habitus; ideo ex hoc ipso potuit praedestinari ut esset filius Dei, & ut agnosceretur talis praedestineretur ad ista. Quare non solum qui legunt *praedestinatus*, dicunt Christum praedestinatum fuisse ad esse filij Dei naturalis, sed etiam aliqui ex illis qui legunt, & contendunt esse legendum *destinatus*, ut Origenes & Hieronymus. Et non tantum illi qui legunt *destinatus*, verum aliqui ex illis qui legunt *praedestinatus*, ut Ambrosius & Toletus, exponunt de declaratione & manifestatione.

93.

Vtra autem lectio germanior sit, communis Theologorum consensus ostendit, quatenus ex hoc loco deducunt Christum praedestinatum fuisse filium Dei naturalem. quod etiam Concilium Toletanum XI. prius effecerat. Imo & ipsa ratio id valde roborat, propterea quod *ly* *οὐκ ἔστιν*, aut *οὐκ ἐστὶν*, licet interdum significet declarare, seu ostendere, numquam tamen apud litteras sacras, apud quas semper retinet significatum huius quod est definire, discernere, & constituere. Ut Actorum 2. *Hunc definito consilio & praescientia Dei traditum interemistis.* Et infra, *Qui constitutus à Deo est index vinorum & mortuorum.* Et licet apud litteras sacras numquam verba ista inueniantur accepta & reddita pro eo quod est praedestinare, satis tamen est quod apud illas significant idem quod definire &

statuere. Quoniam definire & statuere aliquid aliquando fiendum, & destinare aliquid ut aliquando fiat, idem est quod praedestinare. Vnde quoniam antecessio haec congruentius denotatur per *ly* *praedestinatus*, quam per *ly* *destinatus*, ideo argute & prudenter vulgatus interpret vertit praedestinatus potius quam destinatus, licet in re aequipolleant. Quare lectionum diuersitas non eleuat difficultatem rei, sed neque alleuat.

Alij aliter penè inexplicabilem nodum hunc dissoluere conantur, dicentes quod licet à parte rei hic homo Christus sit idem quod filius Dei, & vnum non sit prius alio, quia tamen ratione nostra prius intelligimus & apprehendimus rationem hominis in Christo, quam rationem filij Dei in humanitate; ideo Christus ut hic homo potuit praedestinari ut in humanitate assumpta esset filius Dei, & hoc sufficere ad rationem praedestinationis. Quia praedestinatio est actus intellectus, cuius est praescindere vnum ab alio, & considerare rationem prioris & posterioris in his quae ex natura rei sunt simul. ita Caietanus, Suarez & Vasquez.

Verumtamen cum praedestinatio sit actus prouidentiae supernaturalis, quo definitur & discernitur aliquid ex gratia in fauorem praedestinati, non apparet quare per supradictam suppositionem & praecisionem Christus homo possit dici praedestinatus ad esse filij Dei, cum cessante omni decreto gratuito

Theologi
in 3. d. 7. &
3. p. q. 24.
Concil. Tolet.
11. in
professione
fidei.

Caiet. 1. p. q.
24. a. 1.
Suarez &
Vasquez ibi
artic. 21.

95.

ex

ex parte Dei adhuc Christus homo necessariò esset, ac maneret filius Dei, vt modò manet, & est: ac proinde ex vi prædeterminationis non habet hic homo Christus esse, qualis nunc est, filius Dei.

96. Curiel 5. 3. p. D. Th. 9. 24. art. 2.

Neque sufficit si dicas cum sapientissimo Magistro Curiel longè aliam esse rationem filiationis diuinæ prout sic, à ratione eiusdem filiationis prout forma hypostatica aut subsistentia est, quia illa est familiaris & propria, hæc verò communis cum aliis personalitatibus: & proinde quoniam vnio humanitatis ad verbum fuit primò & per se sub ista ratione secunda, non autem sub prima, ideo potuit Christo subsistenti in humana natura gratuitò donari vt esset filius Dei, per hoc quòd filiatio, quæ antea erat vnita humanitati in ratione personalitatis, denuo vniretur eidem in ratione filiationis.

97.

Non, inquam, sufficit, quoniam licèt ratio filiationis vt sic, & ratio personalitatis vt sic distinguantur inter se. At personalitas Verbi formaliter est filiatio, & filiatio formaliter est personalitas, sicut licèt alia sit ratio subsistentis in natura diuina, & alia ratio filij Dei, nihilominus Verbum eatenus est subsistens in natura diuina, quatenus est filius Dei. Et eatenus est filius Dei naturalis substantialiter in natura humana, quatenus subsistit in illa. Non enim intelligitur alia vnio realis filiationis diuinæ cum humanitate, præter illam quæ dicitur hypostatica, id est,

præter illam qua humanitas à Deo assumpta est in vnitatem suppositi: aliàs duæ vniones reales substantiales adinuicem discrete inter humanitatem & Verbum essent concedendæ, ita vt sublata secunda posset prorsus subsistere prima, quod inauditum est. Igitur si facta vnione personalitatis diuinæ cum natura humana necessariò homo Christus inde resultans est filius Dei naturalis in humanitate: consequens est vt non ex gratia id talis homo obtinuerit, & proinde neque ex prædeterminatione. Sicut licèt alia sit in homine ratio animalitatis & rationalitatis, quia tamen in re sunt eadem realitas, atque sub eadem vnione, ideo ex quo datur alicui talis animalitas, necessariò datur eidem talis rationalitas, non autem liberè, aut ex gratia.

98.

Dicendum igitur est, in primis quòd verè Christus dicitur prædeterminatus ad esse filij Dei naturalis, quia verè id habet ex gratia, nimirum ex gratia vnionis, vnde dicitur prædeterminatus ad esse filij Dei per gratiã vnionis. Constat autem esse prædeterminationis terminum quidquid in prædeterminato est optimum, si tamen illi contingit ex gratia.

99.

Deinde huiusmodi gratiam potissimum factam esse humanitati Christi, vt pote quòd humanitas eius prædeterminata est ad vnionem hypostaticã cum Verbo, iuxta Augustinum, Magistrum sententiarum & alios apud Suarez & Vasquez. Et quidem non aliter, neque alio modo potest suppositum Verbi fieri filius

Aug. 5. lib. de prædest. 55. Mag. in 3. d. 10. Durandus ibi q. 3. Suarez 3. p. d. 50. sect. 4. Vasquez 3. p. d. 84. c. ultimo.

Dei

Dei naturalis in humana natura, nisi per hoc quod humanitas vniretur illi in vnitate suppositi: ac proinde nec prædestinari ad tale esse, nisi per hoc quod humanitas destinaretur ad talem vnionem, quæ destinatio dicitur prædestinatio à Patribus.

Vnde sicut Christus dicitur verè mortuus, non quidem ratione sui, sed ratione humanitatis suæ, cui contingit partium diuisio, & contigit de facto separatio adinuicem per triduum, ita per gratiam vnionis factam humanitati verè & propriè dicitur Christus prædestinatus: imò sicut Verbum Dei dicitur factum caro propter efficientiam carnis terminatæ hypostaticè à Verbo, ita poterit dici prædestinatum propter gratiam vnionis factam eidem, vt habet Suarez.

Dicendum tertio gratiam istam vnionis factam etiam fuisse (licet secundario & minus principaliter) Christo homini specificatiuè prout sic; quia vt sic quidquid suæ humanitati confertur, consequenter confertur illi. Si enim (vt ipse dixit) *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, consequens est vt longè magis fiat illi gratia quæ suæ humanitati facta est; maxime ista quæ redundat in bonum & eximium bonum ipsius subiecti: vti que in id quod est esse filium naturalem Dei per gratiam vnionis.

Neque obest quod Christus secundum quod homo inenitabiliter sit filius Dei, nam etiam humanitas vnita Verbo inenitabiliter infert huiusmodi filiationem, & nihilominus, quoniam

sic vniri est omnino ex gratia, & ideo & talem filiationem inferre est omnino ex gratia. Sicut quantumcūque effectus formalis sit inseparabilis à forma, vbi cūque communicatio formæ est ex gratia, etiam effectus est ex gratia. Vnde quia est opus diuinæ gratiæ quod Christus sit homo, & talis homo, & hic homo, & gratiæ quidem factæ ipsi homini prout sic; consequenter est opus gratiæ quidquid inde profus infertur, vti que esse filium Dei.

Quod si obiicias obiectum prædestinationis tempore debere præcedere terminum. Respondetur negando antecedens, nam satis est quod præcedat ratione, vt ex Caietano & aliis supra inductum est. Maxime quando prædestinatur ad esse substantiale & per se, quale est in Christo ratio filiationis diuinæ.

Quod si obiicias sequi ex hoc Christum potius prædestinatum fuisse ad hoc vt esset homo, quàm ad hoc vt esset filius Dei, quoniam hoc est quasi sequela & resultantia illius. Respondetur hoc esse finem, illud autem medium. Ideo enim Verbū factus est homo vt fieret filius naturalis Dei per gratiam, sicut de Iacob asserit D. Thomas; & de omnibus prædestinatis Suarez quod in rerū natura, generatione vel creatione facti sunt, vt fruere gloria essentiali. Quare vt eodem actu electionis diuinæ, quo efficaciter prædestinatum est, vt alij prædestinati bearentur, eodem virtualiter saltem decretum est vt crearentur; ita eodem actu quo decretum est futurum filium

100.

101.

102.

103.

103.

104.

D. Th. 1. 2. q. 23. a. 8.
Suarez 1. p. lib. 3. de prædestin. c. 7. num. 4.

filium Dei naturalem per gratiam, virtualiter decretum est tamquam medium vnicū quod Verbum fieret homo. Eodem etiam actu quo Verbum factum est homo, factum est etiam filius Dei naturalis per gratiam; vt eodem actu quo paries fit albus, fit etiam disgregatiua visus, non quidem per resultantiam physicam, sed per consequentiam logicam.

103.
Tertia difficultas.

Tertia difficultas est, quid sit secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Ad quam omissis interpretationibus eorum qui per *ly prædestinatus*, non aliud quam declaratus & manifestatus intelligunt, apud quos idem Christum esse prædestinatum in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri, atque fuisse declaratum filium Dei, primò virtute miraculorum; secundò quia dabat spiritum sanctificationis; tertio quia virtute propria resurrexit à mortuis non amplius moriturus, iuxta Chrylostomū. Seu declaratum filium Dei per virtutem, id est, potentiam à Spiritu sancto datam & communicatam hominibus & Apostolis, per quam signa & miracula efficacissima ediderūt, quibus illum esse filium Dei demonstrarunt, & id quidem post resurrectionem à mortuis, iuxta id Actorum 1. *Accipietis virtutem Spiritus sancti in vos; & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terre;* & Actorum 4. *Vir-*

tute magna reddebāt Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. & Lucæ 24. *Sedete hic donec induamini virtute ex alto.*

Quoniam de hac virtute dixit hic Paulus demonstratum esse filium Dei in virtute Spiritus sancti, seu sanctificationis, iuxta Theodoretum & Toletum.

Theodor.
Rom. 1.
Tolet. Rom.

Omissis igitur his satis plausibilibus declarationibus, ad eā, quam adhibent communis sententiæ opitulatores, præsertim D. Thomas, deueniendum est. Sanè D. Thomas enarrans locū istum dicit, *ly in virtute*, significare in præsentiarum id ipsum quod diuinitus. Non secus atque dum Apocalypsis 5. dicitur, *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem*; & sensum propositionis esse, Christum hominem prædestinatum esse à Deo vt esset filius Dei, non quidem adoptione, sed natura, non ex accidenti vt filius adoptiuus, sed ipsa substantia & essentia diuina atque filiatione naturali. *ly autem secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum*, dicit importare signum quo liquidò ostenditur, in Christo esse veram diuinitatis potentiam; vt pote quod ad solum Deum spectat immittere Spiritum sanctum in sanctificationem, quæ cœpit à resurrectione Christi: iuxta id Ioannis 7. *Nondum spiritus erat datus quia nondum erat Christus glorificatus*, id est, resuscitatus. Et subdit posse hæc designare duo alia signa virtutis in Christo: vtique incarnationem eius, pro qua Lucæ 1. Virgini dictum est, *Spi-*

1.
106.

D. Th. 5.
Rom. 1. 15.

3.

ritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et resurrectionem, quia non solum ipse resurrexit, sed plures alios secum in vitam reuocauit, iuxta id Matth. 27. *Multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.*

107.

Paulo etiam aliter possemus cum aliis hæc verba interpretari, dicendo, quod *ly in virtute*, idem est atque in potentia, seu cum potentia, quia Græca dictio *δυναμις* id sonat; vt patet ex illo 2. Corinth. 13. *Vinit ex virtute Dei.* Vbi in originali habetur *δυναμις*; & sensum esse Christum prædestinatum esse filium Dei, vt esset filius Dei potens æquali potestate cum Patre, vt sic sanctus ipse existens & sanctificans, communicaret nobis Spiritum suum, (quo in terris sanctificamur & instruimur) mortuosque in vitam congruenti tempore reuocaret. Quod dicitur, prædestinatus est, vt esset filius Dei ad vtendum potentia diuina in utilitatem nostram, vtique non creando mundum, sed iustificando suos, qui sunt in hoc mundo, & à mortuis reuocando eos tempore vniuersalis iudicij. Hi enim dicuntur & sunt mortui Iesu Christi. Videantur hic Adamus & Caietanus.

Adamus & Caietanus
ad Rom. 1.

CAPVT IX.

Respondetur primo argumento secundi capituli, quoad secundam partem

ex Romanorum 1. 14. & ostenditur quid sit Paulum fuisse debitore Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus.

Verba secundi elogij vt plenius intelligantur paulo altius repetenda sunt. Versu etenim 13. ita Paulus ad Romanos dixit, *Sapè proposui venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis.* Horum autem rationem vt redderet, subiecit versu 14. *Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus, debitor sum.* id est, vt exponit Syriacus, *Quoniam omni homini debitor sum ad prædicandum.*

108.

Rom. 1. 13.

Pro quo sciendum in primis cum Strabone Barbaros olim dictos eos, qui difficulter, asperè, ac duriter loquerentur, vt blæfos, balbósque dicimus. Vnde qui corruptè proferunt, dicuntur barbari, & inde barbarismus dicitur, corruptio litteræ in verbo prolato, aut scripto, iuxta Isidorum. Festus item ait quod barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. Adeo vt Plautus Næuium Poëtam Latinum barbarum dixerit. Et de se cum transferret fabulam ex Græco dixit, *Marcus Atinius vertit barbare.* Et addit, fortasse & tunc noster Apostolus se debitorem Græcis ac barbaris esse fatetur, id est, cunctis gentibus. Vnde proculdubio Seneca, *Nulla gens est, quam non instiget ira tam inter Græcos quam inter barbaros.*

109.
Barbari olim
941.
Strab. lib. 11.

Isidor. 1.
Etym. cap.
32.

Seneca lib.
3. de ira. 2.

110.
Ansel. 5. ad
Rom. 1.

Item Anselmus: *Græci duabus appellationibus omne genus hominum distinxerunt, dicentes unumquemque vel Græcum esse, vel barbarum. Nam quia ipsi Græci legibus vivebantur, omnes reliquos tamquam sine lege viventes barbaros appellarunt. Quibus similia sunt quæ habet S. Thomas, inquit, Barbarus dicitur dupliciter, uno modo secundum quid, quia scilicet est extraneus quoad aliquid, secundum illud 1. Cor. 14. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus. Alio modo simpliciter, quia scilicet est extraneus a communitate hominum in quantum ratione non regitur. Vnde proprie barbari et dicuntur qui ratione non reguntur, secundum quod dictum est 2. Machabæorum 5. Ne ita ferociter ac barbarè feceris, id est, inhumanè. Et quia Græci fuerunt primi legum inventores, omnes Gentiles, qui humanis legibus reguntur, nominantur in presentia Græci. Vnde Glossa dicit: Barbari sunt qui sunt quasi exleges, quia scilicet neque Græci, neque Hebræi, neque Latini sunt.*

D. Th. 5. ad
Rom. 1. lect.

111.

Hier. sup. ad
Rom. 1.
Sapientes &
insipientes qui,
ex Hieron.
Anselmo, &
alii.

Adam. sup.
ad Rom. 1.

Sciendum secundò quòd Hieronymus per sapientes intelligit Græcos Philosophos: per insipientes autem eosdem quos barbaros appellavit, ita ut epexegetis in his Pauli verbis sit, quasi diceret Paulus, Græcos intelligo sapientes, barbaros verò insipientes, ut notat hic Adamus. Quam expositionem sequutus est Anselmus, qui etiam per sapientes intelligit iustos, & per insipientes peccatores. Quæ expositio coincidere videtur cum illa, quæ per sapientes intelligit quotquot dicendi facultate ac

linguæ volubilitate eminebant, siue essent Græci, siue Hebræi, siue Latini. Per insipientes verò eos qui dicendi peritiam non habebant, siue essent Philosophi, siue omni litterarum cognitione imbuti. Origenes autem, Chrysostomus, Ambrosius & Lyra per sapientes intelligunt omnes humana scientia, lege & Philosophia instructos & litteratos: per insipientes verò illiteratos omnes.

His consonat Haimo, dicens: *Sapientes vocat Hebræos & Græcos, à quibus omnis sapientia divina, & mundana philosophia exordium sumpsit: insipientes verò & barbaros alias gentes, siue sint Theutonici, Britones aliique indocti & sine litteris. Nam sicut ab Hebræis acceperunt Latini omnem divinam scripturam, ita à Græcis omnem philosophiam secularem.*

Sciendum denique quòd licet Paulus neque à Græcis, neque à Barbaris, neque à sapientibus, neque ab insipientibus nihil acceperat, aut ad magisterium illorum minus aptus & idoneus inueniretur; adhuc tamen ex æquo omnibus debitor erat, utique ex suscepto euangelizandi officio omnibus gentibus, iuxta id Actorum 9. *Vas electionis factus est mihi, ut portet nomen meum coram Regibus, & gentibus, & filiis Israël. Quare dicebat ipse, Ne mihi si non euangelizauero, utique aptè & ad captum audientium. Propter quod (ut Haimo notavit) sapientibus debitor erat, ut eis profunda & alta mysteria panderet; sicut ipse dixit alibi, Sapientiam loquimur inter perfectos.*

Orig. Chry.
sost. Amb.
Lyra super
ad Rom. 1.

112.
Haimo sup.
ad Rom. 1.

113.

1. Cor. 9.

Paulus sup.
tibus & insi-
piens quæ
modo debitor.

1. Cor. 9.

et os.

Stos. Insipientibus verò debitor erat vt secundum capacitatem illorum eis verbū administraret; quibus ipse dicebat: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.*

Sensus ergo verborum Pauli est, ob prædicandi opus mihi à Deo iniunctum non tantum his, aut illis, verum indiscriminatim omnibus hominibus illud debeo, siue ingenio cultis, siue incultis, siue morigeris, siue effrænis moribus, siue eruditis, siue rudibus, siue dicendi peritis, siue ineptis: siue iustis & piis, siue sceleratis & impiis. Quoniam Euangelij lumen ita ex æquo sapientibus & prudentibus, atque illiteratis & rudibus necessarium est. Et ideo in omnes diffundendum est; vt proinde Solis, Lunæ, terræ, maris, cœlique expansio cunctis ex æquo patet, quia cunctis ex æquo necessaria est. Vt hic monuit Chrysostomus, eo ductus sydere quoddam salutaria & vtilia omnibus debet esse obuia. Ex quo illud Senecæ, *Nec de malignitate naturæ queri possumus, quia nullius rei difficilis inuentio est, nisi cuius hic vnus inuenta fructus est inuenisse. Quidquid nos meliores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proximo posuit.*

Itaque Paulus omnium se debitorem profitetur, non quasi suo muneri imparem ob sapientum præstantiam & excellentiam, siue ob insipientum inertiam & hebetudinem; sed quia valde pressum & deuinctum se contemplabatur ad illud opere complendum in salutem omnium. Quo iure dixit, *Cum liber*

essem ex omnibus omnium miserum feci, vt plures lucrifaciam. Et ideo Dionysius nuncupauit eum communem solem, vtpote omnes tam proceres quam pauperes, tam eximios quam exiles & minimos, tam superum quam inferum illustrantem.

Dionysius de diuin. nomin.

CAPUT X.

Respondetur primo argumento secundi capitis, quoad tertiam partem ex Romanorum 1. 31. Ostenditur quomodo Philosophi cognoscentes iustitiam Dei, non propterea cognouerunt esse reos mortis qui grauissima scelera perpetrabant.

ELogium 3. vers. 31. deprauationis & corruptionis arguit non solum damnati authores, vt Erasmus, verum & Catholici, vt Caietanus, dicentes in Latinis codicibus additum esse illud verbum, *non intellexerunt*, & illud relatiuum, *qui*, eo quod in exemplaribus Græcis tantum habetur, *Qui cum iustitiam Dei cognouerint, (nempe) quod ij qui talia agunt digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed consentiant facientibus.* Et fauet Chrysostomus, Theophylactus & OEcumenius, qui ita legunt. Fauet etiam quod ex ipsorum Philosophorum scriptis apertissime constat

116.

Euangelium omnibus ex æquo necessarium est.

Chrysost. 3. ad Rom. 1.

Seneca 7. de beneficiis.

175.

Cor. 9. 19.

illos assequutos fuisse, quod interminabiles penè post mortem manebant impios, vt est videre in Platone atque in Virgilio. Fa- uet denique quod videtur im- plicatorium quòd agnoscentes iustitiam Dei, non agnoscerent quòd fontes punit.

Nihilominus lectionem La- tinam vulgatam, quæ ita habet, *Qui cum iustitiam Dei cognouif- sent, non intellexerunt quòd qui ta- lia agunt digni sunt morte, non so- lum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Hanc igitur lectionem Latini Patres agno- scunt & amplectuntur, vtique Cyprianus, Ambrosius, Hiero- nymus, Augustinus, Sedulius, Beda, Saluianus, Hefychius, & Symmachus Papa. Et iure qui- dem, quoniam secundum lectionem Græcam vituperabilius est consentire flagitia committen- tibus, quam illa committere: se- cundum Latinam verò e contra. Constat autem minus malum esse consentire, id est, non impe- dire flagitia, quam illa re ipsa perpetrare. Illud enim tantum arguit socordiam & incuriam in permittente, istud autem affe- ctum prauum in perpetrante.

Neque obstat in primis di- uersitas lectionis Græcæ: nam li- cèt etiam in Syriacis exemplari- bus retineatur, adhuc in Græcis varia & ambigua inuenitur, dum Origenes aliter legit quàm Chry- sostomus. Quare OEcumenius huius rei iudicium committit lectori. Sed adhuc vtriusque lit- teræ idem sensus est, si (vt ani- maduertit Erasmus) per interro- gationem legamus negatiuè: quia

tunc indicatur fieri non posse quin Philosophi illud agnoscen- tes istud quoque intellexerint.

Neque obest rursus quòd Philosophi mente assequuti fue- rint, nullum peccatum impunè dimittendum, iuxta illud Plato- nis, *Nullus omnino unquam ob- vllum peccatum impunis dimitte- tur.* & alibi, *Prout vnusquisque in tota vita bene vel malè gessit, laudè aut vituperationem consequetur.* Et clarius lib. 34. qui est Gorgias 8. & de Rhetor. 256. *Extabat autem lex de hominibus & semper & nunc extat, vt quicumque homines iuste pieque vitam egissent, cum è vita migrarent, in omni felicitate uiue- rent: qui verò iniuste impièque vi- xissent, in punitionis iustique suppli- cy carcerem, quod appellant Tartarum, irent.* Item Virgilius incipit describere infernum maiorum teterrimum carcerem, dicens,

Vestibulum ante ipsum, primis- que in faucibus Orci Luctus, & ultrices posuere cubi- lia cure.

& infra versu 617.

Infelix Theseus, Phlegiasque miserrimus omnes Admonet, & magna testatur voce per umbras, Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos:

Vendidit hic auro patriam, Do- minumque potentem.

Item apud Homerum introduci- tur Iupiter in cõcione Deorum, dicens illis:

Ne qua igitur femina Dea, hoc neque aliquis mas Tentet rescindere meum mandatũ, Aut ipsum correctum proiciam in Tartarum obscurum.

Plat. dialog. 9. & 11. Virg. Ænei. 6.

117.

119.

Plat. dial. go 9.

Idem dial. go 8.

Cypr ep. 68. al. lib. 1. ep. 14.

Ambros. Hier. Sedulius & Beda sup. ad Rom. 1. Saluian. lib. 6. de prouid. Aug. in Psal. 17.

Hefych lib. 6. in Leuit. c. 20.

Sym. Apo- lóg. contra Anast. Imp.

Virg. Æn. 6. v. 27.

118.

Homer. Iliad. lib. 1.

Erasm. in annotat. s. c. 1. epist. ad Rom.

*Tantum sub inferno, quantum
coelum est a terra.*

& iuxta alia multa quæ multis prosequuntur multi. Quæ tamen dictis non obstant. Tum quoniam Plato non agnouit pœnas vltices in punitionem, sed in correptionem, dicente Seneca, *Plato ait, nemo prudens punit, quia peccator est, sed ne peccator.* Verba Platonis sunt, *Non enim mali inferendi causa supplicium est, quòd leges quidem instituerunt, sed è duobus alterum efficiat, vel meliorem, vel minus prauum, qui pœnas dedit.* Quæ etiam verba vsurpauit Lactantius de ira Dei. Et cõsequenter ad ea dixit Seneca quòd in omni animaduersione iudex non præterita, sed futura intueatur. Constat autem quòd iustitia Dei non tãtum ad exemplum, sed etiam ad interitum pœnas sumit: est enim non tantum correctiua, sed vindicatiua & punitiua, dicente Domino apud Matthæum, *Timere eum qui potest corpus & animam perdere in gehennam.* Tum quia æternæ mortis reatus latuit eos, de quo David, *Mors peccatorum pessima.* Tũ quia licet speculatiuè agnouerint iustitiam Dei: at non practicè. Ad illum quippe modum quo supra dixit, *Qui cum Deum agnouissent, non sicut Deum glorificauerunt & quo Ioannes, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est; & per hoc patet ad difficultatem, nihil enim implicationis in præsentia inuoluitur.*

Seneca 1. de
ira ad finē.

Plato 9. de
legibus.

Lactantius
de ira Dei c.
18.

Psal. 33.

Rom. 2.

CAPVT XI.

*Respondetur secundo argu-
mento secundi capituli,
quoad primam partem
ex Romanorum 2. 9. &
ostenditur quo sensu di-
cat Paulus quòd malos
comitentur angustia, bo-
nos verè gloria.*

Primum testimonium secun-
di argumenti communem,
eãque genuinam interpreta-
tionem sortitur. Intelligentus
enim est respectu alterius vitæ,
in qua malis erit fletus & stridor
dentium, quia ibunt in ignem
æternum, qui paratus est Diabo-
lo & Angelis eius: boni autem
in vitam æternam, vbi absterget
Deus omnem lachrymam, &
iam non erit amplius neque lu-
ctus, neque clamor, sed neque
vllus dolor, quoniam priora trã-
sierunt. Quare licet malis bene
plerumque feliciterque sit in
hac vita, bonis verò ecõtra acri-
ter & miserè: at in futura inuer-
sus fiet ordo, quia tunc mali ad
sinistram, boni autem ad dexte-
ram assumentur. Vnde epuloni
diuiti, cui affluenter in hac vita
bona euenerant, in alia vel gut-
ta aquæ denegata est, ad linien-
dam, quam in lingua patiebatur
conflagrationem: Lazaro au-
tem, qui ad portas diuitis iacue-
rat vlceribus plenus, & fame ex-
animatus, sinus Abrahamæ serua-

120.
*Vita alterius
conditio qua.
Matth. 8. 12.*

Apocalyp.
21. 4.

Matth. 25.
23.

tus, oblatuſ, & dedituſ eſt, & pro ratione differentiæ dictum quòd diues acceperat bona in vita ſua, Lazaruſ verò mala. Vnde dixit

Lucæ 16. 25. *Chriſtuſ, Væ vobis qui habetis in præſenti conſolationem veſtram;*
Lucæ 6. 21. & 24. *econtra verò, Beati qui nunc fle-*
121. *tis, quia ridebitis.*

Quòd autem hæc ſint de futura vita intelligenda, patet ex præcedentibus, quibus hæc dixit Pauluſ, *Exiſtimas ò homo quòd effugies iudiciuſ Dei? ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiem tuam & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera eiꝰ. Hiſ quidem, qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem querunt, vita æterna. Hiſ autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, ira & indignatio. Poſt quæ ſubdidit, inquit, *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominũ operantiſ malum. Gloria autem, honor & pax operanti bonum.* Ergo de futuro ſæculo intelligenda hæc ſunt.*

122. Sed (vt diſputationi campum non præcludamus) demuſ quòd de iſto ſæculo accipienda ſunt, vt accepit Auguſtinuſ in illud Pfal. 133. *Qui ſtat in domo Domini, in atriuſ domuſ Dei noſtri.* Sanè etiam ſic omnimodam perſpicuitatem retinent verba Pauli. Nam licèt controuerſia hæc de felicitate malorum in hac vita, atque de bonorum calamitate multoſ eòſque illuminatiſſimoſ viroſ valde torſerit, vtique Iobum, qui cap. 21. conuerſuſ ad

Deum dixit, *Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortati que diuitiis?* Item & Ieremiam, qui Ierem. 12. ſic alloquutuſ eſt Dominum, *Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibuſ qui præuariantur & impiè agunt? Plantaſti eoſ, & radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Aque etiam ipſum Dauid in argumento allatum, quem non tantum preſſit & anxioſ, difficultaſ eſt, verum diffidens ſibi dixit, *Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei.* Nec minus lacerauit eoſ de quibus apud Malachiam dixit Dominuſ, *Dixiſti: Vanuſ eſt qui ſeruit Deo, & quòd emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eiꝰ. Ergo nunc beatuſ dicimus arroganteſ: ſiquidem adificati ſunt facienteſ iniquitatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. Vtique quoniam videbant impiuſ fauſte atque feliciter; piuſ verò infauſte atque infeliciter omnia euenire. Cuiuſ gratia edixerant cap. 2. Malach. *Omnis qui facit malum bonuſ eſt in conſpectu Domini, & taleſ ei placent, aut certè ubi eſt Deus iudicij?* Quorum ſimilia obiecit Claudi-*

123. dianuſ, inquit:

Sed cum reſ hominum tanta caligine volui

Aſpicerem, lateſque diu florere nocenteſ,

Vexari que píoſ: ruruſ labefacta cadebat

Religio.

Alluſit enim ad illud Dauid, *Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſuſ mei, quia zelauſ ſuper iniquoſ, pacem peccatorum videns.*

Licèt

Aug. in Pfal.
133.

Pfal. 133.

Claud. in
Ruffinuſ
lib. 1. de
principio

Pfal. 121.

Malach. 3-14.

Malach. 2. 17.

Licet igitur querela vel con-
 trouersia hæc multos multum
 diuque torserit ; tamen quod
 adhuc in hac vita longè felicior
 atque expetibilior sit iustorum
 quam malorum conditio, vel il-
 lud præclare ostendit, quod, vt
 habetur Sapientiæ 17. *Timenda
 est nequitia dans testimonium con-
 demnationis, & tormentum præ-
 stans.* vtique timoris & anxietatis,
 qualem primi nostri parentes
 experti leguntur, dum audita
 Domini voce præ timore ab-
 conderunt se. Circa quod Chry-
 sostomus dixit, *Mox vt intrauit
 peccatum & preuaricatio, erube-
 scentia & tumultuatio inuasit eos,
 ad modum eius quæ Cain subierat,
 dum dicebat : Omnis qui inuenerit
 me, occidet me.* Circa quod inquit
 Ambrosius, *Euidens generalisque
 ratio, quia omni improbo mala ad-
 sunt, & affutura sunt ; quæ ad sunt,
 tristitiam operantur ; quæ futura,
 formidinem.* Vnde Seneca Tragi-
 cus in Hippolyto dixit, hæc eadem
 versans,

*Quid pœna presens ? Consciens
 mentis pavor,
 Animi que culpa plenus, & se-
 met timens.
 Scelus aliqua tutum : nulla secu-
 curum tulit.*

Quæ desumpta videntur ex illis
 Senecæ Philosophi epistola 97.
 quæ sic habent, *Tuta scelera esse,
 securæ non possunt.* Quare? quia pri-
 ma illa & maxima est, pœna pec-
 casse. Nec ullum scelus (licet illud
 fortuna exornet muneribus suis, li-
 cet meatur ac vindicet) impunitum
 est, quia sceleris in scelere supplicium
 est, sed nihilominus & hæc & illa
 ferunda pœna premunt ac sequun-

tur, *timere semper & expânescere,
 & securitati diffidere.* Et paucis in-
 teriectis : *Multos fortuna liberat
 pœna, metu neminem.* Quare? Quia
 infixa nobis eius rei auersatio est,
 quam natura damnauit. Ideo num-
 quam fides latendi fit etiam latenti-
 bus, quia coarguit illos conscientia,
 & eos sibi ostendit. Proprium autem
 est nocentium trepidare. Similia
 protulit Iuuenalis, dicens:

*Exemplo quocumque malum cõ-
 mititur, ipsi
 Displicet auctori, prima hæc est
 ultio, quod se
 Iudice, nemo nocens absoluitur,
 improba quamuis
 Gratia fallacis Prætoris vicerit
 urnam.*

& rursum,

*Cur tamen hos tu
 Euasisse putas, quos dixi con-
 scientia facti
 Mens habet auonitos, & surda
 verberè cedit
 Occultum quatiente animo torto-
 rore flagellum.*

Et Plato dixerat antea, *Pœnas
 flagitiosorum, & qui dederit, & qui
 non dederit, miser erit.* Certè quo-
 niam (vt Dominus per Ieremiã
 ad peccatores) *Arguet te malitia
 tua, & auersatio tua increpabit te.*
 Et quoniam (vt Paulus habet) *Rom. 2. 15.
 Conscientiæ testimonium perhibet
 unicuique cogitationibus inter se
 inuicem accusantibus.* Conscientia
 enim (vt habet Græcorum pro-
 loquium,) prauum animum ver-
 berat, imò lancinat, & vrit, & eo
 grauius, quia sine morte: vermis
 enim conscientia (dicente Do-
 mino) non extinguetur. Vnde
 Salustius, *Animus impurus Diis
 hominibusque infestus, neque uigi-*

123.
 Condicio ma-
 lorum qua.
 Sap. 17. 10.
 Gen. 3. 8.
 Chrystom.
 7. in Gen.
 Amb. lib. 2.
 de Cain &
 Abel cap.
 Seneca in
 Hippolyto
 1153.

Iuuen. Saty-
 ra 13.

124.
 Plato dialo-
 go 5. de le-
 gibus.
 Ierem. 2. 15.

Conscientia
 vbi.

Salust. in
 Catilinam.

lis neque quietibus sedari potest: ita conscientia mentem excitat, vastat. Imò & Dauid, *Multa flagella peccatoris.* Item & Iob. *Factus sum mihi metipsi gravis.* Hæc de conditione malorum.

De bonorum verò sorte Scriptura dicit, *Secura mens, quasi iuge conuiuium.* & , *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia.* Et Ioânes habet, *Charissimi, si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus apud Deum.* & Paulus, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.* & , *Fructus spiritus charitas, gaudium, pax, longanimitas.*

Inde inconcussi præcipiuntur & inueniuntur stare aduersum malorum quorumcumque colluuiem, iuxta id Prouerbiorum, *Ne timeas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo.* & Isaïæ, *Seruus meus es tu, ne timeas, quia ego tecum sum.* & alibi, *Quis tu ut timeas ab homine mortali.* & Jeremiæ, *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum.* Lucæ, *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.* & , *Vincula & carceres Ierosolymis me manent, (Paulus aiebat) sed nihil horum vereor.* Vtique quoniam (vt Ioânes habet) *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Et ad eò mittit, vt dicat Bernardus, *Nihil in hac vita incundius, nihil securius possidentur bona conscientia.* Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa tamen semper erit secura. & Ambrosius, *Tranquillitas conscientie, & securitas innocentiæ quæcumque mundus bona iudicat excellunt.* Optabilior ergo est con-

ditio iustorum, quàm prauorum hominum in hac vita.

Neque obstat quòd multæ sint tribulationes iustorum, vt habetur Psal. 33.1. Quoniam (vt Basilius inquit) è vestigio subiunctum est, & de omnibus his liberabit eos Dominus. & Paulus vbi dixit, *In omnibus tribulationem patimur;* subdidit, & *non angustiamur.* Et vbi Dominus dixit discipulis, *In mundo pressuram habebitis,* addidit, *sed confidite, quoniam ego vici mundum.* Secundo quoniam tribulationes istas non solum æquo animo, verùm libenti & hilari amplexantur iusti, iuxta illud Pauli, *Gloriamur in tribulationibus,* & ad Colossenses, *Gaudeo in passionibus pro vobis.* & ad Hebræos, *Vinctis cõpassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscetes vos habere meliorem & abundantiore substantiam.* & Actorum 5. *Ibant gaudentes à conspectu concilij.* Nec sanè mirum, quoniam, vt Seneca dixit, loquens de viro probò & bono, *Quietus placidusque contra irruentia attollitur; quia omnia aduersa exercitationes putat: & nullus est vir ad honesta erectus, qui laboris iusti appetens non sit, & ad pericula promptus.* *Mareet enim sine aduersario virtus.*

Quare autem mala hæc bonis, bona verò malis eueniant, non est mei muneris indagare, nedum aperire. Mihi enim fatis est ostendisse, quoniam melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas: eo quòd melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore

125.
Seri bonorum
qua.
Prou. 15.15.
Eccli 15.30.
1. Ioan. 3.21.

126.
Prou. 3.25.

Isaïæ 41.10.
Isaïæ 43.12.
Jerem. 1.8.
Lucæ 1.

Rom. 10.
24.
1. Ioan. 4.
18.

Bern. tract.
de cõscien-
tia.

Amb. 2. offi-
cior. c. 1.

127.

Psal. 33.1.

Basil. bon.
5. in Psal.
33.

Rom. 3.1.

Coloss. 2.4

Heb. 10.34

Actor. 5.41

Seneca de
prouid. c. 1.

128.

Ecli. 4. 6.

labore & afflictione animi. Unde canebat Daud, *Elegi abiectus esse in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Et quidem non solum exilia iustorum bona praestant eximia felicitati malorum, verum & ærumnæ illorum faustæ fauentique istorum fortunæ, utpote quod illos per multas tribulationes oportet intrare in regnū Dei, scientes quod non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, & quanto plus tormenti (ut Seneca habet) tanto plus gloriæ. Isti autem per lætam latamque deliciarum viam tēdunt in perditionem; cum tamen melius sit ad vitam intrare debilem, vel claudum, quam duas manus habentem mitti in gehennam ignis.

Seneca de prouid. c. 3.

Math. 18.

135.

Maximè quod, ut latè profequitur Plutarchus (in tractatu, Num improbitas sufficiat ad infelicitatem) *Improbitas ipsa omnis infelicitas est, que nullis machinis, nulloque apparatu, sed sola presentia animum, atque adeo totum hominem labefactat ac deiicit; denique metu, luctu, angore, & pœnitidine prorsus implet.* Hoc nimirum argumento quod videas complures dum magno cruciatu conscinduntur, silere, tolerare, vocem non emittere: ceterum animum improbi quamquam imperes quietem aut conticere, non tamen à metu miseria ullis persuasionibus retrahes, ut anxius ex pœnitidine non vociferet, capillos corripiat, ac pulset membra. Ita est improbitas ferro, aut igne quocumque violentior. Ac de honesto viro si fractus illabatur orbis, impavidum ferient

ruinæ. Unde Scriptura, *Fugit impius nemine persequente. Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.*

Prou. 18. 1.

Quod autem mala bonis eueniant, in causa præculdubio est, quod, ut notauit Chrysostomus, nemo est qui possit dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato, utpote quod septies in die cadit iustus. Quare non tantum ut exerceatur, verum ut corripiatur & repurgetur, indiget flagris, ærumnis & miseriis, ut vlcera ferro & igne, atque fame ac siti morbi, imò potionibus acidis & acerbis.

136.

Chryl. hom. 5. Lucæ 16.

Quod verò malis bona effluant, in causa est, quod, ut idem Chrysostomus notauit, nullus adeo malus est, cui honesti aliquid non insit. Retributionis ergo aliquid recipere æquum est, ut recepit Epulo diues ille, ad quem Abraham, *recepisti bona in vita tua.* Circa quæ Chrysostomus inquit non semel, *Hæc vox, recepisti, debiti cuiusdam significationem habet, quia etiam si qui sunt scelerosi, ad extremam improbitatis lineam deuecti, tamen frequenter aliqua bona sunt operati; ut iudex ille, de quo Dominus, quod licet improbis esset moribus, adeo ut neque timeret Deum, nec reueretur homines, precibus tamen impotuntis coactus viduā ab oppressoribus liberauit.* Videatur Seneca de prouidentia.

137.

Chryl. vbi 5.

Chryl. hom. 2. 3. Lucæ 16. hom. 3. de Lazaro & hom. 67. ad populo. Lucæ 18.

* * *

CAPVT XII.

*Respondetur secundo argu-
mento secundi capituli,
quoad secundam partem
ex Romanorum 2. 12. &
explicatur quid sit, Qui-
cūque sine lege pec-
cauerunt, sine lege
peribunt.*

Hoc testimonium Pauli nō procedit de omni lege: quoniam, vt bene argumentum probat, non contingit peccare nisi contra legem: sed procedit singulariter de lege externa positiua, quæ à Græcis appellatur νόμος. In originali enim habetur ἀνομος, id est, illegaliter, seu sine lege. ἵν' autem νόμος apud Homerum nusquam extat. Ex quo sequitur quod legislatio externa non admodum antiqua inter Græcos fuit. Et proinde quod qui ex illis tunc temporis peccarunt, sine lege peccarunt, hoc est, sine lege externa & positiua, quæ illorum actus & moderaretur & regeret. Præsertim quod Paulus hic nō de quacumque lege externa positiua, sed de diuina tantum illa, quæ Iudæis lata est, iuxta sententiam omnium: vel de illa antiqua & simul de nupera. Euangelij, vt vult Haimo, loquutus est. Sed quidquid sit de hoc, sensus genuinus verborū Pauli est, quod qui peccauerunt citra debitum obseruādi externam legem Dei,

peribunt quidem: at non vi aut iure talis legis, sed alterius, vtique naturalis, quam peccando fregerunt. At qui peccarunt contra externam hanc legem Dei, quam inuiolatā tenebantur seruare, tenore eius iudicabuntur.

Gravior tamen (quæ hic non paucos turbauit) difficultas est, circa discrimen assignatum à Paulo inter eos qui sine lege peccarunt, & inter eos qui in lege peccauerunt. Dixit enim de illis, *sine lege peribunt*; de istis autem, *per legem iudicabuntur*; quasi mitius cum istis quàm cum illis agendum sit; cum tamen grauior sit horum, quàm illorum culpa, vtpote quod plura plausibilia quæ iura fregerunt.

Quod autem minus sit iudicari quàm perire, dixit Hieronymus, qui inducens contra Pelagium locum istum exponit perditionem de pœna æterna, iudicium verò de tēporali, inquit, *Sine lege impius est, qui in æternum peribit. In lege peccator credens in Deum, qui per legem iudicabitur, sed non peribit.* Vbi corrigens sententiam Origenis, dicentis omnes creaturas rationales non in perpetuum, sed ad certum dumtaxat tempus fore cruciandas; ait id non de diabolis, nec de impiis, sed de peccatoribus tantum Christianis esse intelligendum. vtpote quod ij tantum si in peccato præuenti fuerint saluādi sunt, dicente Apostolo, *Quicumque sine lege peccauerunt*, (id est, ex leges, quales sunt pagani & impij, qui legem Dei non profitentur,) *sine lege peribunt*, vtique in æternum. *Et quicumque*

133.
Difficultas.

134.
Solutio.
Hier. lib. 1.
contra Pelagium c. 9.

Orig. hom. 3. in Leuiticū. & hom. 3. in Ezechielam.

in lege peccauerunt (vtique Dei quam professi sunt) *per legem iudicabuntur*; id est, mitius condemnabuntur; vtique supplicii finem aliquando habituris.

At nisi doctrinam hanc cum Mario Victore piè prudentèrque (vt par est) interpretari velimus de pœna purgatorij (quam soli subibunt Christiani, qui hîc non satis à peccatorum facibus purgati decedunt, & ibi intra certam temporis mensuram expurgabuntur) sustineri neutiquam potest; sed omnino repelli tamquam erronea in fide, vt notauit D. Thomas, & ante illum Augustinus. Quoniam etiam fideles impiè agentes, & in peccato mortali decedentes, æternis adiiicientur ignibus, iuxta illud Matthæi, *Ibunt qui mala egerunt in ignem æternum*. Reddet enim Deus vnicuique secundum opera sua, Iudæo primùm, & Græco, quia non est acceptio personarum apud Deum, vt docet hîc Paulus. Imò, vt edoceat, hoc oraculum (de quo nobis sermo) consultò inuexit.

Et sanè tantum abest vt mitius tolerabiliùsque futurum sit fidelibus impiis, quàm infidelibus, quòd potiùs, cæteris paribus, futurum sit acerbius & durius, vt pote potioribus ad honestè agendum obligationibus obstrictis. Ex quo illud Christi de Iudæis, *Tolerabilius erit Sodoma in die iudicij*. Nimirum, quia (vt ait Gregorius) *Cum augetur dona, rationes etiam crescunt domorum*. Quare ad Phariseos Dominus, *Vae vobis Scribæ & Pharisei, quia comeditis domos viduarum,*

orationes longas orantes. Propter hoc amplius accipietis iudicium.

Inde est quòd Anselmus noster enarrans locum istum dicit, quòd *ly sine lege peribunt*, significat idem atque mitius aut mitius periclitari. *ly autem per legem iudicabuntur*, importat idem atque grauiùs atrociùsque puniri: vt pote quòd *ly sine lege peccauerunt*, significat peccare sine transgressione legis; *ly autem in lege peccauerunt*, idem quod peccare transgrediendo latam legem.

Quòd si inquiras cur phrasi ista vsus fuit Paulus, cum posset apertius loqui, & palàm dicere: *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt*; qui autem in lege, peribunt in lege? Respondet D. Thomas quòd vtitur tali diuersitate in loquendo, quia (vt dixit Gregorius super id Iob, *Iudicium pauperibus tribuit*) *Quidam in futuro iudicio peribunt, sed non iudicabuntur*, id est, impij qui sunt sine fide & lege Dei: iuxta illud Psalmi, *Non resurget impij in iudicio*; quia scilicet non est locus disceptandi contra eum qui totaliter est alienus à Deo, secundum id Ioan. *Qui non credit, iam iudicatus est*. Alij verò qui lege & fide suscepta peccant, peribunt, quòd etiam iudicabuntur, quasi quadam disceptatione cum eis facta. Vnde apud Ezechielem dicitur, *Ego iudico inter pecus & pecus, arietem & hircorum. Sicut & Rex* (ait Gregorius) *hostes condemnat absque assuetudine, ciues autem cum diligenti audientia*. Responsum sanè lauro dignum. Quidquid perstrepat non itius ille D. Pauli

135.

D. Th. s. ad Rom. 2. Aug. Conc. 5. in Pf. 118. & de fide & operibus c. 23. Matth. 25.

136.

Matth. 10. Greg. hom. in Euang. Matth. 23.

137.

138.

D. Th. s. ad Rom. 2. lect. 2. Iob. 36. Greg. in moralib. ad locum Iobi.

Ioan. 3.

Ezech. 32.

Benedictus
Iustinianus.

interpres (doctissimus aliàs) qui ferens vel potius effutiens iudicium de isto commentario Gregorij, ita detonuit, *Tolerari utcumque potest, quod scribit alicubi Gregorius, Tolerari, & adhuc non omnino, sed tantum utcumque?* sententia eius cuius fides in rebus fidei, numquam contremuit; & cuius in hac parte laus D. Thomas obtexit. Bone Deus! sed certè extrinsecis sordibus numquam sol obsolescet. Pergamus ergo.

CAPUT XIII.

Respondetur secundo argumento secundi capituli, quoad tertiam partem ex Romanorum 2. 14. & explicatur locus, Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt.

139.

ELogium hoc duo continet quæ varios excitarunt tumultus. Primum est quid intelligat Paulus per *ly Gentes quæ legem non habent?* Secundum quæ fieri possit ut ea quæ legis sunt fiant ab hominibus naturaliter, cum adimpletio legis citra specialissimam gratiam Dei non possit contingere.

140.

Aug. lib. de
hæresibus c.
84.

Et quidem ab hoc secundo auspicientes (id enim res postulat ipsa) sciendum est ex Augustino fuisse unum ex Pelagij erroribus quod homines naturæ

viribus omni auxilio gratiæ destituti congruenter poterant uniuersam legem implere, dicente Paulo, *Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, id est, naturæ viribus citra omnem omnino gratiam, adhuc sine illa quæ in externa præceptorum propositione & intimatione sita est.*

Verumtamen errorem hunc diu multum est quod Mileuitanum Cécilium & Innocentius I. apud Augustinum, Concilium Arausicanum, Cælestinus primus suo & Innocentij atque Zozymi prædecessorum suorum nomine, & Augustinus tamquam pestilentissimam hæresim reiecerunt.

Imò & ipse Paulus hac eadem ad Romanos epistola cap. 8. n. 2. & 3. satis refellit, inquiens, *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis.* id est, quoniam propter carnales affectus ac defectus ex originali peccato prouenientes, debilis, inefficax in nobis ad consequutionem sui finis lex reddita est, ideo misit Deus filium suum ut gratia illius eam implere valeamus. Etenim caro nobis fuit in causa quo minus legem implemus, non propter carnis substantiam, sed propter peccatum, quod ipsam rebellem feci rationi, liberumque arbitrium ita debilitauit, ut citra Dei auxilium aduersantem carnem vincere non valeret. Vnde ad medendum

141.
Mileuitan.
Conc. can. 5.
Innocen. ep.
ad C6g. Mi-
leuitan.
Aug. ep. 93.
Conc. Araus.
can. vltim.
Cælestinus.
ep. ad Gallos
cap. 20.141.
Aug. lib. 1.
de pecc. me-
rit. & remi-
ss. cap. 5. & lib.
de natura &
gra. & epist.
89. q. 2. &
epist. 95. &
105. & 106.
& 110. &
144. & 200.

dum tantæ infirmitati opus fuit gratia per Christum, peccatum ipsum debellante & abolente, & mentis debilitatem roborante contra renitentiam carnis & fomitis. Et hoc est quod Paulus affirmat in prædicto elogio.

Inde est (vt notauit Bellarminus) quod Paulus Rom. 8. vocat legem diuinam moralem & naturalem, legem peccati & mortis. & 2. Corinth. 3. dicit litteram occidere. Vtique quoniam tantum habet iubere, non iuuare, cum natura nostra utroque indigeat, maximè post peccatum, ne corruat: confertur autem illi per Christum. Quare postquam dixit Paulus, *Virtus autem peccati lex*, utique quoniam peccatum maximè vires exerit per legem, id est, per occasionem legis ventantis, quatenus semper nos in vetita nitimur, cupimusque negata, vt habent Ambrosius, Anselmus, Theodoretus, Theophylactus & alij. Postquam igitur id præmisit, subiicit, *Gratia autem Deo qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum*. utique quatenus nobis per Christum sufficientes consulit vires ad seruanda præcepta.

Neque oppositum Paulus vel leuiter aliquando indicauit, maximè in oraculo nostro, vbi non de viribus ad agendum, sed ad agnoscendum morale bonum Apostolica percurrat oratio. Sanè cum in superioribus dixisset Paulus futurum honorem & gloriam omni operanti bonum tam Gentili, quam Iudæo, quia Deus non est acceptor personarum, & hanc operationem non

in eo quod est audire, sed in hoc quod est implere legem situm esse: pergit nunc ostendere quomodo Gentiles qui non extiterant legis auditores, (vtpote quod lex Dei scripta ad illos perlata non est) potuissent nihilominus extitisse factores? Hoc autem præstitit, inquit, *Gentes qua legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt faciunt*. id est, sine legis extrinsecæ adminiculo naturali lumine rationis internè monentis de agendis atque cauendis. Cõstat enim, quod etiam illi, quibus Deus non tulit scriptam legem, naturaliter tamen, id est, lege naturali & instinctu, planè assequerantur Deum esse colendum, parentes honorandos, & reliqua præcepta Decalogi, quæ Deus filiis Israël in tabulis exarata præstitit; reliquis verò hominibus per naturæ lumen & acumen agnoscenda & excogitanda reliquit. Vnde Paulus illico de solis Iudæis dixit, quod in lege requiescunt: vtpote quod (vt Theodoretus notauit) non opus habuerunt labore, aut defatigatione, aut discursu ad inquirendum quid factò opus erat: quoniam habebant legem docentem illos de omnibus.

Hanc autem esse Pauli mentem ipse aperuit, proximè subiiciens, *Eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum*. Opus enim legis est dictare quid rectum, quid obliquum, & sic dictando exigere agenda, & prohibere cauenda. Quorum vtrumque lex naturæ præstat

143.
Bellarm. lib.
de gratia
& lib. arb. c.

2. Cor. 15.

144.

143.

Legis opus
quod.

Chryf. hom.
5. ad Ro-
manos.

146.
Obiectio.

præstat in omnibus, adhibita ta-
men mentis cogitatione, & ra-
tione naturali, vt cum
Chryfostomo tam Græci quam
Latini interpretantur.

Quòd si obiicias longè aliud
esse facere ea quæ sunt legis, at-
que facienda cognoscere, & pro-
inde non esse idem naturaliter
facere quæ sunt legis, & natura-
liter cognoscere illa; cum tamen
Paulus illud hîc affirmet de gê-
nibus quæ legem non habent, &
illud indixerit, ad probandum
quod immediatè præmiserat, di-
cens, *Non enim auditores legis ius-
ti sunt apud Deum, sed factores le-
gis iustificabuntur.* Constat autem
quòd nò magis auditores quam
cognitores legis iustificantur
apud Deum, sed tantùm illi qui
verè eius factores sùt. Et proin-
de quòd *ly naturaliter quæ legis
sunt faciunt*, non est intelligen-
dum de naturali cognitione, sed
de executione & operatione
agendorum.

147.
Responsio.

Respondetur verum quidem
esse quòd *ly naturaliter quæ legis
sunt faciunt*, significat legis exe-
cutionem, at non per cognitio-
nem ex gratia, sed naturæ magi-
sterio adeptam; hoc est, non per
cognitionem gratuitò acceptā,
sed naturæ ductu habitam. Mens
enim Pauli est quòd ex duo-
bus requisitis ad præceptorum
moralium obseruationem, quo-
rum alterum est cognitio illo-
rum, alterum verò executio,
Iudæi vtrumque habuerunt do-
no Dei, Gentiles autem non nisi
secundum: quoniam primum
illud natura duce & magistra
omnino compararunt, vtpote

quòd ista cognitio potest simpli-
citer naturæ viribus haberi, li-
cèt non ita promptè ac perspi-
cùè, vt habetur per gratiam.
Quia autem cognitio quæ per
naturam est, & per conscien-
tiæ dictamen, fortius virget in
opus, mouétque affectus, quàm
quæ prorsus ab extrinseco est,
maximè si ad agendum præ-
paretur voluntas per gratiam;
ideo dixit Paulus naturaliter
fieri ea, ad quæ facienda con-
scientia instigat, & contra re-
luctantes inclamat, licèt gra-
tia Dei requiratur vt fiant. Ita-
que gentes quæ legem (vtique
scriptam, aut spiritualiter acce-
ptam,) non habuerunt, ea quæ
legis sunt, faciunt naturaliter,
non quidem quantum ad exe-
cutionem, sed quantum ad co-
gnitionem. De hac enim Pau-
lus loquebatur, vt deprimeret
supercilium Iudæorum, qui vanè
efferebant se aduersus Genti-
les, eo quòd illis solùm Deus le-
gem per scriptum tulisset. Nam
quòd Iudæo dictum est per le-
gem scriptam, non occides, non
fufaberis, Deum coles, &c. hoc
idem naturæ lumen Gentilibus
indicauit, vt constat ex bonis il-
lorum operationibus, quæ fieri
citra legis cognitionem non po-
terant, cum tamen scriptæ legis
nullam aliquando habuissent. Ex
quo sequitur quòd ducti sint le-
gis naturalis dictamine cordibus
infito.

Quòd si obiicias rursum per
originale peccatum non tantùm
fuisse contractum vulnus debi-
litate in voluntate, verùm &
ignorantiæ in intellectu, à quo
nisi

148.
Alia obiectio.

Aug. lib. Re-
tractat. c. 9.
& lib. 22. de
Civitate c.
22. ep. 105.
Conc. Mi-
leu. can. 4.
Conc. Arauf.
can. 9.

nisi per Christum nemo sanari potest, iuxta quæ expressè Augustinus docuit. Vnde ipse ait, *Nemo rectè sapit, rectè intelligit, nisi acceperit spiritum sapientia & intellectus.* Imò Concilium Mileuitanum dicit, *Donum Dei est scire & quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.* & Concilium Arausicanum, *Diuini est muneris cum rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus.*

nens aduersus Pelagium requiri ad singulos actus in nobis gratiam & adiutorium Dei, vt patet ex Augustino, atque ex codice eiusdem Concilij apud monasterium nostrum Cassinense, cuius iam exemplaria quamplurima vulgata extant. Respondetur vtriusque Concilij sanctionem intelligendam esse iuxta subiectam materiam, vtique de his quæ ad veram pietatem spectât, & ad salutem æternam pertinent, iuxta quæ idem Concilium præmisit, & Augustinus monuit.

Aug. ep. 106.
& 107.

Resp.

Conc. Arauf.
can. 7.

Aug. lib. 1.
de præd. SS.
c. 2. & lib. 6.
in Iul. c. 5.

151.

Difficultas.

Aliud (nec minoris operis dubium) est de quibusnam gentibus hæc Pauli procedat oratio; num. de Gætilibus prorsus ignorâtibus fidem legemque Christi? an de in fide Christi instructis & ad illam conuersis? Bellarminus enim priorem partem tamquam de communi mente Græcorum, vtique Chrysostomi, Theodoretii, Theophylacti & OEcumenij super ad Romanos 2. & auctoris imperfecti hom. 8. in Matthæum, atque Cypriani lib. 3. ad quæst. cap. 99. Hieronymi epistola ad Algasia quæst. 8. Haimonis in præsentii, Augustini concione 25. in Psalm. 118. D. Thomæ, Caietani, Soto hic, Driedonis lib. de Captiuitate & redit. generis humani, tractatu 4. cap. 2. parte 2. & Decani Louaniens. in defensione articuli de libero arbitrio. Eamque probat primò, quia in præsentiarum inducitur sermo de his qui sine lege peccauerunt, & qui non habent legem præter naturalem. quod verificari nequit de aliis

Bellar. 2. 5.
lib. 5. de gra-
tia & libero
arbitr. c. 2.

149.
Resp.

Respondetur quòd cum naturalia post peccatum manserint integra, vt habet axioma commune Theologorum: aut saltem non extincta, nihil obstat quòd manserint vulnerata. Quia ex hoc tantùm sequitur expedita & prompta non esse ad omnes operationes naturæ sibi cõuenientes, de quibus sunt intelligenda quæ induximus, non tamen præpedita ad omnes, & maxime ad eas quæ in cognitione consistunt. Etenim si naturæ lumine cuique mentis compoti constat fratrem esse honorandum, quî fieri potest vt agnoscens patrem suum adhuc nesciret illi à se esse honorem deferendum? & sic de similibus. Concilia ergo & Sancti loquuntur de toto vitæ statu, & aliquomodo de cognitione altioris status, per quod non tollitur, quòd tam voluntas quàm intellectus possint suis viribus aliqua bona attingere.

150.
Resps. alia
obiectis.
Conc. Arauf.
can. 21.

Quòd si demum obiicias Concilium Arausicanum diffiniens hominem non habere de suo nisi peccatum & mendacium. Item Concilium Palæstinum decer-

Gentes. pro in-
fidelibus.

quàm de Gentilibus omnino legem Christi nescientibus. Secundò, quia ly *Gentes* iuxta litterarum sacrarum vsurpationem frequenter pro infidelibus stat. Vt Matthæi 6. *Hæc omnia gentes inquirunt.* Lucæ 18. *Tradetur enim gentibus ad illudendum.* 1. Cor. 1. *Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Denique quoniam ly *naturaliter* stat pro rationis humane omnibus à natura indito, vt patet ex supradictis.

152.
Vasquez 1.2.
D. Th. disp.
99. c. 15. n.
344.

Gabriël autem Vasquez secundam partem amplexatur tamquàm de mente Origenis & Ambrosij hîc, Anselmi, Bedæ & D. Thomæ super ad Rom. 2. & 12. quæst. 109. art. 4. ad 1. Augustini libro de Spiritu & littera c. 27. Prosperii cap. 22. contra Collat. Fulgentij libro de incarnatione & gratia cap. 25. & tamquam nulli antiquiorum Patrum aduersantem, præterquam Cassiano collat. 3. cap. 2. Eamque fuse probat. Primò ex eo quòd ly *naturaliter quæ legis sunt faciunt*, non excludit gratiæ auxilium (vt patet ex dictis) & proinde non importat solum opus naturæ. Secundò quoniam Paulus elogium hoc induxit, vt ostenderet propositionem illam, quam præmiserat, *Factores legis iustificabuntur.* At sine fide Christi nemo iustificari potest apud Deum. Ergo.

153.
Solutio.

Harum tamen sententiarum vtraque pars sua probabilitate, & quidem eximia gaudet. Et in primis prior supposita communi sententia de eo quòd infideles possunt naturæ ductu & virtute aliqua bona opera facere. Etenim iuxta eam verum est istos

nullam præter naturalem legem habentes, ea quæ legis sunt facere: quia licet non faciant omnia, vtpote quòd difficiliora non faciunt, qualia sunt Deum super omnia diligere, non concupiscere, & similia; faciunt tamen aliqua quæ in lege faciliora sunt, vt honorare parentes, subuenire indigentibus; cauere furta, & cædes & similia, pro quibus illis respondent pax, honor & gloria, & iustificatio apud Deum, non quidem sanctitatis, sed indemnitatis: quatenus propter illa nullam condemnationem, sed potius iustificationem subibunt.

Vnde Hieronymus versans illud Ezechielis, *Ego dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra Egypti, & erit merces exercitus illius*, dicit, *Ex eo quòd Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, siquid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri.* Vnde & per Ieremiam Nabuchodonosor columba Dei appellatur, eo quòd aduersus populum peccatorem Dei seruiert voluntati. *Et adducam (inquit) seruum meum Nabuchodonosor. Ex quo perspicuum est condemnari nos comparatione Gentium, si illi lege faciunt naturali, quod nos scripta negligimus. De quo plenissime ad Romanos Paulus Apostolus disputat.* vtrique cap. 2. nam. 14. Ex quo sequitur Hieronymum in hanc sententiam venisse. Augustinus item ait, *Quia non vsque adeò in anima humana imago Dei (terrenorum affectuum labe) detrita est, merito dici potest, etiam in ipsa impietate vitæ suæ fa-*

154.
Super Eze-
chiel. 19.
Ezech. 19.Aug. lib. de
Spiritu &
lit. c. 28.

scire aliqua legis, vel sapere: si hoc est quod dictum est, Gentes que legem non habent, naturaliter ea que legis sunt faciunt.

Deinde secundæ sententiæ probabilitas conuincitur aperte per hoc quod Pauli propositum in hac parte erat, ostendere factores legis iustificari apud Deum. Quod tamen implicat sine fide mediatoris, per quem habemus accessum ad Patrem, dicente ipso, *Nemo venit ad Patrem nisi per me.*

Deinde quoniam (vt habet Augustinus) non videtur quod Paulus hinc alios sub nomine gentium significauerit, quam eos, quos nomine Græcorum antea significauerat, dicens, *Iudæo primum & Græco.* Ille autem Græcus est ille, pro quo capite 1. dictum est, *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco.* Ergo loquitur de Gentili credenti. Tertio quoniam in præsentia Paulus expressè distinguit inter Iudæos & Gentiles tamquam inter auditores & factores legis. Ergo sicut Iudæi erant auditores totius legis, ita Gentiles factores: aliàs etiam Iudæi deberent dici factores legis, siquidem faciebant aliqua illius. Si autem totam legem implebant, non poterant esse infideles, neque iniusti: nam qui totam legem seruat, iustus est. Demum quoniam dubium non est, quin in statu legis naturalis habuerint homines omnia requisita ad salutem, & quod in ea lege plures iustificati sunt, vt Abel, Melchisedech, Iethro, Iob, Naaman, Syrus, & alij, de quibus Salmeron. & tamen non

habuerunt vllam scriptam legem. Ergo de his & similibus erit intelligenda propositio Pauli: quia de his tantum verificari potest, vt sonat. At isti neque fide, neque gratia Christi caruerunt. Igitur de gentibus fidem Christi habentibus, & gratia Christi adiutis intelligendus est sermo Pauli.

Neque obstat quod in contrarium obiicitur, videlicet quod de habentibus fidem & legem Christi non potest verificari esse gentes quæ legem non habent. Quoniam legis nomine subintelligitur in præsentia illa quæ sensibus excipitur, vtique lex scripta, quæ erat propria Iudæorum, contra quos sermo instituitur in hac epistola. lex autem fidei scripta extrinsecus non est, sed velut lex naturæ cordibus per internum lumen fidei gratia & claritate insculpta: iuxta id Ieremiæ, *Dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum scribam eam.* vtique non atramento, sed spiritu Dei viui, quia gratia Dei & charitas eius diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Neque denique valet quod iustificari sonat hinc idem quod in aliquo se innocuum seruare. Quoniam hoc pacto etiam auditores legis iustificabuntur: quoniam opus præcepti est audire legem, in quo audiens iustificatur.

His tamen non obstantibus certò crediderim ego D. Paulum fuisse in præsentiarum indifferenter & indiscriminatim de

156.

Legis nomine quid in præsentia venias.

Ieremiæ 31.

2. Cor. 3. 5.

157. *Iustificantes.*

158.

155.

Aug. lib. de Spiritu & lit. 16.

Rom. 1.

gentibus loquutum, prout ipsa eius verba sonant. Omnibus enim illis est commune Gentilium nomen, & Gentiles esse, nullam scriptam & sensibilem legem habentes, atque etiam naturali rationis ductu facientes quæ legis sunt; utique multa vel aliqua ex his quæ naturalis ratio præscribit. Nullus enim Gentilium proiectus adeò ad omne nefas est, qui aliqua virtutis opera instigante conscientia non exerceat, quibus satis superque ostendunt, quòd ipsi sibi sunt lex, & quòd habent opus legis scriptum in frontibus suis, & in cordibus sculptum. Siquidem vtrò addicunt seipsum ad talia opera, nullo extrinsecus eos impellente pollicitatione præmij, aut pœnæ condemnatione, quæ sunt propria legis externæ quæ audienda proponitur, & intimatur. Et esto aliquis vel aliqui sic in malo obfirmati sint, ut nihil boni exercent, adhuc exceptio ista illam non tollit regulam: quia exceptio contingit ex accidenti ac secundum quid, illa verò est per se ac ex rei natura. quæ omnia perspicua sunt.

179.

Si autem aliquid obstaret, maximè quòd in præsentì loquitur Paulus de factoribus legis, qui iustificatur apud Deum; quod tamen intelligi non potest de Gètilibus indifferenter sumptis; sed vel de his qui totam legem seruant, ut habet secundam sententiam ad iustificationem absolutam sanctitatis; vel saltem aliqua eius ad iustificationem partialem indemnitate, ut ha-

bet prima. At re ipsa non loquitur constabit ex eo, quòd cum versu 10. & 11. duo proposuisset, videlicet futurum malum omni homini operanti malum: bonum autem operanti bonum, siue Iudæo, siue Gentili, quia non erat personarum acceptio apud Deum, perrexit versu 12. præfinire malum quod vtrique, si malè egerint, subibunt, inquiens: *Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Et mox ut explicaret per quid Iudæi peccarent in lege, in qua tamen mirum in modum gloriabantur, subdidit versu 13. *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Vtpote quòd non tantum peccat in lege qui renuit audire, & subesse illi, verum & qui auditam & amplexatam non seruat & opere exequitur.

Item ad explicandum quomodo qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt, subiicit rationem versu 14. dicens, *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturalitèr quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex.* Quasi diceret, licet gentes non habeant scriptam & sibi extrinsecus datam legem, præscribentem eis agenda bona, & mala cauenda: at non propterea omnino exleges sunt; nam intra se habent naturæ legem indicem cauendorum & agendorum: ut patet ex eo quòd solo naturæ impulsu & ductu faciunt ea, quæ legis sunt. Ex quo sequitur, quòd sicut contingit illis bonum sine lege scripta facere, ita & peccare sine lege

160.

lege

lege scripta. Et proinde veraciter esse dictum quod qui sine lege peccant, sine lege peribunt.

161.

Inde est quod Paulus nihil de iustificatione intulit, aut miscuit, sed tantam de insita secundum naturam lege, dicens, *Gentiles qua legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt faciunt. Eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, quo iudicabit Deus occulta hominum.* Vtique quoniam conscientia stabit pro his ante Deum qui bona fecerant: & etiam aduersus eos qui mala, tamquam regula naturalis eorum qua fieri, & qua caueri debuerunt. Itaque sensus est, Gentiles qui legem scriptam non habent, non propterea sine lege censendi sunt, habent enim legem naturalem, ut constat ex operibus qua solo rationis dictamine & praescripto fiunt. Ex quo sequitur quod adhuc peccare poterunt, etiam si non habeant talem legem, & proinde puniri sine illa. Reliqua qua Paulus subiecit ad Iudaeos dumtaxat spectant, tamquam ad preuaricatores legis scriptae, cuius seipso discipulos, auditores, atque etiam praedicatores gloriabantur.

quoad primam partem ex Romanorum 3.12. Et ostenditur quo iure dicatur, Non est qui faciat bonum, cum intra Ecclesiam tot extent viri sanctis

ELogium hoc desumptum est ex Psalmo 13. vbi dicitur, *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Quod licet habeat notas vniuersales, scilicet *ly omnes*, Hieronymus tamen Damaso scribens interpretatur illud indefinite pro pluribus; ut cum dicitur ad Philippenfes 2. *Omnes querunt qua sua sunt, non qua Iesu Christi;* id est, plures. Quia certum est quod saltem Apostoli de negotio Christi erant solliciti. Idem etiam habent Genebrardus, Iansenius & alij qui de solis Atheis intelligunt verba Psalmi propter prima illius verba qua habent, *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus,* id est, non est iudex & vindex malorum. Et fauet secundus versiculus, *corrupti sunt.* quod verbum impietatem & idololatriam sonat, iuxta scripturae mentem: ut patet 2. Paralipomenon, vbi dicitur de Iothan, *Et fecit rectum coram Domino, iuxta omnia qua fecit Ozias pater eius. Sed non est ingressus in templum Domini, & adhuc populus corrumpebatur.* Quod Septuaginta & Hieronymus vertunt, *delinquebat.* & Iudicum 2. *Rursus*

162. Psal. 13. 3.

Omnes, pro pluribus. Hier. epist. 146. & 3. c. 1. epist. ad Ephes.

Geneb. Iansen. 3. Psal. 13.

Corruptio pro impietate & idololatria.

2. Paralip. 17.

CAPVT XIV.

Respondetur tertio argumento secundi capituli,

corrumpebantur plusquam patres eorum, ut irent post Deos alienos, & colerent illos, & adorarent eos.

Aug. 16. de Civitate 6. 10.
 Fauct etiam Augustinus dicens intelligendum de filiis hominū, id est, de peccatoribus, non autem de filiis Dei, id est, de iustis, & proinde non vniuersaliter.

163.

Et potest iuuari hæc interpretatio. Primò ex eo quòd Paulus hæctenus non egerat nisi de Gentiliū Philosophis cap. 1. & de Iudæis præuaricatoribus c. 2. Secundò, quia verba quæ subiungit non possunt intelligi vniuersaliter de omnibus, vtique illa. *Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

164.

At generalem esse generalitèrque intelligendam de omnibus & singulis sententiam hanc Pauli vel ipse textus conuincit. Versu enim 9. habetur, *Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes esse sub peccato.* id est, causas iam retulimus, argumentisque ostendimus Iudæos pariter & Græcos omnes culpæ obnoxios esse: hoc autem dixerat Paulus vt satisfaceret cuidam difficultati, quam eodem versiculo præmiserat, dicens: *Quid ergo precellimus eos?* id est, Num nos Iudæi, quibus (vt præmissi) credita sunt eloquia Dei, sumus potiores Ethnicis, nec ne? Et respondet, nequaquam, vtique simpliciter & absolutè. Causam autem subiungens dicit, *Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccatis esse, sicut scriptum est, quia non*

Rom. 3. 9.

est iustus quisquam, omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Cùm ergo absolutè neget præstantiam inter Iudæos & Ethnicos propter cõmune omnibus peccatum, consequens est quòd vniuersaliter de omnibus loquutus fuerit: aliàs interrogationi suæ, aut non verè aut non aptè satisfactum esset. Adde quod infra ad idem subiecit, inquiens, *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Vt igitur hæc propositio vniuersaliter est accipienda, non autem determinatè pro aliquo determinato hominum genere, sequitur quòd etiam illa.

Rom. 3. 23.

Inde Hieronymus inquit de Christo Domino, *Opportuno tempore pro cunctis sanguinem fudit, quando omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt, non erat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum, vt pro omnibus gustaret mortem, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Ita Augustinus inquiens, *Omnes adstringit sermo diuinus, dicens: Omnes declinauerunt.*

165.

Hier. 5. 1. 2.

52.

Aug. tractu de opere barbarico 1. tom. 9.

Neque obstant argumenta in oppositum. Nam licet primus versiculus Psalmi intelligeretur de Atheis; at nõ præfigitur tamquam argumentum & scopus totius Psalmi, sed tamquam maiorum potissimū & extremum, ad quod tandem peruenit hominum insipientia. Præterquam quòd cū omnis qui peccat mortaliter auferat à Deo rationem vltimi finis, rectè potest dici insipiens, negans Deum in corde, vtique interpretatiuè & practi-

166.

ce.

et. Item illud de corruptione, licet aliquando pro idololatria accipiatur, at non semper, ut in Genesi, *Omnis quippe caro corruerat viam suam.* Ad primum enim respondetur quod sensum Paulus à potioribus & primoribus processit ad inferiores, & à Magistratibus ad populos. Minores enim maiorum exempla sequuntur. Vnde Seneca, *Nemo errat soli vni, sed dementiam spargit in proximos, accipitque inuicem, & ideo in singulis vitia plurimorum sunt: quia illa populis dedit cum facit quisquam peiorem peior facturus.* & alibi, *Inter causas malorum nostrorum est, quod vitiumus ad exempla.* Ad secundum item respondetur non opus esse quod in omnibus & singulis singula verificentur: sed satis est quod verificetur peccatum in cunctis, in singulis autem singula diuisione: utique aliqua illorum vitiorum in aliquibus, alia autem in aliis.

Huius sententiæ sunt Augustinus, seu quisquis author est libri de opere barbarico. Salmeron, Toletus, & reliqui recentiores expositores Pauli, Benedictus Iustinianus, Cornelius de Corneliis, & Guilielmus Ethnicus.

Ex his tamen duobus placitis per extremumque diffitis sententiis, prior apud sanctos Patres & antiquiores interpretes plausibilior est. Quoniam non tantum relati, verum & plures alij amplexantur illam, utique Theodoretus, Chrysostomus, Basilus, Hilarius, Ambrosius, D. Thomas, Glossa, Lyra, Caieta-

nis, Adamus. Etenim Theodoretus interpretatur sententiam istam cōtra Sennacherib Regem Assyriorum, qui 4. Reg. 18. & 19. execrationibus & sermonibus impiis contra Deum usus est, eiusque potentiam negauit. Chrysostomus de his qui Christum crucifixerunt. Basilus de Atheis & impiis Dei providentiam negantibus. Hilarius de pluralitate peccantium. Quoniam aliàs Abel placuit Deo, Seth probatus fuit, Noe reseruatus, Melchisedec sanctificatus, Abraham electus, Iacob Israël factus, Moses amicus, Iob inculpatus, Aaron Christus, Dauid secundum cor Dei, & Prophetæ spirituales viri effecti sūt. Idē habent Cassiodorus, & Ambrosius, qui extremus limitat huius propositionis sensum, dicens esse Scripturæ phrasim à parte nominare totum; uti cum ad Corinthios dicitur, *Vetera trāsierunt, ecce noua facio omnia.* & ad Colossenses, *In ipso complacuit reconciliari omnia in Christo.* Ioannis 12. *Omnia traham ad meipsum.* In quibus & similibus locis *omnia* non vniuersaliter, sed particulariter interpretatur.

Similiter D. Thomas refert hanc lectionem ad populum malorum, inter quos nullus est iustus, quia dicit esse Scripturæ consuetudinem quandoque loqui de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum: ut Jeremiæ 16. vbi dicitur, *Quod cum complexset Ieremias loqui omnia que precepit ei Dominus ut loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacer-*

Chrysost. in P sal. 51
Basil. in P sal. 13.
Hilar. in P sal. 52.

Cassiodorus in P sal. 13.
Ambr. lib. de vocat. gentium c. 2.

2. Cor. 1.
Colossens. 1.

168.
D. Th. Rom. 3. lect. 3.

Seneca ep. 21

Seneca ep. 21

167.

Theodor in P sal. 13.

cerdo

cerdotes & Propheta, & omnis populus, dicens, Morte moriatur. Et eadem habet glossa, & reliqui interpretes citati.

Et probatur ly omnes stare in præsentis non vniuersaliter pronuntiatis, sed determinatè pro aliquibus: quoniam eodem modo asseritur de omnibus non esse inter eos qui faciat bonum, atque omnes declinauerunt. At Paulus ipse cap. præcedenti num. 14. vel de Gentilibus dixit, quòd faciebant aliqua, quæ sunt legis, & proinde bona. Ergo.

169. Vnde Cyrillus adducens pro Cyril. vbi s. se versum illum, *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis, ait, Si enim nemo bonum facit, quomodo populus Dei est, qui ut cibus panis manducatur ab operantibus iniquitatem? Dei enim populum in bonitatis operationibus non ambiguum est permanere. Et comedunt operarij iniquitatis populum Dei ut cibus panis, qui Sanctorum iniurijs viuunt, quos vexatio Prophetarum, & vastatio Ecclesia, & omnis iniquitatis delectat operatio. Comedunt etiam illi ut cibus panis Dei populum, qui eum obrectationis morsu, & laniatu inuidia dilacerant, secundum illud Apostoli, si autem inuicem mordeatis, videre ne adinuicem consumamini.*

170.

Adde quòd si Paulus in præsentis sermonem habuisset de peccato originali, non dubium quin vniuersaliter loquutus esset. At non habuit nisi de actualibus, vt patet ex eo quod dicit, *Causati enim sumus Iudeos &*

Græcos omnes sub peccato esse. id est, rationabiliter ostendimus omnes sub peccato esse. At tantum egerat de actualibus Gentium in 1. cap. & de Iudæorum in 2. Ergo cum de solo originali verificare posset humanum infecisse genus; consequens est de illo non esse in præsentis sermonem.

Altera verò sententia licet minus celebris sit, videtur tamen solidior, imò & verior: quoniam apparet germanior viciniórque verbis Pauli. Sanè si aliquos tantum, non verò omnes & singulos complexus fuisset homines oraculo isto, iam qui extra huiusmodi labem essent, aut luem, præcellerent eos, qui illa infecti & contaminati erant, vt iusti præcellunt peccatores, puri impuros, & pij impios. Cum igitur absolute neget præcellentiam & præstantiam per ordinem ad sanctitatis iustitiam, eo quòd de omnibus absolute asserit sub peccato esse, vt neutri aduersus alterum sit elationis causa: consequens est quòd omnes, non autem aliquos tantum comprehensos voluit oraculo suo. Neque obstat quòd suam propositionem munierit autoritate Psalms, quam sancti Patres intelligendam volunt nõ vniuersaliter, sed limitatiuè. Quoniam, cæteris paribus, verior & congruentior verborum David interpretes est Paulus, quàm quiuis alius.

His tamen non obstantibus vtraque sententia hæc ad concordiam redigi potest, notando cum D. Thoma, vbi supra, aliud D. Thoma esse

Exodi ; 4.

esse loqui de hominibus secundum se, aliud autem ex diuina gratia, propter illud Exodi, *Dominus Dominus, qui auferens iniquitatem atque peccata, nullus apud te per se innocens est.* Unde secundum priorem considerationem omnes & singuli peccatores actualibus substant saltem, quia (vt Hilarius ait) nos ad id diuersarum affectionum motus impellunt, dum contumelia irascimur, dum damno mouemur, dum ira accendimur, dum metu perturbamur, dum amore flectimur, dum odio impellimur, dum amore afficimur, dum dolore stimulamur, dum iudicio desideramus, dum ætate mutamur. Cuius causa Micheæ 7. scriptum est, *Periit sanctus de terra, & iustus in hominibus non est.* & Ieremias 15. *Omnes nos sicut oves errauimus, unusquisque in viam suam declinauit.* Et Concilium Arausicanum definit hominem non habere de suo nisi peccatum & mendacium.

Conc. Arauf. an. 22.

173.

At ex gratia Dei plures semper fuerunt & sunt iusti, perfecti ac sancti, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt ambularent in illis, vt alibi Paulus ipse dixit. Quibus liquidò ostenditur, quòd secundum priorem acceptionem verba Pauli sunt vniuersaliter intelligenda, prout intelligit secunda sententia. Secus verò secundum posteriorem, prout habet prima. Nullus enim citra Dei gratiam iustus esse potest ac sanctus, sed omnes sunt peccatores. Ex gratia autem Dei multi iustificantur, reliquis cæno peccatorum suorum demer-

sis, vtpote naturalium perturbationum incentiuus, vt Cyprianus inquit de mutatis.

Quòd si obiicias id quod supra tactum est, videlicet Gentiles naturaliter fecisse ea quæ legis sunt, id est, aliqua bona opera, & proinde homines adhuc ex seipsis non profus inutiles esse, ita vt nemo inter illos versetur qui faciat bonum: atque ex consequenti propositionem Pauli non vniuersaliter intelligendam iri, adhuc secundum priorem considerationem. Respondetur ex Origene & cum D. Thoma & Lyra, per *ly bonum* intelligendum iri non quodlibet bonum honestum, cum etiam infideles aliqua bona opera exerceant, v.g. hospitem aliquando recipere, panem esurienti dare, nudum tegere, innocentem de manu potentis liberare, & similia; sed bonum perfectum conducens ad beatitudinis consequutionem: quia sicut id dicitur inutile quod non consequitur finem suum, ita illud bonum & vtile, quod ad finis consequutionem conducit, & illud nec vtile nec bonum, quod ad hoc opus non facit. Unde Dauid, *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad unum.* Et per hoc patet ad secundam partem argumenti, loquitur enim ibi Paulus de his qui sicut oportet credunt. Ij enim iusti sunt, & super omnes illos iustitia Dei est.

174. Obiectio.

Resp. Orig. lib. 3 s. ad Rom.

Pfal. 133.

CAPVT XV.

*Respondetur tertio argu-
mento secundi capituli,
quoad tertiam partem
ex Romanorum 3.27. &
ostenditur quomodo ope-
ribus legis aliquando as-
seratur, aliquando nege-
getur iustificatio.*

175.
Difficultas.

Rom. 2.13.

Iacob. 2.21.

Rom. 3.20.

Rom. 3.28.

Ad Galatas
2.16.

Ad Galat. 3.
11.

Act. 13.38.

176.

Aug. de Spi-
ritu & lit. c.

26. lib. 1. cō-
tra Iulianū,
lib. 83. q. 76.
& præfat. in
Psal. 31.

Non modicam testimonium hoc difficultatem continet, propter antinomiam, quæ ver-
sari videtur inter ipsamet Pauli
verba. Sanè cap. 2. dixit, factores
legis iustificari apud Deum. Chi
omnino suffragatur Iacobus, di-
cens, *Abraham pater noster nonne
ex operibus legis iustificatus est, of-
ferens Isaac filium suam super al-
tare?* isto autem Paulus capite di-
xit, *Ex operibus legis non iustifica-
tur omnis caro coram Deo.* & infra,
*Arbitramur iustificari hominem
per fidem sine operibus legis.* Idem-
que ad Galatas confirmat, di-
cens, *Scientes quòd non iustificatur
homo ex operibus legis, nisi per fi-
dem Iesu Christi. Nos in Christo
Iesu credimus, ut iustificemur ex
fide Christi.* & capite sequenti, *In
lege nemo iustificatur apud Deum.*
& in Actis, *Non potuistis in lege
Moysi iustificari.*

Cæterum litigium hoc pau-
cis Augustinus discussit variis in
locis, inquiens, quòd vbi adscri-
bitur iustificatio operibus, de
operibus factis ex fide & gratia

Christi sermo est, vbi verò ne-
gatur, sermo est de operibus fa-
ctis sine fide Christi & gratia
Dei. Quod ex hoc conuincitur
quòd scopus Pauli in hac episto-
la erat fidem Christi extollere,
& in omnium mentes inducere.
Iudæi enim licèt ante aduentum
Christi veram fidem illius simul
cum obseruatione legis præha-
buissent, vt horum ope ad iusti-
tiam se præpararent: at cum ve-
nit Christus, fidem illius repu-
diarunt, existimantes potius sibi
obesse quàm prodesse ad salu-
tem, quam solo exercitio ope-
rum legis assequuturos se arbi-
trabantur. Hanc igitur dementi-
am vt Paulus depelleret, dixit
nō iustificari hominem per ope-
ra legis. id est, præcisè per huius-
modi opera sine fide Christi pa-
trata, licèt alias dixisset verum
esse hominem iustificari ex ope-
ribus, vtique fide Christi factis,
qualia requirebantur per legem.
Est enim Scripturæ phrasis cau-
sis partialibus per se sumptis ne-
gare effectus, ad quorum produ-
ctionem prærequiruntur, si ta-
men ad illos non sufficiunt. v. g. Ioan. 6. 64.
Ioan. 6. *Spiritus est qui viuificat,
caro non prodest quidquam;* cum
tamen paulo antè dicatur, *Nisi Ioan. 6. 54
manducaueritis filij hominis car-
nem, & biberitis eius sanguinem,
non habebitis vitam in vobis.* & in-
fra, *Qui manducat meam carnem,
& bibit meum sanguinem, habet vi-
tam eternam.* vtique quoniam ca-
ro Christi sine eius diuinitate
non prodest, bene tamen cum
illa. Ita opera legis sine fide &
gratia Christi non iuuant ad iu-
stificationem; cum illa tamen
iuuant

iuvant dispositiue vt fiat, & factum iuvant meritorie vt au-
geatur.

*Iustificatioms
sumio.*

Rom. 3. 24.

Rom. 4. 5.

Nomine enim iustificationis aliquando designatur prima sanctitas, qua homo fit iustus, vt capite isto, *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu.* & cap. 4. *Credenti in eum qui iustificat impium.* Interdum autem primæ iustificationis augmētum, vt Apocalypsis 2. 2. *Qui iustus est, iustificatur adhuc.* Videatur Concilium Tridentinum sessione 6. cap. 10. & Augustinus in Psal. 31. sed de his plura cap. sequenti.

C A P V T X V I.

*Respondetur quarto argu-
mento secundi capitis,
ex Romanorum 4. 2. &
ostenditur quo iure apud
Paulum ita gratia cum
operibus pugnet, vt ius-
tificatio tribuatur fi-
dei, & negetur operi-
bus, & non sit gratia,
qua ex operibus est, cum
tamen opera requiran-
tur ad obtinendam, au-
gendam, & conferen-
dam gratiam in adultis.*

177.

Species huius nostri textus aliorumque similium prauè ac malignè intellecta improbos, cruentosque aduersus catholi-

cam fidem aduersarios peperit. Sanè rem narrante Irenæo apud Feuardentium libro de Hæreticorum fabulis, Simon ille Magnus & Valentinus etiam in eum errorem prolapsi fuerunt, vt crederent animarum salutem à fructu bonorum operum non pendere. Augustinus etiam pro deliramento isto retulit Eunomium hæreticum. Quorum hæresim licèt ferro & igne multis abhinc annis exciderint Ecclesiæ proceres, hæreticorum tamen virulenta progenies eam ab inferis reuocauit, & hodie proteruè apud Bellarminum defendit.

Iren. lib. 1. c. 20.
Feuard. n. 67. & c. 120. num. 7.

Aug. lib. de hæres. c. 5.

Lutherus & Caluinus.
Bellar. lib. 1. de iustificat. cap. 1.

178.

*Argumenta
aduersariorū.*

Argumento illis sunt. Tum nostri textus elogium ita habens: *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei verò qui non operatur, credenti in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.* Tum verbum illud capitis præcedentis, *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus.* & illis capitis 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia.* & demum illud ad Ephes. 2. *Gratia saluati estis per fidem, non ex operibus.* In quibus palàm ad iustificationis effectum fides sola admittitur, & opera reiiciuntur.

Rom. 3. 28.

Rom. 11. 16.

Ephes. 2. 8.

179.

Orig. lib. 3. s. Rom.

Hilar. can. 8. in Matth. Basil. hom. de humilit. Leo. ep. 7.

Et adiciunt aliqua sanctorum Patrum verba tamquam sibi apprimè opitulantia. Vide licet illa Origenis, Hilarij, Basilij, & Leonis, qui dicunt solam fidem catholicam sufficere ad

Ambros. ser. 43.
Chrys. hom. de fide & lege naturæ.

iustificationem, viuificare, & sanctificare nos. Et illa Ambrosij & Chrysoptomi attribuentium iustificationem boni latronis fidei qua credidit in Christum.

180.
Eph.

At licet catholica fides omnino necessaria sit ad salutem, quia sine fide impossibile est placere Deo, non tamen à sola fide iustificatio dependet: cum de timore etiam scriptum sit, *Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non potest iustificari.* & alibi, *Timor Domini fons vitæ.* Secundò de spe Prou. 28. *Qui sperat in Domino sanabitur.* & Hebr. 3. 6.

Timor.
Hebr. 11.

Eccli. 10.
Spe.

Christus tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spe tenemus. Vnde Christus Matth. 9. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* & Rom. 8. *Spe salui facti sumus.* Tertio de charitate ad Galat. 5. *Neque circumcisio aliquid valet, neque praputium, sed fides qua per dilectionem operatur.* vnde Lucæ 7. *Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Denique (vt alia omittamus) de pœnitentia

Pœnitentia.
Lucæ 13. 3.

Lucæ 13. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.* & cap. 24. *Oportebat pati Christum, & predicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum.*

Act. 13. 39.

Actorum 13. *Pœnitimini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* & cap. 11. *Ergo & gentibus pœnitentiam ad vitam dedit Deus?* Falsum ergo est à sola fide nostram dependere iustificationem ad salutem.

181.
Obiectionibus quibusdam accipiuntur.

Neque obstant testimonia Pauli, quoniam illis Apostolus nõ excludit omnino opera, alias

contradiceret Iacobo dicenti, *Nõne ex operibus iustificatus est?* & etiam excluderet actum fidei; cum tamen scriptum sit, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* & etiã actum charitatis, cum tamen dixerit ipse, *Et si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum.* imò & aperte sibi contradiceret, dicenti, *factores legis iustificabuntur.* Sed excludit opera quæ cum distinguuntur à fide, quæ vel non sunt fides ipsa, neque opus fidei, cuius est per dilectionem operati, & reliqua suo modo opera exequi; adeò vt propter hoc appellet illam Tridentinum humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis. Quod prius Origenes fecerat, dicens, *Prima salutis initia & ipsa fundamenta fides est.* & Augustinus: *Magnum opus, sed ex fide, laudo superedificationem operis, sed video fundamentum fidei: laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem.* Est enim fides radix boni operis conducentis ad salutem & animarum iustificationem, quatenus per illam excitamur ad sperandum, diligendum, pœnitendum, iuxta nuper ex Tridentino relata. Quare dixit Gregorius: *Si fides non prima in corde nostro gignatur, reliqua quæque esse bona non possunt.* id est, vtilia ad vitam.

1. Cor. 13.

Rom. 13.

Trid. vbi cap. 8.

Orig. lib. 4. 3. ad Rom.

Aug. in Psal. 31.

Gregor. 2. mor. c. 33.

182.
Iacobi 2. 14

Vnde fit vt fides quæ non habet opera dicatur mortua apud litteras sacras, non secus ac radix arboris non ferentis fructum: contra verò dicatur vana quæ cõducibiles ad suum finem opera.

operationes exercet, non secus atque radix arboris faciētis fructus suos. Quia igitur neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur, vt habet Apostolus, vel quia neque opera legis scriptæ, neque opera legis naturæ facta sub ductu legis aliquid apud Christum sunt, nisi tantum opera fidei operantis per charitatem, ideo Paulus reiicit extra opus iustificationis quidquid extra hanc fidem est. Sed quia extra hanc fidem non sunt, nisi tantum opera, quæ hæc fides non excitat, ideo tantum ista exclusa intelliguntur, non verò reliqua. Vnde Augustinus, *Homines non intelligentes quid sit iustificari hominem per fidem sine operibus, putauerunt sufficere fidem etiam si male viuat, & bona non habeat. Quod absit vt sentiret vas electionis.*

Etenim si operibus à fide non propagatis foret adscribenda salus, proculdubio non esset salus diuina, sed humana: vtpote quod prima diuinorum radix in nobis fides est. Cui (vt Tridentinum habet) accedunt charitas & spes, dicente Clemente Alexandrino, *Fides est, prima ad salutem inclinatio, post quam timor & spes & poenitentia.* Et consequenter reliquæ virtutes, per quas proximè operatur omnia, tamquam per formas & potentias operatrices, licet potissima forma viuificans fidem sit charitas: quoniam ab hac tantum sumit ordinem ad finem vltimum, secundum D. Thomam. Et sumit hunc ordinem non vtcumque, sed tam-

quam radix & initium diuinorum, in quo distinguitur à reliquis virtutibus, quarum est charitas forma secundum Gabrielem Vasquez. Salus igitur quæ à fide non procederet non esset diuina, & proinde neque à Deo magni habita.

Quare dixit Paulus quod si Abraham ex operibus iustificatus esset, non haberet gloriam apud Deum. Vtique quoniam licet iustificationes istæ apud homines plurimum valeant, non tamen apud Deum, apud quem ea quæ non sunt ex spiritu fidei per dilectionem operantis, nihil sunt. Si autem valerent, iam iustificationis gratiam non gratuito & ex libera condonatione, sed ex remuneratione conferret, vt ait Paulus, & proinde gratia non foret. Quoniam exhibitio rei propter merita operum præcedentium, independenter ab omni speciali gratia, non habet rationem donationis gratuita & liberalis, sed iustæ potius ac debitæ, rigorosissimæque retributionis. Vnde nec res ipsa iure isto præstita iustè possit appellari gratia, vt adhuc apud nos augmentum gratiæ collatum propter merita appellatur gratia: quoniam quæ ad meritum requiruntur, fundantur in gratuita donatione. Et per hoc patet ad omnia tam Scripturæ quam sanctorum Patrum elogia. Omnia enim intelligenda sunt de fide in omni sua amplitudine quæ per dilectionem operatur, & de operibus factis in spiritu fidei. Vt enim qui diceret solum Hispaniæ Regem occiduos de-

Vasquez 1.
2. dif. 110.
c. 6.

184

Galat. 3.

Aug. lib. de
grat. & lib.
arb. c. 7.

83.

Trid. vbi 5.
cap. 7.

Clemen. 2.
strom. c. vl-
timo.

D. Th. 2. 2. q.
1. 2. 3.

Bellar. lib. 1.
de iustificat.
cap. 25.
Vasquez 12.
disp. 210.
per 9. capi-
ta.

185.

bellasse Indos, non excluderet copias & exercitus suos, sed extraneos, ita in præfenti. Sed de his plura apud Bellarminum & Gabrielem Vasquez.

Sed obiicies: Ergo prima iustificatio non est ex gratia: siquidem est ex operibus procedentibus ex fide. Et, ut habet Paulus, operanti merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. At consequens est hæreticum, Ergo. Respondetur negando sequelam. Et ad probationem dico quod apud Paulum ille tantum vocatur operans, cuius operi ex iustitia debetur merces. Alias credenti ex fide diuina ex iustitia deberetur iustificatio secundum Paulum: quoniam credere etiam est opus ex fide secundum ipsum. Vnde quoniam opera quæ iustificationis gratiam præcedunt, non habent rationem meriti, sed tantum dispositionis præuiæ, ideo in sensu Pauli non sunt opera, neque illorum auctor in sensu Pauli est operans. Respectu autem augmenti prioris gratiæ aliter res se habet: quoniam actus procedentes à fide quæ per dilectionem operatur, sunt meritorij augmenti gratiæ, & proinde opera, atque adeo auctor illorum est operans. Ita quoniam apud Paulum idem est operans quod merces, idem opera quod merita, propterea excludit opera à prima iustificatione, & dicit quod si gratia esset ex operibus, iam non esset gratia, sed merces: licet aliàs plura ad iustificationem requirantur quam purum ac nudum credere. Videantur

Bellarminus & Vasquez.

Quod si obiicias id Luca 8. *Crede tantum, & salua eris.* Respondetur quod illo in loco non de iustificatione, sed de resurrectione filia Principis Archisynagogæ sermo erat.

Bellarmin.
Vasquez obi.
Luca 8. 30

CAPVT XVII.

Respondetur quarto argumento secundi capituli, quoad secundam partem ex Romanorum 4. 10. & explicatur quid sit fidem Abrahamæ reputatam esse ad iustitiam, non in circumcisione, sed in præputio: & tamen circumcisionem fuisse iustitiæ signaculum.

Dvo hic miscentur oracula: quorum primum pertinet ad versum 10. capituli 4. & secundum ad versum 11. eiusdem capituli ad Romanos. In primo enim agitur de statu, in quo erat Abraham, quando fides eius reputata est ad iustitiam. hoc enim significant verba textus quæ habent: *Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio?* id est, quando Abrahami fides reputata fuit ad iustitiam (dicitur enim Genesis 15. & refertur supra versu 3. ex Paulo) *credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam* Quando igitur Abrahami fides reputata fuit illi

186.

ad

ad iustitiam, erat ne circumcisus, aut præputiatus? & respõdetur, *Non in circumcissione, sed in præputio*, id est, præputiatus, seu prius quàm circumcissionem à Deo acciperet: utpote quod usque ad caput 17. Genesis nulla de circumcissione Abrahamæ mentio fit.

187.

Est autem notandum, Pauli consilium in hac parte respexisse illuc ut cunctis patefaceret, animarum salutem (quæ in remissione peccatorum consistit) numquam fuisse alligatam Iudæis, aut Iudæorum ritibus, sed etiam fuisse communem gentibus conuersis ad Deum. Et hoc probat ex eo, quod antequam Abraham circumcideretur, iustificationis gratiam accepit, & eius fides ad iustitiam reputata est.

188.

In secundo etiam elogio id ipsum roboratur. habet siquidem: *Et signum accepit circumcissionem, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio*. Sensus enim est, Abraham non ad iustitiam accepit circumcissionem, sed potius in signum atque in testimonium iustitiæ, quam recepit adhuc cum in præputio esset. Circumcisio enim licet principaliter fuisset instituta ad significandum fœdus, quod Deus pepigit cum Abraham ac eius posteritate circa aduentum filij sui in carne illorum, etiam significauit alia minus principaliter, utique distinctionem & discretionem filiorum Abrahamæ à reliquis gentibus; & ipsam iustitiam & sanctitatem, quam ex fide Abrahamus accepit, ut hinc no-

Gen 17.

tat Apostolus. Quare appellatur signaculum iustitiæ fidei, hoc est, (iuxta Chryostomum, Theodoretum, Augustinum & alios) sigillum: quia sicut sigillo muniuntur, quæ rata fieri desiderantur, sic Deus iustitiam Abrahami ratam apud se ac firmam esse sigillo circumcissionis ostendit, ut sic haberetur pater omnium credentium tam in præputio, quàm in circumcissione, iuxta quæ mox Paulus ipse subiicit.

189.

Graues hinc poterant quæstiones excitari. Prima quomodo Abraham non ad iustitiam, sed ad iustitiæ testimonium & signum accepit circumcissionem? cum constet obedientiæ actum quo se circumcissionis pressuræ subiicit, fuisse meritorium iustitiæ, utpote actus bonus & deliberatus hominis iusti. Secunda an circumcisio, si non ex virtute circumcissionis, saltem ex virtute passionis Christi, quam prefigurabat, & quatenus fide suscepta conferret gratiam iustificantem? Sed prior promptam ac præ manibus habet solutionem, in eo quod Paulus hinc non loquitur de circumcissione, ut erat actus obedientiæ, sed ut erat externa quædam ceremonia, signaculumque quoddam ex institutione diuina. Velut alij ritus Iudæici, de quibus eadem procederet difficultas, cum tamen ipsi prout tales ritus erant, gratiam iustificantem non præstabant. Secunda verò longiorem sermonem requirit, de quo, Deo dante, in epistola ad Galatas.

CAPVT XVIII.

Respondetur quarto argu-
mento secundi capitis,
quoad tertiam partem
ex Romanorum 4.25. Et
ostenditur quid sit Chri-
stum fuisse traditum pro-
pter peccata nostra, &
resurrexisse propter iu-
stificationem nostram.

190.

Isaia 53. 5.

Isaia 53. 6.

Rom. 8. 3. 2.

TEstimonium hoc perspicuū
atque omnibus peruiam in
priori parte veritatem continet:
vtique fuisse Christum in mor-
tem traditum propter delicta
nostra. Dixit enim Isaias, *Ipsē
enim vulneratus est propter iniqui-
tates nostras, attritus est propter
scelera nostra.* & infra, *Dominus
posuit in eo iniquitates omnium no-
strum.* & Paulus, *Proprio filio suo
non pepercit, sed pro nobis omnibus
tradidit illum.* vtique ad eluenda
peccata quæ contraximus atque
commisimus, & propter resar-
ciendas Deo iniurias nostris cri-
minibus illatas.

191.
Difficultas.

At in secunda parte valde im-
plexum est, quia nō facile appa-
ret, quomodo resurrectio Chri-
sti nostram potuerit resurrectio-
nem operari: cum nec meritoria
fuerit transacto termino vitæ ac
viæ, nec mors potuerit nostro-
rum criminum expiationē me-
reri, aut operari, quin & iusti-
ficationem promereretur & effi-

ceret. Vnde Petrus scripsit, de
Christo, *Peccata nostra ipse per-
tulit super lignum, vt peccatis mor-
tui iustitia vinamus.* & Paulus, *Christus semel oblatu-
s est ad multo-
rum exhaustiōem peccata.* Non
ergo reliquit resurrectioni suæ,
quid erga iustificationem nostrā
patraret, & proinde non videtur
resurrexisse Christum propter
iustificationem nostram.

1. Petri 2. 24.

Heb. 9. 28.

192.
Solutio.

Difficultas hæc multum mul-
tis negotium facessit, & quidem
operosum aded, vt eos compu-
lerit in varias sententias abire,
quas ego prolixum reputo re-
censere, contentus reuereri, ac
(vt par est) venerari, & meam
vel minimæ illarum per omnia
postponere. Mea autem senten-
tia fert, quodd hinc Paulus sibi ip-
si constans & consentiens allusio-
nem facit ad id, quod c. 1. v. 13.
de Christo prædixerat: nimirum
prædestinatum fuisse filium Dei
in virtute, secundum spiritum
sanctificationis ex resurrectione
mortuorum. hoc est, cum pote-
state & autoritate sanctifican-
di homines, omni quidem tem-
pore, sed potissimè postquam
resurrexisset, à mortuis, vt c. 9.
circa tertiam difficultatem ex-
plicui. Quare idem nunc est, *re-
surrexit propter iustificationem no-
stram*, atque ad iustificandos
nos, reddens & efficiens nos par-
ticipes abolitionis & expiatio-
nis peccatorum, quam morte
sua nobis promeritus fuerat.
Vnde primo ipso resurrectionis
die insufflando dedit discipulis
potestatem remittendi peccata,
inquiens: *Accipite Spiritum san-
ctum, quorum remisistis peccata,
remittuntur*

Ioan. 20.

remittuntur eis, id est, accipite potestatem absoluedi homines à peccatis, & proinde ad eos ministerialiter & instrumentaliter iustificandos. Quoniam peccatorum remissio iustificatio est, (vt habet D. Thomas) iustificatio autem infusio gratiæ quæ Spiritui sãcto tribuitur. Aded vt propter hoc communiter appellatur Spiritus sancti gratia, & interdum Spiritus sanctus, iuxta id Pauli, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. vtique quoniam fortiri sæpè solet nomen suæ causæ.

Itaque quoniam à resurrectionis tempore magnificè iustificationis gratia diffundenda erat, non verò antè, ideo dixit Paulus quoddam Christus surrexit propter iustificationem nostrã. Vnde apud Ioãnem dictum est, *Nondum erat Spiritus datus* (vtique vbertim & affluenter, ita vt de ventre credentium flumina aquæ viuæ fluerent) *quia nondum erat Christus glorificatus*. nimirum resurrectione sua, de qua ipse, *Oportebat pati Christum, & intra intrare in gloriam suam*, videlicet, resurrectione, quæ proinde appellatur gloriosa. Et ad hæc subdidit, *Sic oportuit Christum pati & resurgere à mortuis, & predicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes*. Quare ascensurus in cœlum dixit Apostolis, *Data est mihi omnis potestas. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. vtique quoniam prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctifica-

tionis ex resurrectione mortuorum, id est, prædestinatus est, vt non tantum esset filius Dei, sed cum virtute & potestate faciendi filios Dei medio sanctificationis, seu iustificationis dono vbertim diffundendo à resurrectionis articulo.

Inde patet ad argumenta opposita, concedimus enim resurrectionem Christi non per modum meriti iustificationem nostram operatam fuisse, sed per modum executionis, seu conditionis, sine qua non copiosus iustificationis fructus prouentusque perciperetur, quantumcumque passione sua Christus eum promeritus fuisset. Maxime quod licet Baptismus institutus fuerit à Christo ante suam mortem, vt patet Ioan. 3. 22. & 4. 2. vbi leguntur Apostoli baptizantes Baptismo Christi: tamen necessitas suscipiendi Baptismum non fuit indicta hominibus, vsque ad Christi resurrectionem, iuxta quæ habet D. D. Th. 3. 9. Thomas. Imò neque satis agnita eiusdem susceptionis utilitas, nedum satis hominibus propalata, vt ad eam homines ocyus percurrerent, sed propalanda erat Spiritus sancti aduentu supponente vel ipsam ascensionem Christi ad cœlos, nedum resurrectionem à mortuis, iuxta id Ioan. 16. 7. *Dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.*

CAPVT XIX.

Respondetur quinto argu-
mento secundi capituli,
quoad primam partem
ex Romanorum 5. 3. &
explicatur quo sensu ve-
rum sit quòd tribulatio
operatur patientiam, &
non potius iram.

195.

ARduam continet hoc elo-
gium Pauli prouinciã, quia
videtur pugnare, manúsque vel
cum communi quotidianoque
experimento conserere. Quis
enim aduersis, duris acerbisque
non impellitur, interturbatur, &
discrutiatur euentibus? Sanè vel
ipse patientissimus Iob qui ini-
uriis laceffitus aiebat, *Tedet ani-*
mam meam vita mea. Et Helias in
persequutione Iezabel, *Sufficit*
mihî Domine, tolle animam meam.
Imò & Paulus ipse qui 2. Co-
rinth. 1. inclamauit: *Supra modum*
grauati sumus, ita ut taderet nos
uiuere. Ac demum dicente Ber-
nardo, *Omnes patientiam laudant,*
sed tange montes & fumigabunt;
& illa de quibus in argumento
5. Pugnare ergo videtur Paulus
cum experimèto communi, imò
& sibi ipsi repugnare.

196.

Amb. 3. ad
Rom. 5.

Inde Ambrosius quasi rei dif-
ficultate compressus restringit
propositionem Pauli ad eos tan-
tum, qui firmo ac valenti animo
sunt. Inquit enim: *Hoc est tribu-*
lationem patientiam operari, si tri-

bulatio ipsa motum non patiatur in-
firmitatis, aut dubitationis. Sed
certè de hoc est controuersia,
quomodo scilicet tribulationi-
bus non debilitetur, sed solide-
tur potius ac firmetur noster sto-
machus? Nec valet dicere ser-
monem haberi de his qui glo-
riantur in tribulationibus. Nam
gloriatio hæc inde procedere di-
citur, quòd planè dignoscitur
tribulatione patientiam causari,
cùm potius impatientia videatur
à tribulationibus proficisci, vt-
pote quam iniquo omnes patiū-
tur stomacho.

Ideo nunc nobis aculeum ali-
ter euellunt communiter expo-
sitores, notando quòd tribulatio
non quidem effectiuè, sed occa-
sionaliter & materialiter patient-
tiam causat, quatenus tribulatio
est materia & occasio exercendi
patientie actum, ita D. Thomas. D. Th. 2. ad
Et pulchrè quidem, quia cùm Rom. 5. lect.
patientia diffiniatur sinistrè in-
gruentium calamitatum volun-
taria & sine querela perpeffio,
non potest alibi exerceri nisi vbi
tribulationes & aduersi casus ir-
ruunt. Et ideo effortunati euen-
tus patientiam eatenus causant,
quatenus patientie materiam
subministrant, & exercendi, seu
(vt habet Primasius) ostendendi
patientiam, ansam præbent &
suppeditant. sicuti de Tyrannis
dicitur quòd Martyribus coro-
nas præparant, quatenus exer-
cent illos in operibus corona
dignis.

At quoniam proprietates verbi,
Tribulatio patientiam operatur, ali-
quid amplius videtur exigere,
quàm materiae & occasionis ad
patientiam

197.

198.

patientiam subministrationem, ideo alij dicunt quòd tribulatio patientiam operatur, veluti artem citharizandi facit frequens citharizatio. ita Lyra. Et quidem etiam strenuè. Patientiam enim velut habitus repetitis actibus sensim paulatimque acquiri, author est Seneca, dicens, *Cogita compeditos primò agrè ferre onera, & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile.* Vnde Nazianzenus Theodoro Episcopo Tiamensi scribens ait, *Audio te contumelias grauiter molestèque ferre. Nec verò mirum est, te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatum nostrarum periculum fecisti, ad huiusmodi res animo discrutari.* vtpote quòd inexpertum acerba discrutiant, laboribus verò exercitatos non mouent, quia arumnarum assidua perpessio potius armat, quàm vulnerat mentem, & potius latam & pacatam, quàm incipientem aut turbulentam facit, dicente Poeta,

Crura sonant ferro, sed canit intro pes.

Præsertim si iudicium adsit tolerantiæ commoda perpendens adhuc pro leuamine mali. Ut enim Publius inquit, *Nihil tam exasperat feruorem vulnerū quàm ferendi impatientia. In agrestibus feris strictissima vincula si se excident, imprimuntur; si quiescunt laxantur.*

Vnde Chrysostronus hinc in exhortatione morali, *Quisquis per tribulationem euersus fuerit, multo magis patietur. Sed quomodo*

(*inquit*) *non potero tribulatus euerti? si cogitaueris quod infertur, siue velis siue nolis ferendum esse. & si tuleris animo prompto & grato, maxime inde laturum lucrum; si verò difficulter, animo mæsto & irato illatam admiseris calamitatem, scitote non facturum minorem, sed maiorem etiam tempestatem excitaturum. Ista igitur considerantes quidquid necessitatis fuerit, faciamus, ut voluntatis nostræ sit prompta & libera.*

Nihilominus quæ sæper mihi visa est legitima huius nostri textus interpretatio, ea est quam præ se verba afferunt, & noster Venerabilis Beda ex Augustino variis in locis depromptit, dicens, *Ipsa charitate fieri ut tribulatio non auferat, sed potius operetur patientiam.* Habent enim verba Pauli sic, *Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem nõ confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Quasi diceret, hæc omnia effectus sunt vnus charitatis diffusa per Spiritum sanctum in cordibus nostris. Constat autem quòd charitate muniti & roborati omnia etiam dæmonum ignea tela leui conamine superant: quoniam charitas omnia suffert, eo quòd qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, tamquam eius refugium & virtus. Quare non timent, etiam dum turbatur terra, imò si exurgit aduersus eos prælium, in hoc ipso sperant: quoniam tribulatione & pressura iustis dilatatur cor, vt coarctatur impiis.

Seneca lib. de tranquillitate animi cap. 10.

Nazian. ep. 81.

Publius lib.

199. Chrysostr. 3. ad Rom.

100.

Beda 5. ad Rom. 5. Aug. lib. de grat. & lib. arb. & lib. de agone Christiano. & lib. 83. q. & super Psal. 36.

1. Cor. 13. 7. 1. Ioan. 4. 16.

207.
Bern. ep. 32.

Inde Bernardus noster ad Abbatem Rhemenſem, *Sicut ſanctis & electis tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit; ſic damnandis & reprobis tribulatio parit econtrario puſillanimitatem, puſillanimitas perturbationem, & illa interimit.*

202.

Neque obſtat quod aliquando viri charitate perfecti grauter de preſſuris ſuis conqueſti ſunt, vt argumenta probant: quoniam in primis Iob, Helias & Paulus in argumento relati, & ſimiles qui poſſent referri, patientiæ terminos non tranſilierunt. Siquidem labiis ſuis non peccarunt tædiis illis, ſed tantum oſtenderunt naturæ imbecillis angorem in his euentibus.

203.

Quod ſi alij iuſtorum iracundia perciti debitæ tolerantiaæ leges leuiter vel grauter aliquando fregerunt, ex ſpeciali permiſſione eueniſſe credendum eſt, vt ſic naturæ noſtræ debilitas argueretur, & neceſſitas gratiaæ, quæ ſola impavidum altumque contra omnem caſum poteſt tenere hominẽ vno tenore æquabilem, lætæque voce dicentem,

Mediis tranquilluſ in vndis.

vt pote quod ſpiritus charitatis illa vinctio eſt quæ nos docet omnia tamquam ſpiritum ſapientiaæ & intellectus, conſilij & fortitudinis.

204.

Inde eſt quod Paulus dixit, *Libenter ſuffertis inſipientes, cum ſuis ipſi ſapientes.* Quod etiam aliquo modo Philoſophorum differtiores aſſequuti videtur, cum Plutarchus dixerit, *Sapientis minus eſt, à nulla vinci iracundia.* &

vetus proloquium Stoicorum, *In ſapientum animos perturbatio nem non cadere.* Quare propter ſapientiaæ igniculos, vel à natura datos (vt vult Troguſ.) ſeu (quod verius eſt, & vult Plato) diuina forte immiſſos, quibus prudentiores Gentilium inclauerunt, virtute conſtantiaæ contra omnem fortunæ luſum roborati ſunt; adeo vt de illorum quodam dicat Seneca, *Nihil intereſt inter praturam Platonis & repulſam: vtrum phœſſalica acie vincatur, aut vincat.* Hoc eius bonum vt vinctis eius partibus non poſſit vinci. At hoc rarum eſt, & vtinam in illis non vanum, & tantum ad oſtentum fuerit.

Patientia autem iuſtorum ſolida virtus eſt, vt pote quæ probationem operatur, operantem ſpem quæ non confundit, & proinde aliter quam ex munere Dei haberi non poteſt. Natura ſiquidem noſtra potius fluctuamus ſuſpenſi, queruli, & turbidi, nec Deo nec hominibus æqui, velut inanis quæ circumagitur in mari nauis omni vento, potius quam inconcuſſi & ſtabiles contra ingruentes calamitates. Tota igitur ratio cur tribulationes patientiam operentur,

de qua hic Apoſtolus, ea eſt, quod charitas Dei diuſa eſt in cordibus noſtris.

* * *

Plutarch. de
liberis edu-
candis.

C A P.

C A P V T X X.

*Respondetur quinto argu-
mento secundi capituli,
ex Romanorum 5. 14. &
explicatur locus, Re-
gnauit mors ab Adā
vsque ad Moysen,
etiam in eos qui non
peccauerunt, in simi-
litudinem præuari-
cationis Adæ.*

tum non agnosceretur, nec re-
putaretur, omnes tamen oppres-
sos tenebat, ac æterna damna-
tionis reatu constrictos. Rom 5. 10.

Tum etiam ex consequenti-
bus istis, *Si vnus delicto multo
mortui sunt, multo magis gratia
Christi in plures abundauit. Si
enim vnus delicto mors regnauit
per vnum. Igitur sicut per vnus
delictum in omnes homines in con-
demnationem, sic & per vnus ius-
ticiam in omnes homines in iusti-
ficationem vite. Sicut regnauit pec-
catum in mortem, ita & gratia re-
gnet per iusticiam in vitam eter-
nam.* Ecce qualiter apponit mor-
ti regnanti, de qua loquitur, vi-
tam iustificationis & gratie, quæ
tantum opponitur morti æter-
næ, qualis est peccatum. Tum
quia docet mortem illam re-
gnantem introductam ab Adam,
destructam verò à Christo. At
Christus non destruxit mor-
tem corporis, sed animæ. Ergo.
Quod si de morte animæ est ser-
mo, non est ad rem obiectio de
superstite adhuc Henoch.

Quia verò æterna mors tem-
poralem infert, adeò vt hæc il-
lius sit appendix, non incongruè
dixeris quòd nomine mortis in-
telligitur etiam hîc corporea
mors, vt videtur intellexisse
Caietanus, qui explicans oracu-
lum hoc ait. Ecce differentia
quoad mortem. Et consistit in
hoc quòd ab Adam vsque ad
Moysen mors regnauit; postea
verò habita est pœna: ita quòd
mors non reputabatur pœna
peccati, sed velut habens regnū
iure naturæ in omnes aduenien-
tes autem lege Moysi cognita &

A a 3 habita

206.

Versiculus iste multis im-
plexus est. Quare in eo
multa explicanda sunt. Primum
quid significet *ly mors*. Secun-
dum quid sit mors regnare. Ter-
tium quid sit regnasse ab Adam
vsque ad Moysen. Quartum
quid significet regnasse mortem
in eos qui non peccauerunt.
Quintum quid sit peccate in si-
militudinē præuariationis Adæ.
Et à primo ordiens dico cum
Augustino, Beda, Anselmo, D.
Thoma, Primasio, Glossa inter-
lineali & reliquis, quòd hîc no-
mine mortis intelligenda venit
mors animæ, quæ est damnatio
æterna, de qua habetur in Psal-
mo, *Mors peccatorum pessima.* Ra-
tio est quòd Pauli sermo de hac
procedebat, vt patet ex antec-
edentibus illis, *Vsque ad legem
enim peccatum erat in mundo. Pec-
catum autem non imputabatur cum
lex non esset, sed regnauit mors. id
est, quamuis ante legem pecca-*

Aug. ep. 8.

Mors hic
quid.
Rom. 5. 13.

102

habita est pœna peccati communis humano generi. Constat autem quòd hæc nisi de temporali morte non possunt verificari. Aeterna enim, aut ante legem agnita vniuersè non erat, aut saltem agnita & reputata pro pœna, non verò pro naturæ debito. Expressè Cardinalis Toletus nomine mortis huius intelligit temporalem: expressius verò de vtraque morte & peccati & corporis subintellexit Haimo, licet principaliter de morte peccati. Et secundum hanc, difficultatem habet quod de præseruatione Henoch obiectum est. At puncto sequenti diluetur.

209.

Ratio autem quæ vrgere videtur expositionem hanc duplex est. Prior, quòd Paulus paulò antè expressè distinguit inter peccatum & mortem, inquit enim, *per peccatum mors*. Posterior, quòd similiter dicit, *peccatum non imputabatur cum lex non esset*, id est, non imputabatur ad pœnam temporalem: quoniam hæc nunquam nisi lege positua taxatur; naturalis enim non præscribit pœnam temporalem peccatis, maximè pœnam mortis, seu necis. Ante legem autem scriptam nulla erat diuina lex statuens mortem temporalem peccantibus, licet ex decreto Dei aliqui subierint eam, utique illi, qui diluio & igne Sodomitico perierunt. At non quia lex id statuerat, sed quia offensus Deus, iure potuit temporalem hanc sumere pœnam, qui æternam sumpsit. Sed quia primus locus sufficienter explicatur de morte dationis æternæ, quam causat

peccatū: secundus verò de ignorantia grauitatis peccati, ita vt non imputari sit non satis æstimari, aut cognosci; ideo prior expositio omnino præferenda est, licet hæc non reiicienda.

Quid autem sit mortem regnare (quod pertinet ad secundum punctum) sat nobis perspetum reddunt, qui mortis nomine intelligant mortem animæ, quæ est prima mors, atque damnationem æternam, quæ est secunda. Nostri enim sanctissimi atque sapientissimi Patres Beda & Anselmus ita habent, *Regnum mortis vult intelligi, quando ita dominatur hominibus reatus peccati, ut eos ad vitam æternam, quæ verè vita est, venire non sinat, sed ad secundam etiam quæ pœnaliter æternæ est mortem trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit Saluatoris quæ operata etiam est in antiquis sanctis. Ambrosius etiam qui habet, Quod enim regnum mortis nisi voluntas eius dum imperat ad perniciem obedientis? Vnde alio loco dixit Apostolus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis eius. Quo dicto ostendit etiam nunc regnare mortem, si lex contemnat. Egregiè quidem, quoniam regnare, idem est quod latè iubendo obtemperari. Vnde in oratione Dominica cum dicitur, *adueniat regnum tuum*, illico subditur, *fiat voluntas tua*. Et propterea Ecclesia tam militans, quàm triumphans dicitur regnū Dei, quia vtrobique eius voluntas intimatur & completur. Vnde Seneca, *si indicas cognoscere*, (quod est illud Psalmi, *Erudimini**

210.
Mortem regnare quia

Beda & Anselm. 5. ad Rom. 5.

Ambrosius Rom. 5. Rom. 6. 1.

Seneca 1. Medea 4. ni

Rom. 5. 12.

Rom. 5. 13.

ni qui iudicatis terram) si regnas iuste. Regnabat igitur mors animæ in homines; quoniam (vt ait Montanus) peccabant homines propter peccati in ipsis inhærentem vim eos in imperio mortis retinentem, atque ad multa & varia scelera impellentem.

Secundum expositionem verò eorum qui nomine mortis intelligunt temporalem, idem est regnare mortem ac (vt ait Photius apud OEcumenium) multam potestatem obtinuisse; & quidem adeò multam, vt non sit homo viuens, qui non visurus sit mortem. Propter quod apud Isaiã appellatur hæc mors prætexta tela super omnes nationes. Quia verò hæc potestas nõ consistit in actu, siue in exercitio interficiendi, alias imperium mortis esset suimet exitium, dicente Seneca: *Omnia morte finiuntur, etiam ipsa*; ideo non obstat imperio mortis quod Henoc tandiu superstes sit; quoniam tandem morti concessurus est, & semper est cum debito, siue necessitate moriendi, vt etiam Helias, qui adhuc superuiuere infertur, ex 4. Reg. 2. 11. & Eccli 4. 2. imò quando hæc dixit Paulus vita gaudebãt cuncti terrarum accolæ. Ex quo sequitur quòd mortem regnasse vsque ad Moysen, non significat mortuos esse, sed mortales & corruptibiles, & capaces affectionum naturæ, vt habet Athanasius.

Quoad tertium quid vtique sit ly ab Adam vsque ad Moysen, varij variè explicant; Origenes enim, Primasius, Anselmus, Hai-

monius ac Theodoretus dicunt idem esse ab Adam vsque ad Moysen, atque ab Adam vsque ad Seruatorem Christum, siue vsque ad finem legis, quoniam *lex & propheta vsque ad Ioannem*. Etenim in præsentì, vt alibi sæpè, Moyses significat idem quod lex. v.g. Luca 6. *Habent Moysen & Prophetas*. id est, legem. Luca 24. *Incipiens à Moysè*. id est, à lege. 2. Corinth. 3. *Vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses*. id est, lex. Et hinc dicunt sensum elogij esse quòd mors animæ regnauit in toto mundo ex quo primus homo peccauit, vsque ad finem legis Moyse, & exordium Euangelij; vtpote quòd non antea, sed tunc reatus mortis à mundo abolitus est per eum qui mundi peccata abstulit, & cœli ianuas aperuit. Vnde à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Non enim lex à mundo potuit mortem auferre, sicut neque peccatum exterminare. Mors autem non regnat nisi virtute peccati. Ex quo illud Pauli, *stimulus mortis peccatum est*. vtpote quòd tota vis mortis, armatura & potestas in peccato est, sicut tota vis scorpionis in aculeo, vt habent Theophylactus & OEcumenius.

At D. Thomas, Ambrosius, OEcumenius, Theophylactus & alij intelligunt hunc terminum imperij mortis vsque ad Moysen exclusiue; ita vt sensus sit regnasse mortem animarum, id est, peccatum vsque ad propositionem & promulgationem legis Moyse, per quam peccati regnum

112.
OEcum. 5.
ad Rom. 5.
Illa 15.7.
Senec. de re med. fortu- ne.
Ath. orat. cõtra Ar- nos.
212.
Ad Adã vs- que ad Moy- sē quid.

Matth. 23.
Matth. 23.
1. Cor. 15. 56.

213

Deut. 5.

D. Th. 5. ad Rom. 5. lect.

4.

Mat. 75.

214.

215.

regnum cœpit diminui : utpote quæ incussit timorem iudicij Dei, iuxta id Deuteronomij, *Quis det eos talem habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea.* ut ait D. Thomas. Seu, ut inquit Ambrosius, regnavit mors ab Adam vsque ad Moysem, eo utique tempore, quo lex non erat, & propterea regnasse dicitur, quia cognitio vni⁹ Dei evanuerat in terris. Data ergo lex est, ne mors regnaret, & ut abolitis peccatis prioribus vni Deo obsecundaret omne genus humanum. Et postea primum in Iudæa cœpit destrui regnum mortis, quia notus in Iudæa Deus in Israël, magnum nomen eius. Nunc autem in omnibus gentibus quotidie destruitur dum magna ex parte ex filiis Diaboli sunt filij Dei.

Qui etiam mortis nomine intelligunt corpoream, ut Cardinales, Caietanus atque Toletus, adhuc variè se gerunt in huius expositionem. Caietanus enim ait mortem corpoream regnasse vsque ad datam legem, quia vsque ad eam putabatur præpotens per naturam, postea verò non, sed secundum pœnam. Toletus autem ait, dictum fuisse quòd regnavit mors vsque ad Moysem, ut ostenderetur, non quidem quia extunc regnare desierit, cum & modò regnet in nondum renatis; sed regnasse etiam tunc quando lex non erat, cuius videtur proprium pœnam mortis interminari.

Huiusmodi autem expositiones valde congruentes & consequentes suis principiis & aucto-

ribus sunt. Sed mihi germanior videtur ea quæ Toleti est, si modò de morte animæ intelligatur, quam docet Paulus: contractam etiam ante datam legem, utpote quòd à tēpore Adam omnes nascuntur filij iræ.

Sequitur quartum punctum quod est circa illa verba, *etiam in eos qui non peccaverunt.* In quo discrepantiæ multum apud aliquos est, propter diuersorum codicum diuersam lectionem. Etenim licet ferè omnes tam Græci quam Latini retineant negatiuam lectionem, quæ habet, *etiam in eos qui non peccauerunt*; aliqui tamè apud Augustinum, Origenem, Ambrosium, & Sedulium habent longè secus, utique affirmatiuam lectionem, sic, *etiam in eos qui peccauerunt.* Quam extremam lectionem singulariter exponunt Origenes & Ambrosius, & dicunt sensum illius esse, mortem quidem regnasse in aliquos, non verò in omnes, hoc est, in solos peccatores (ait Origenes) quia in hos tantum mors habet imperium tanquam in suos, ratione æterni reatus, cuius corporea mors effectus est, atque appendix: non verò in iustos, quos tantum ut alienos inuadit ac percurrit. Propter quod dixit Paulus, *In omnes homines mors pertrāsit.* Ambrosius autem ait regnasse mortem in idololatrias, quia, ut puncto sequenti patebit, hos tantum intellexit peccasse in similitudinē præuaricationis Adæ.

At lectionem primam legitimam esse, non tantum suadet nobis tantorum Patrum auctoritas, utique Irenæi, Athanasij,

216. Mortem regnasse in eos qui non peccauerunt quid.

Aug. ep. 89.

Rom. 9. 11.

217. Iren. lib. 5. contra hæres. c. 20. Athan. orat. 4. contra Ariam.

Cyriil

Cytil. lib. 1.
& 12. in Ioa.
Aug. ep. 89.
ad Hilar.

Cytili & Augustini, qui eam non secus atque reliqui interpretes amplexatur; verum etiam (vt Augustinus notauit) quod ferè cuncti Græci codices eam retinent. Et ipse rei contextus eam efflagitat. Quem enim sensum redderent verba ista: *Regnauit mors etiam in eos qui peccauerunt.* quasi potius regnare debuisset in eos qui non peccauerunt.

218.

Nec valet dicere particulam hanc, *etiam*, suppressam esse in aliquibus exemplaribus, neque illam agnouisse Ambrosium. Quoniam in primis agnouit illam Origenes. Si autem expuncta videtur apud Ambrosium, in causa potuit esse sermonis incongruitas: vtpote quia ea posita parum aptus fieret propositionis sensus, bene tamen abrasa. Quare qui abstulit negationem, consequenter auferre debuit exaggerationem ei correspondentem. Vis enim orationis crescit adhibita particula *etiam*, quæ est augmentatiua: facit enim hunc sensum, regnauit mors ad eum vniuersè, vt etiam eos qui non peccauerunt suæ ditioni subiecisset.

219.

Sed tamen dissidium hoc prout ab auctoribus explicatur, nullum præiudicium rei veritati inuehit, quia per vtramque lectionem saluatur idem sensus: nimirum regnasse mortem in fontes noxiôsve, licet noxa actualis non fuerit, hoc est, propria ratione contracta, vt videbimus.

220.
Peccare in similitudinem
præuaricationis
Adæ quid.

Extremum punctum est, quid sit *ly in similitudinem præuaricationis Adæ*? Ad hoc respondet Ambrosius esse peccata idolola-

triæ quæ consistunt in hoc quod spreto & repudiato Deo diabolus ipse colatur. Quod Adamus fecit quando magis credidit mandato Dæmonis, dicentis, *nequam moriemini*; quam comminationibus Dei interminantis, *In quacumque die comederis, morte morieris.*

At quidquid sit de specie peccati Adam (de quo nos alibi,) vel illud subuertit commentarium hoc, quod cum Paulus dixisset, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit*, apertissime ostendit quod ratione originalis peccati, mors cunctos peruasit, & proinde quod non tantum in aliquos, sed in omnes regnauit, licet loquendo (prout ipsa commentaria Ambrosij loquuntur, & D. Thomas explicat) de morte animæ (quæ est peccatum mortale, & damnatio æterna) plenius quam in alios regnauit in idololatrias, vtpote quod grauius illorum flagitium est.

221.
Laurea Sal-
man. ccr-
tam. 8. expo-
sitiuo c. 13.
& Pentateu-
cho fidei
tractatu de
Helia.
Rom. 5. 12.

Quare communis Patrû antiquiorum & recentiorum sententia est quod Paulus hinc præuaricationis nomine, intellexit peccata scienter propriæque voluntate commissa contra externam pariter ac diuinam legem. Vtique quoniam ipse præmiserat, *Vbi non est lex, nec præuaricatio legis.* id est, non est præuaricatio, seu transgressio, vbi non est lex externa verbo aut scripto sic lata vt ignorari non possit. Id enim sæpissime Paulus nomine legis intellexit; ad eum vt propter hoc dixerit, Gentiles non ha-

222.
Rom. 4. 15.

Rom. 2. 13.

bentes istiusmodi legem, peccasse sine lege, & sine lege puniri. Quia licet alias legem naturalem habuerint, hæc tamen in illis non admodum perspicua erat. Unde licet illorum culpæ peccata essent, non erant prævaricationes, quia non erant transgressiones singularis & expressi mandati. Quocirca peccatum simile prævaricationi Adami, idem est quod peccatum scienter commissum propria voluntate contra expressum mandatum, quale fuit peccatum Adami, qui ex propria electione transgressus fuit præceptum expressissimum de non gustando ligno vitæ sub mortis reatu.

Quare sensus totius elogij est, mortem animæ pariter ac corporis regnasse ab Adam usque ad legis promulgationem, non tantum in eos qui speciales leges violarunt, & sicut Adam (verba sunt Hieronymi) expressum mandatum transgressi sunt, ut filij Noë, quibus iussit Deus ne animam in sanguine manducarent, & de filiis Abrahæ, quibus circumcisio mandata est: sed etiam in eos qui huiusmodi prævaricationis genere numquam peccarunt, licet alias in peccatis fuissent, licet tantum originalibus, ut paruuli, siue originalibus & actualibus contra legem naturæ admissis, ut adulti.

Inde factum est ut Paulus prædiceret, *Vsq̄ue ad legem peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adam,* &c. utpote quod aliud est peccatum, aliud prævaricatio. Illud

enim tantum requirit cuiuscumque legis qualemcumque violationem, hoc autem expressè legis spontaneam transgressionem. Quare non imputari non est idem ac non puniri, cum scriptum sit, *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt;* sed non scienter fieri, id est, contra scientiam expressèque statam legem, qualis est quælibet positiua externa scripto aut verbo lata, & intimata plenè. Et propterea cum dixit Paulus, *Vsq̄ue ad legem peccatum non erat in mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non esset,* idem est ac si euidenter dixisset: Peccata quidem erant in mundo ante legem scriptam: at prævaricationes siue transgressiones non sic erant, & ideo etiam in non transgressores regnauit mors; quia regnauit ab Adam usque ad Moysen. Quo temporis spacio communis aliqua diuina lex palam promulgata non fuit.

Consultò autem dixit regnasse mortem ab Adam usque ad Moysen, hoc est, ante latam legem: utpote quod ante illam peccata esse poterant in omnibus, at prævaricationes esse non poterant, ut postea fuerunt: quia iam per legem scriptam lex naturalis sufficienter explicata est. Propter quod dixit Dauid, *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* quasi diceret, cuius nullum peccatum est, utpote quod in Iudaico populo lex naturæ per præcepta moralia Decalogi adèò innotuerat, ut nullum contra eam posset fieri peccatum sine prævaricatione. Imputari

223.

Gen. 9.

224.

Rom. 5. 13.

Rom. 1. 11

115

Psal. 31. 1

putari autem peccatum, aut non imputari, idem est, ac esse vel non esse præuaricationem.

226.

Præuaricator quis.

Huius autem ratio est, quoniam præuaricator diffinitur ille qui ab officio suo deflectit, atque aberrat, siue perfidia atque malitia, siue imprudentia aut negligentia id faciat; à quo præuaricatio ipsa officij transgressio dicitur: ut habetur in Commentariis linguæ Latinæ, aliàs Cornucopia cap. 27. de Naumachia. Vbi etiam ex Vlpiano diffinitur præuaricator ille qui aduersarij causam adiuuat prodita causa sua, & ex parte actoris in partem credit rei. Vnde cum qui profusus aliquam legem culpabiliter violat illam, eo ipso ab officio deflectat, & aduersarij sui utique peccati causam adiuuet spreta sua: consequens est ut præuaricator fiat, & excessus illius sit præuaricatio. Quod non contingit in eo qui peccat in legem, quam ipse palàm non agnoscit ut legem strictè & sub mortali obligantem, velut naturæ dictamen non plenè conspectum, saltem pro hinc & nunc.

C A P V T X X I.

Respondetur quinto argumento secundi capituli, & explicatur vers. 15. cap. 5.

Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei in plures abun-

dauit. *ubi de immaculata Virginis conceptione tractatur.*

CApit hoc in obsequium Deiparæ, & pro immaculata conceptione eius conceptum est. Ex quo enim Paulus in præfenti elogio non dixit, vnus delicto omnes, sed multos mortuos esse: neque dixit multos gratia Christi adiutos, sed plures: videtur insinualle peccato Adami non omnes fuisse infectos: quoniam aliàs gratia Christi non haberet plures in quos diffunderetur.

Equidem cum Pauli consilium & scopus in hac parte fuerit æquiparantiam & disquiparantiam, similitudinem & dissimilitudinem inter primum & secundum Adamum respectu nostri aperire: & æquiparantiam ac similitudinem expresserit in hoc quòd sicut primus Adam ruinæ nostræ fuit author, ita secundus Adam erectionis nostræ fuit effector. Sic disquiparantiam & dissimilitudinem explicauit per hoc, quòd primus Adam multis obfuit, secundus verò profuit, non tantum multis, (aliàs æquiparantia esset, non disquiparantia hæc) sed pluribus.

Scio vnuerfos interpretes sacros & non sacros discrepan- tiam & inæqualitatè istam collocare non in pluralitate personarum, sed beneficiorum: quatenus quos primus Adamus multis infecit, eosdem Christus pluribus reparauit: ita ut Christi beneficium emineat detrimento

227. Argumētum operis.

228. Quæ mens hæc Pauli.

229. Communis expositio oraculi. Chrysoft. Theodor. D. Th. Recentiores hic.

Adami, & subleuatio illius huius ruinae, utpote quod Deus potentior & promior ad benefaciendum est, quam Adamus ad perdendum atque deuiandum.

Veruntamen licet conspicuum sit gratiam & dona per Christum infinitum excedere mala illata per Adamum, & hoc versiculo isto indigitari: etiam perspicuum apparet quod simul indicatum est excessum istum numerum etiam personarum transcendere, Dixit enim ad istam disquiparantiam, & dissimilitudinem Paulus, *Multo magis gratia Dei in plures abundauit.* in eo enim quod dixit, *multo magis*, significauit excessum in qualitate & pluralitate bonorum, super qualitatem & pluralitatem malorum, quae intulerat Adamus. In eo autem quod subdidit, *in plures abundauit*, aperuisse videtur excessum in numero personarum, in quas sua bona diffudit, ita ut si ille multos & in multis laeserat, is plures honestauerit, praesertim, quod cum Paulus per antithesim hic loqueretur, & extremum huius contrapositionis fecerit, non quidem grauitatem malorum per Adamum, sed multitudinem infectorum, inquit, *Peccatores constituti sunt multi*; quamuis erat quod extremum huic correspondens sit non de qualitate & quantitate bonorum, quae nobis per Christum sunt parata; sed de pluralitate personarum, in quas illa diffunderet. Vnde dixit, *si unius delicto multi mortui sunt* (ecce primum antithesis, siue compositionis extremum,) *multo magis gratia*

Dei in plures abundauit, ecce alterum. Cum igitur *ly multi*, prioris, *extremi*, referat personarum infectarum numerum; quomodo *ly plures* numerum personarum subleuandarum per Christum non recenset? ita ut sensus sit, multis obfuit Adamus, sed pluribus profuit Christus.

Quod autem per antithesim, compositionemve hoc Paulus scripserit, extra dubium est. Cum enim dixisset, *Non sicut delictum ita & donum*, causam subnexuit, inquit, *Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Christi in plures abundauit.* id est, adeo ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia; ut non solum gratia abundantior efflueret quam delictum: verum si hoc infecit multos, illa perfecit plures: si hoc multis multa incommoda pertulit, illa pluribus beneficia potiora erogauit. Si autem sunt plures qui a Christo bona, quam ab Adamo mala traxerunt, consequens est non vniuersos homines per seminalem propagationem ab Adamo deriuatos, peccatum originale contraxisse: quoniam Adamus eos tantum laesit, quibus suum originalem labem immisit.

Scio etiam textum Graecum utrobique habere τὰς πολλὰς, quod modo multos, modo plures Latinus vulgatus vertit. Ex quo sequitur sensum elogij esse, quod sicut Adam obfuit omnibus, sic Christus omnibus profuit, & non utcumque, sed largius, & abundantius. Et potest inuari hoc ex eo quod *ly multi* idem esse solet quod omnes. Vel-

236.
Authoris
mens in re
ista.

In quibus
gratia Christi
si abundauit
super Adamum
culpam.

Antithesis
Christi ad
Adamum.

237.
Gratia Christi
si effusit
quam culpam
Adami.

238.
Concordia
textus Graecum
& Latini.
Theophyl.
hic.

Matth. 20. v. 28.
Matth. 26. v. 28.
Rom. 8. v. 19.

uti cum Christus Dominus dixit Matth. 20. *Venit filius hominis dare animam suam in redemptionem pro multis.* & rursus in consecratione calicis, *Pro vobis & pro multis effundetur.* imò & hic vers. 19. *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam iusti constituuntur multi.*

233.
Cur ly multi sit sape idem quod omnes.
Aug. lib. 6. contra Iul. c. 11. & lib. 1. de peccator. met. c. 15.

Nec frustra confunduntur hæc voces, *multi* videlicet, & *omnes*; ad maiorem enim expressionem eorum, quæ dicuntur, fit prout nos docuit Augustinus expressè: ea ratione fultus quòd non semper qui omnes sunt, multi sunt: nam potest fieri ut qui omnes sunt, pauci sint, & non multi. Si autem infecti ab Adamo sunt omnes, quatenus est quòd bene affecti à Christo non possint esse plures; quia nò possunt esse plures quàm omnes.

234.
Videtur æqualis numerus hominum sub Christo & Adam.
Rom. 5. v. 18.

Et confirmatur hoc. Quoniam paulo infra, utique vers. 18. subiicit Paulus, *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vite.* vbi palam æquavit numerum infectorum ab Adamo, & reparatorum à Christo: & utrumque explicuit per *ly omnes*. Si ergo Adamus inquinavit omnes, quomodo potuit Christus mederi pluribus: atque adeò nil Paulus hinc docuit quo purum aliquem hominè ab originali contagio exemptum arguamus.

235.
Pluribus proficit Christus quàm Adam.

Cæterum cum species & forma oraculi nostri sint aperta (ut iam vidimus) antithesis & compositio, per quas exprimitur

eminentia beneficiorum Christi super maleficia Adami: consequens est quòd saltem eminentia hac niteat in eo, in quo hic declaratur. Declaratur autem per comparisonem ad multos, quos Adamus infecit: ergo aut nulla est eminentia, aut esse debet in pluribus. hoc est, per ordinem ad plures. *ly enim multi* nò potest contraponi, nisi aut *ly paucis*, aut *ly plurimis*. Quare vulgatus interpres vim verbi penetrans noluit vertere in multos, sed in plures; ut antithesis proprietatem servaret. Vnde concedendo libenter quòd *ly multi* nonnumquam stat pro *ly omnes*; hinc tamen propter antithesim, vox quæ alias poterat verti *multi*, vel etiam *omnes*, versa necessariò est *plures*.

236.
Similitudo & dissimilitudo inter Christum & Adamum.

Nèque versiculus decimus-octavus obiectus impedimento est: quoniam in eo non disquirantur, sed assimilantur Christus & Adamus, in hoc quòd sicut iste omnes quantum est de se reatit, & condemnatione affectit; ita salute & redemptione ille: quia primus Adam ruinam & casum, secundus verò reparationem, & erectionem omnibus promeritus est. Cum hoc tamen stat non omnes fuisse actu atque re ipsa Adami delicto inquinatos, bene tamen gratia Christi suffultos. Sicut bene stat ingruentem luem esse de se infectivam omnium, & tamen personam regis beneficio medicorum, vel miraculorum ope ab illa non affici.

237.
Arguitur ly plures esse idem quod multi.

Quòd si obiciamus *ly plures* apud D. Paulum, etiam dum

comparatiue loquitur, non significare amplio-rem & copiosiore numerum, sed omnino illud, hoc est, æqualem illi, quem in primo extremo signauit. Vti cum ad Corinth. 1. c. 9. vers. 19. dixit, *Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem.* hic enim *ly plures* idem significat quod *omnes*; quia non possunt esse plures quam omnes. Vnde sensus est, *Omnium me seruum feci ut omnes lucrifacerem.* Ergo in casu nostri textus *ly plures* idem omnino est quod *multi*, quod est primum comparationis extremum: ut in specie huius textus *ly plures* idem est quod *omnes*, quia *ly omnis* est extremum comparationis istius.

Si igitur obiiciamus id (quod sane difficilior est,) adhuc discrimen pater. Tum in eo quod propositio ista ex 1. Cor. 9. antithesis minimè est, hoc est, contrapositio & comparatio cum excessu secundæ partis ad primam, qualis est nostri thematis iam diu repetita periodus. Tum quia in propositione illa ponitur *ly omnes* ex vna parte; & cum non possint esse plures quam omnes, non relinquitur locus huic dictioni *plures*, quæ ex alia ponitur, ut germano suo significato gaudeat; gaudet tamen latiori quo potest, siquidem sumitur pro omnibus. In nostro autem oraculo cum ponatur à parte prioris extremi *ly multi*, non est per quid eneruetur à proprio significato *ly plures*: sed potius per quid retineat genuinam significationem suam.

Hanc tamen munitissimam

arcè dux ipse scholastici agnitionis D. Thomas vel vno tormento bellico, alias iactu concurrit. Cum enim hunc locum versaret, ita inquit, *Cum Apostolus dicit quod gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendum comparatiue, sed absolute: ac si diceret, quod gratia vnius Christi abundauit in multos, sicut & peccatum Adæ peruenit ad multos.* Idque ratio eius suadet, utique non esse plures saluatos per gratiam Christi, quam damnati per peccatum Adæ: immò istos absque numero excedere illos. Ob quam peritiores Thomæ interpretes dicunt quod licet D. Thomæ expositio videatur difficilis, tamen est necessaria, quia citra dubium est plures hominum cõdemnari, quam saluari, ex quo sequitur Christi gratiam non ad plures se propagare & extendere quoad efficaciam, quam peccatum Adæ; quoad sufficientiam verò quod æquè late patet illa quam istud: quia ut hoc est infectiuum omnium hominum, sic & illa restauratiua.

Nihilominus visa ipsius textus specie quis sibi poterit in animum inducere, ac persuadere verba Pauli non sapere comparationem, & quidem inæqualitatis ac disquiparatiæ inter gratiam Christi, & per Christum, atque inter peccatum Adæ: cum palam dixerit Paulus, *Non sicut delictum, ita & donum.* Et ad id probandum sequentia nostri textus induxerit, satis superque à nobis perpensa & declarata. Quinimo declaratione non egêt, cum tria illa verba, *quanto ma-*

Commentarius
D. Th. hic.
D. Th. 3. p. 9.
5. a. 7. ad 2.

238.
Respondetur
argumento,
Et ostenditur
ly plures hic
significare
quod sonat.

246.
Obiicitur
Thomæ.

gis in plures abundavit, comparationem disquiparantiae & eminentiae resonent. Quod si D. Thomas oppositum dixit, id fecit attendendo ad sensum, non ad verborum sonitum: sensus autem in via communi, & secundum ordinariam legem non potest non esse absolutus, ut eius argumentum probat, rationesque adiunctae confirmant. Si tamen aliunde potest verborum genuina & propria significatio saluari, & comparatius sensus citra omnem notam sustineri: cur comparationis apertae filium non sequemur? ut sic directius & propius veritatis portum teneamus? in hoc enim nec D. Thomae, neque aliis contradicemus, sed Paulo subministrabimus.

Cardinalis Toletus, dum annot. 22. super ad Rom. 5. contendit, Paulum, cum dixit multos Adami peccato mortuos, subintellexisse illos, qui ab Adamo usque ad legem oecubuerant; cum autem dixit, gratiam Dei per Christum in plures abundasse, de statu aduentus Christi egisse, dicens, Paulus propterea dixit multos mortuos unius delicto, & gratiam in multos abundasse, quia loquebatur de statu maxime ad Adam pertinente, nempe ab Adamo ipso usque ad legem, comparatque statum illum Adae statui aduentus Christi. Dum igitur haec ait Toletus, viam latissimam pandit. (licet ipse non discurrat per eam) ad saluandam in omni rigore comparationem disquiparantiae Pauli. Quare quantumcumque effluxerint plures anni

ab Adamo usque ad legem: quia tamen numerus hominum erat longe inferior, utpote novitia illorum propagatio: numerus autem illorum in statu Christi productior, utpote quos pene capit mundus; ideo gratia per Christum potuit in plures abundare, quam peccatum Adami in illo suo statu abundavit.

Et licet Toletus non probet, sed hic tantum proponat positionem suam: ex his tamen quae superius dixit pro explicatione praecedentium, probari aliquantulum possunt. Explicans enim verba illa vers. 13. *Vsque ad legem enim erat peccatum in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis Adae.* Explicans igitur haec verba, ait, sensum esse quod ab Adam usque ad legem Moysis nulla fuit lata communis & generalis lex, quae poenam intermineretur mortis corporalis, praeter illas, quae Adamo fuit imposita, cum illi a Domino dictum est, *In quacumque hora comederis, morte morieris.* Et ideo toto illo tempore nullus, quantumvis sceleribus irretitus, corporeae mortis poenas luit ob aliud crimen, quam ob delictum Adami; utpote quod nulla vigeat lex quae scelera, quantumvis atrocissima, sub tanto discrimine interdiceret. Adveniente autem lege scripta, multa sub capitali poena prohibita sunt, & lege communi vetita. Itaque ab Adam usque ad Moysen omnes ob Adami crimen,

Explicatur
D Thom.

242.
Alia explicatio
tio elogij.

Rom. 5. 9.
13.

Quando le-
thalis poena.

241.

Commentum
Cardinalis
Toleti.

non autē ob sua propria moriebatur: vt patet in infantibus, qui ante rationis vsum diem clausurant: ij enim nullius alterius reatus poterant esse noxij, quā solius illius, quem ab Adamo imbibent & contraxerant.

243.

Si igitur sensus huius verbi, *vnus delicto multi mortui sunt*, est, quod ob nullum aliud delictum, toto illo Adami statu, vsque ad legem Moſis, corporea mors peruasit homines: consequens videtur sensum huius alterius partis, *Multo magis gratia per Christum in plures abundauit*, omnino esse, gratiam vnus Christi ad plures processisse homines: quia plures sunt, qui ad legem gratiæ, quā ad illam naturæ pertinuerint. Maximè quod gratia per Christum ad omnes (siue Adami, siue Moſis, siue non Moſis) pertinuit semper status, siquidem ob Christi merita indulſit Deus omnibus, quibus indulſit peccata: & gratiæ donaria contulit, à lapsu Adami ad hæc vsque tempora, & vsque ad finem mundi indulget, & donabit. Sic enim D. Thomas intelligit illud Ioannis 1. *De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia*. hoc est, omnes quotquot fuerunt, erunt & sunt, ac sumus. Si igitur mens diui Pauli in isto elogio est, quod ab Adam vsque ad Moysen multi mortui sunt, corporali morte, ob solum delictum Adami, quoniam cætera, quantumuis graua, sub tali pœna non prohibebantur: consequens est, gratiam Christi in plures numero abundasse, siquidem hæc patuit omnibus, nulli-

que hætenus fuit præclusa, sed cunctis concessum fuit ob vnus Christi Domini merita iustificari, & remissionem vniuersorum peccatorum accipere, non autem ob alterius virtutem, quantumuis egregiam. Ecce qualiter salua fide, omnique vera doctrina prorsus incolumi, stat in hoc Pauli elogio comparatio disquiparantiæ per ordinem ad plures numero personas inter Adamū temporaliter vnice occidentem, & inter Christum spiritualiter vnice iustificantem.

Cæterum licet hæc ita sint, ex quo tamen præmisit Apostolus, *Non sicut delictum, ita & donum*, videtur subindicasse de spiritualibus prorsus, non autem de corporalibus sermonem habere, ponit enim hæc duo, delictum & donum. Constat autem compositionem circa ea quæ sunt eiusdem generis fieri debere. Vt si vita componitur morti, necessum est vt si vita sumitur pro vita corporea, mors etiam stet pro corporea: aut si illa pro spiritali, etiam & ista. Cùm igitur donum per Christum (quod hic Paulus delicto componit) sit spiritale prorsus, & ad spiritalem vitā (vtpote quod merita Christi destinata fuerunt ad hoc vt nos ab æterna animæ, non autem à temporali morte corporis liberarent) quatenus est delictum stare hic pro noxa animæ, non autem pro reatu corporis. Et proinde quod cùm attexuit Paulus, *Si enim vnus hominis delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnus Iesu Christi in plures abundauit*.

Ob Christi merita iustificatio omnis facta est.

Ioan. 1. v. 19.

244.
Improbans
explicans
præcedens

dauit. Cùm igitur hæc attexuit, de morte spiritali animæ, atque de reuiuifcentia eius, per habitualem gratiam, & auxilia supernaturalia intelligi voluit. Atque adeò quoddam hæc in plures abundarunt quàm illa, quòd delictum Adami non ita latè patuit vt gratia per Christum.

His (admissa consequentia hac vltima) posset quis occurrere, ac dicere gratiam per Christum latius multo patuisse semper quàm delictum Adami: quoniam hoc solos tetigit & intinxit homines: illa autem & Angelis & hominibus opitulata est, vt vltra D. Thomam super Ioan. 1. multi interpretum eius facti sunt super 3. p. q. 19. art. 4. propter id Ioannis 14. vbi Christus Dominus dixit, *Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Et propter id Ephes. 1. vers. 10. vbi Paulus de Deo inquit, *Sacramentum voluntatis eius, instaurare omnia in Christo, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt in ipso.* Quod instaurationis genus explicans Fulgent. lib. 2. ad Trasimundum cap. 3. dicit, *Una est in vtroque gratia operata; in homine vt surgeret, & sanaretur: in Angelo ne caderet, nec vulneraretur.*

At quantumcūque vera hæc sint (de quibus modò non disputò) simulque conducant valde ad expositionem nostri textus absolute sumpti, & prout importat eminentiam beneficiorum Christi, adhuc in pluralitate recipientium, supra latitudinem infectorum ab Adam: non tamen aptari possunt eidem, prout

iacet, textui. Comparatur siquidem hic donum Christi cum detrimento Adami erga posteros. quales non esse Angelos citra dubium est. Neque enim geniti sunt, neque infecti ab illo, nec cum illo peccarunt, nec de ligno vetito comederunt, & ideo nec reatum aliquem ab illo participarunt. Quare, vt vers. 20. huiusmet capituli Paulus dixit, *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia*, intelligens per illud vbi genus humanum: ita cùm hic scripsit, *Non sicut delictum, ita & donum*, intelligendus est respectu eiusdem: vtpote quòd contraria cùm sint, debent habere fieri circa idem.

Relinquitur ergo quòd cùm elogio isto nõ dixit Paulus quòd delicto Adami omnes mortui sunt, vt paulo antè dixerat, vti que vers. 12. *In quo omnes peccauerunt; sed, Multi mortui sunt*, subindicare voluit non omnes qui in Adam peccauerunt, seu qui erant filij Adam, labem illius contraxisse. Alias cur minoratio esset verbo vsus: si tamen augmentatio debebat intelligi? Nisi velimus dicere quòd data opera extenuauit Adami damna, vt Christi magnificaret beneficia. Quasi non amplius extolleretur suffragator, quo pluribus suffragatur, & subuenit pluribus inquam suffragio indigentibus, vt fecisse ostendit Paulus, cùm subdidit, *Multo magis gratia per Christum in plures abundauit.*

Si igitur merita Christi patuere latius, adhuc intra filios Adami quàm ipsum delictum

245.

Obicitur cõ-
tra dicta.
Thom. 3.
Ioan. 1. v. 19.

Christus An-
gelorum be-
neficius.

246.

Obicitur ob-
iectio premis-
sa.

247.

Statuitur sã-
tentia autho-
ritatis.

248.

Sola Maria
ab originali
exempta.

Adami: quatenus est non omnes ab Adamo propagatos peccato Adamj succubuisse. Quòd cū id de alio quàm de Maria Deipara affirmari, aut somniare non liceat, quatenus est quòd in gratiam illius sic thema istud Paulus cōfecit. Eo vel maximè quòd eum in priori parte illius mentionem mortis fecerit, inquiens, *Vnius delicto multi mortui sunt; in secunda tamen solam diuinam gratiam nominauit, dicens, Multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit.* Quasi indicens & ostendens per hoc non solos morte animæ affectos esse à Dei gratia per Christum reparatos; sed etiam quòd vbi mors ista non tetigit, ibi diuina gratia ob Christi merita emicuit, & singulariter abundauit. Hæc autem, rogo, cui nisi Deiparæ congruunt? aut nisi de illa intelligi datur? De hac etenim sola dici potest quòd suscitatione non eguit vt in gratia viueret, sed præseruatione, vt gratia præoccuparet locum iam iam imminentis, ne dicam cadentis originalis culpæ.

249. *Quid sit inuenire gratiam.*
Et quidem cū Angelus Mariæ dixit, Luc. 1. vers. 30. *Inuenisti gratiam apud Deum,* fallor, nisi id ei inumbrauit. licet enim inuenire gratiam apud aliquem, significet non solum esse gratum illi, sed gratia apud illum valere, & illi à corde esse, tamen apud litteras sacras idem esse competemus quod incolumitatis beneficium in procinctu alicuius discriminis, ingentisque periculi experiri: vt patet Gen. 6. vers. 8.

vbi postquam decreuit Deus delere hominem de terra, vtpote quòd poenituerat fecisse eum: incolumitati tamen Noë consulens, subiicitur in textu, *Noë uerò inuenit gratiam coram Domino.* item ad Hebr. 4. vers. 16. exhortans nos Paulus ad diuinam implorandam opem, tunc cū res maximè vrgent, & necessitas stringit, vtpote quòd tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet: ita inquit, *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Cū igitur beatissima Virgo nulli alteri sic potuit subesse discrimini quàm originalis contagij: sequitur quòd si gratiam apud Deum inuenit, quòd indemnitatem & incolumitatem ab illo adepta sit, diuinitusque assecuta. Hoc autem est ab originali fuisse immunem, ac proinde immaculatè conceptam.

Inde ipsa, velut tanto muneri grata, magnificentiam Dei, anima & spiritu hilaris prædicauit, dicens, Luc. 1. 46. *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Vbi apprimè notādum est quòd Magnificat anima & spiritu exultat; illud, quia Dominus magnificauerat eam, & magnificum sese ostenderat illi, insolita & inaudita suramæ beneficentiæ largitate: qualis fuit præcludere aditum originali culpæ, repagulo præcoccissimæ gratiæ. Vnde si qui citò dat, bis dat; consequens est vt citissima gratia hæc, cæteris duplo maior sit, & proinde magnifica, ac magnificentis.

250
*Quid sit
magnificari
Deum.*

centiæ titulo commendanda, vt etiam prædicatur magnificus omnis qui simul munificus & promptus auxiliator est. Deus item ipse, *Magnificus in sanctitate*, dicitur. *Et faciens mirabilia*. hoc est, tunc maximè magnificus, quando in sanctitate eroga-nda mirabilem se præbet. Vbi autem mirabilior sanctitatis effusio, aut eque velut ista mirabilis, quæ omnem naturæ & gratiæ communem transcendit ordinem, & legem exuperauit? Quare eo loci etiam, *Terribilis atque laudabilis*, prædicatur. *Terribilis*, quia *terribiliter magnificatur*, laudabilis, quia magnificencia ista effusio sanctitatis est.

Igitur ob id Deiparæ anima Deum magnificauit. Spiritu autè exultauit in eo, quia spiritus est spiritualia rimari, contemplari, agnoscere, & in pretio habere, & proinde exultatione illis affluentibus lætari, atque voluptate perfundi. Vnde ad Galat. 5. 22. ponitur *fructus spiritus charitatis, gaudium*. Vt igitur Christus Dominus *exultauit spiritu*, & gratias Patri retulit, ob id quod discipulis dæmonia subiicerentur, & illorum nomina cælis adscripta essent, iuxta id Luc. 10. v. 21. de Christo, *In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater*; sic Deipara, ob superatum diuinitus in eius conceptione diabolū; calcaneo insidiantem illius, vt in lubrico illo, in quo omnes filij Adam turpiter lapsi sunt, turpiter prolaberetur & ipsa: & ob nomen Marię inclitum extunc affixum cælis, & indelebiliter exaratum;

ob hæc igitur Deipara Virgo & magnificauit Dominum, & spiritu exultauit in Deo. Quem hic salutare suum appellat, seu (vt Græca habent) saluatorem suum. quia licet, *Saluator sit omnium, & maximè fidelium*, vt Paulus dixit, singulariter tamen fuit saluator Virginis quatenus redemit in pace animam eius ab his qui appropinquabantur: utique à peccati lue, & interitu originali animæ iamiam cadentis.

Idipsum illustrat ampliùs, & corroborauit Deipara, subdens, *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. hoc est, nulli debet esse mirum quod sic magnificet Dominum anima mea, & meus exaltet spiritus in Deo saluari meo: quoniam ille mihi sese magnificum præbuit, saluatoremque appositissimum exhibuit, auxiliariis prospiciens oculis indigentiam, & abiectio- nem meam. Licet enim humilitas hic ab aliquibus (etiam potioribus: utique August. Orig. Beda & Bern.) credatur & accipiatur virtus, quæ superbiæ opponitur: qualis est illa Prou. 11. 2. *Vbi humilitas, ibi sapientia*; & illa capitis 15. *gloriam præcedet humilitas*. Quia iuxta Luc. 14. vers. 11. *Qui se humiliat, exaltabitur*; quia tamen hac præstantes virtute non illam de se prædicant, immo neque in seipsis agnoscunt, aliquove modo animaduertunt, etiam si cætera videant, & acie sui spiritus (qui omnia diiudicat) cernant: ideo à pluribus aliis hæc existimatur humilitas illa, quam studiosus

Deus saluator singularis Maria.

1. Tim. 4. v. 10.

Psal. 54. v. 19.

252.

Aug. ser. 55. de sanctis.

Orig. hom. 8.

Beda 3. Luc. 1.

Bern. ser. 42. & 45. in Cant.

Prou 15. 33.

Humilitas duplex.

Magnificencia Dei. Exod. 15. v. 11.

Psal. 138. v. 14.

251. Cur gaudium in spiritu.

Gen. 3. 1. & 15.

quisque, ac prudens de se iactat, qualis est indigentia, & abiectio. vt illa, de qua Dauid Ps. 9. v. 14. *Vide humilitatem meam de inimicis meis.* & Psal. 30. 8. *Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam.* & Psal. 118. vers. 92. *Tunc forte periissem in humilitate mea.* & Eccl. 2. 2. *In humilitate tua patientiam habe.* & Isaia 32. 19. *Humilitate humiliabitur ciuitas.*

Cum igitur Deipara Virgo nullum aliud abiectiois discrimen, & veræ indigentiaë procinctum subire, præter istum, potuerit, quo originalis delicti contagium imminebat: exinde siquidem ei salua erant omnia: consequens est quod cum dixit, Deum respexisse humilitatem suam, hoc est, beneficium sibi ac beneuolum præstitisse, de abiectiois istius humilitate cogitauit, & ad illam sermonem direxit, maximè cum subdidit, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tum quia cunctorum ore colitur, & recolitur ille. & felix vbique proclamatur, qui portum tranat incolumis. in quo cuncti periclitantur. Quare felicis encomio vel ille Vlysses decoratur, quia immunis à Circe incantatrice euasit, à qua suorum cæteri in beluas transformabantur. Tum quia si beatus præconicatur, *Qui potuit transgredi, & non est transgressus,* Eccl. 31. 10. quid non beata, à sæculo & vsque in sæculum, prædicabitur, quæ potens simul ac debens (naturæ malo debito) transgredi transgressa non est, sed libera & immunis seruata?

Amplificat beata Virgo causam gratitudinis suæ, & excellentiæ sic, *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* id est, Planè prædicabor beata per omnia sæculorum tempora; quoniam in conflictu hoc Deus, vt omnipotens fortia, vt sanctus sancta in mei patrocinium cumulauit. Fortia; quoniam solus omnia potens posset præcipitem labem originalis culpæ cohibere, ne flueret, & animam, cui minabatur, ne læderet. Sancta; quoniam sanctitatis præcursu culpam ingruentem detrusit & resilire coëgit. Quis autem ore non efferet, quæ sic omnipotens & summè sanctus Deus omnipotentiaë pariter & sanctitudinis suæ magnificauit portentis, atque cumulauit donariis. Si enim beatum dicunt populum, cui popularia sunt: quomodo non dicent beatam eam, cui cælica insunt, & tartarea absunt?

Rursum, quæ subiecit, inquit, *Et misericordia eius à progenie in progeniem timenibus eum,* ad idem similiter sunt. His enim decantatur quod licet misericordia diuina omnibus præstò fuerit, ac semper futura sit: at non omnibus vtcumque consideratis, sed omnibus atque singulis diuino timore affectis. Quo cum non possint muniri sua in conceptione homines, vtpote ignorantes Deum, non est per quid præstolari, aut illis sperare possimus præseruationis à culpa originis priuilegium: hoc enim ipsa (quasi manifestus dixisset) singulariter gaudeo. Et nos gaudere.

253.
De qua humilitate hic loquitur Virgo.

Quis cunctorum ore felix.

254.
Discrimen Mariæ alius.

dere credimus, modo per propriam actum se ad gratiam disposuerit, modo non. Sed ad instar infantium in suo conceptionis puncto iustificata: nisi quod sanctificatio ista fuit prorsus miraculosa, & soli Deo (vt infra patebit) adscripta.

256. *Qui est brachium apud sacras litteras*
 Coronidis denique vice atexit, *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui*; hoc est, portentum mirabile hoc non humanis, aut etiam creatis lacertis, aut viribus patratum est, sed sola diuina ope, & quidem robustissima. Iy enim *brachium* apud litteras sacras idem sonat quod vis validissima. qualis in hominum brachiis esse solet. Vnde Psal. 36. 17. *Brachia peccatoris conterentur.* Isai. 33. 2. *Esto brachium nostrum in mane.* Ierem. 17. 5. *Maledictus homo qui ponit carnem brachium suum.* Quam ob rem Christus (quoniam *Dei virtus est*, 1. Cor. 1. 24. vtpote *portans omnia verbo virtutis sue*, Hebr. 1. 3.) brachium Domini nuncupatur Psal. 70. 28. *Vsq; in senectam, & senium Deus, ne derelinquas me: donec annuntiem brachium tuum generationi omni, que ventura est.* Isaiæ 40. vers. 10. *Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur.* Ioan. 12. 38. *Brachium Domini cui reuelatum est?*

257. *Quid facere potentiam in brachio.*
 Deum igitur fecisse potentiam in brachio suo, perinde est, ac strenuè, potenter, viriliter, atque fortiter sese gessisse, & potèti manu insudasse. Cum igitur hæc omnia denotent, non quidè conatum, aut nisum, impetum, & angorem in Deo, quippe

qui Deus noster in celo omnia, quecumque voluit fecit, Psalm. 113. 3. *Et qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue*, Ephes. 1. 11. vnde, *ipse dixit, & facta sunt ipse mandauit, & creata sunt*, Psal. 148. 5. sed denotent opetis grauitatem, difficultatem, arduitatem, & singularitatem eximiam, sola Dei potentia superabilem, & quidem potentia absoluta, que extra leges est: consequens fit præseruationem ab originali reatu, in fauorem Deiparæ, elogium hoc prospexisse; nam præseruatione illa secundum se sumpta, nihil difficilius, aut grauius, nihil singularius, aut inæquibilibus:

258. *Præseruatio Mariae opus Dei solius.*
 Eo vel maxime quod vt ista loquendi formula manifestat, omnis creata vis siluit, substiit, & otiosa fuit in opere, de quo hæc, vtpote inutilis, & omnino inualida, futilis que ad eum. Hoc etenim verbum, *fecit potentiam in brachio suo*, idem sonat quod Deus non alio quam seipso ad opus istud processit, solaque potentia sua (omni alio spreto adminiculo, vel etiam instrumento) ad illud sese accinxit, eumque perfecit, vtpote, *Qui facit mirabilia magna solus*, Psal. 135. 4. Quale autem opus (rogo) præter creationis illud (de quo in præsentiarum nec sermo, nec sensus est, vt ex cõtextu liquet.) Quale ergo opus est quod Deus sic se solo peregerit, vt præseruationis istius? Numquid opus incarnationis? nequaquam, ad illud enim moraliter, materialiter & ministerialiter Virgo Maria concutrit, concipiens in vtero

Iesum, generans & progene-
rans eum. Numquid iustificatio-
nis adultorum, aut paruulorum.
Minimè, illi enim absque pro-
prio non iustificantur, etiam in
sacramenti actu: isti absque sa-
cramenti ministro. Numquid
Ægypti portenta, & maris rubri
mira? neutiquam. Media siqui-
dem Mosis virga patrata sunt.
Numquid miracula alia? etiam
ad illa fides exigebatur. Quale
ergo singulare portentum sola
virtute diuina, atque potestate
patratum? nonne hoc præserua-
tionis Mariæ ab originali culpa?
Quisnam quæso hominum, An-
gelorumve, aut etiam elemen-
torum verbo, spiritu, halitu, ali-
quove modo concurrat, præter
ipsammet potentiam diuinam,
ad hanc præseruationem? nullus,
nihil, nemo. Verbum igitur hoc,
*fecit potentiam in brachio suo, ger-
manum & genuinum huic præ-
seruatum est.*

259.
*Quando su-
perbi dispersi.*

Ex tali autem præseruatione
futurum omnino erat dæmo-
num superbissimorum conatus
irritos in hac parte euadere: &
conceptam de lapsu Virginis, in
originali ergastulo, spem, eos
fallere debuisse: & proinde à
mente cordis sui lapsos disper-
sósque iri; delusósque furenter
perstrepere, & tandem hác at-
que illác terga dare, minásque
iactando abire. Hoc autem est,
Dispersit superbos mente cordis sui.
apud eos siquidem pro comper-
to erat, originalem plagam non
minus ibi, quam alibi sæuitu-
ram, & illam quam alias animas
à primo conceptionis momento
percuturam. ista enim mens sui

cordis erat. Mentita tamen est
illis iniquitas sua: quoniam cum
omnipotens Deus crearet eam
sibi in ancillam, antonomasticè
Domini ancillam: Pater æternus
in filiam, antonomasticè filiam
Dei patris: Filius in matrem, an-
tonomasticè matrem filij Dei:
Spiritus sanctus in sponsā, anto-
nomasticè sponsam Spiritus san-
cti; noluerunt, neque ad instans
eam diabolicæ seruitudinis (qua-
le originis peccatum est) iugum
subire, sed erecto semper collo
incedere, tamquam nulli obno-
xia, sed prorsus dæmoni ad-
uersa.

Inde Bern. (apud Gilb. ser. 26.)
exponēs Cantorum illud, *Sic-
ut turris David collum tuum, quæ
adificata est cum propugnaculis,* ita
inquit, *Apostolus Petrus hortatur
adificari nos in domos spirituales:
Maria autem non tantum in do-
mum, verum in turrim edificatur.
Paulus in habitaculum Dei coedi-
ficari nos optat: sed hæc propugna-
culum etiam. & supra, Liber plane
cervix, & seruilis conditionis igna-
ra, tam erecta, tam munita, ut turris
David. Non puto quòd aliquo ser-
uitutis iugo collum istud aliteratur.*

Inde etiam Ecclesia de Deo
ad Virginem in hymno, *Qui te
creauit prouidè; ly autem prouidè*
idem omnino est quod cautè
& circumspèctè, veluti cum Ma-
chab. 1. cap. 6. vers. 40. dicitur de
fidelium exercitu, *Ibani cautè &
ordinate. & ad Ephes. 5. 15. Vide-
te itaque fratres quomodo cautè
ambuletis. Creari ergo Virginem
prouidè, idem omnino erit quod
magna cum circumspèctione,
& animi attentione creari, ne
fortè*

260.
*Cur Mariæ
collum ualeat
turris.*
Bern. serm.
26. in Cant.
4. 1. Prou. 11.
4.

Ephes. 1.
20.

261
Quid ly prouidè.

fortè obrepat aliquid, quod eam inter creandum creatamve deturpet.

262. *Providentia divina erga omnia.*
 Ad id autem est primò aduertendum Dei providentiam omnia & singula moderari, omnibusq; & singulis providere. iuxta Sap. illud, *Tua providentia Pater ab initio cuncta gubernat.* & Prou. illud, *Atingit a fine usque ad finem fortiter: & disponit omnia suaviter.* Vnde Eccli 5. vers. 5. monemur, *Ne dicas coram Angelo, Non est providentia: ne forte iratus Deus contra tuos sermones, dissipet cuncta opera tua.* id est, non sic te deducat in fraudem iniquus Angelus (ita Chaldaeus) vt in gratiam illius neget providentiam diuinam: quoniam Deus diabolo maior, ob eam ingentem blasphemiam, disperdet te. Diuus etiam Thomas ait 3. cont. gent. c. 64. ideo Scripturam sacram profiteri & proclamare Deum Regè, atque Dominum, dicens, *Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: & Rex uniuersae terrae;* quia prouidentia sua gubernat omnia. Quare vt blasphemum esset diffiteri Deum Dominum totius mundi: sic gubernatorem & prouisorè. Et ideo vt de familiari substantia, quæ non administratur, appositè dicitur quòd caret Domino: sic qui Deo providentiam abnegasset diuinam, & proinde egregiam, dominium simul negaret, aut saltem illi imponeret quòd dormiret.

Cur dicitur Deus Rex terræ.

263. *Aduertendum quòd licet providentia diuina ad minima quæque se extendat, & non tantum ad magna, iuxta Sap.*

illud 6. 8. *Pusillum & magnum ipse fecit: & equaliter est illi cura de omnibus.* & Luc. 12. 6. *Nonne quinque passeret uenunt in middio, & unus ex illis non est in oblivione coram Domino; sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* & hoc ideo, quoniam sicut ait Gregor. lib. 4. mor. cap. 26. *Deus mundum per seipsum regit, quem per seipsum condidit.* Vnde sicut minima quæque condidit per seipsum, ita minima quæque regit, & singulis prouidet: licet igitur hæc ita se habeant, quia tamen viliora & minima comparatione ad grandia nullo, vel minimo pretio habentur; adeò vt propterea dicatur 1. Cor. 9. 10. *Numquid Deo cura de bobus?* hoc est, præcipua, & potior. Et (vt Bern. ser. 67. in Cât. subdit) *Idem est de camelis, equis, & similibus.* ideo vigilantior in eos, qui altioris classis sunt, diuina prouidentia enitet: & quòd sic eniteat è re nostra est. Siquidem (vt Hieronymus ait super Abac. 1.) *In nos ipsas iniuriosi sumus, eandem rationabiliùm, & irrationabiliùm prouidentiam esse dicentes.*

Quòd autem sic eniteat, vel ex eo probatur, quòd (vt D. Thom. ubi supra habet) cum Maria & terræ tot abundant terrificis monstris: in caelestibus tamen corporibus perfectissimis nullum omnino est. Vtique quoniam potiora potiori gubernatione curantur, & circumspectiori prouidentia geruntur: prout etiam suos Apostolos Christus docuit, cum dixit Matth. 6. 30. *Si fenum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic Deus vestri,*

264. *Apud calos nulla sunt monstra.*
 D. Thom. 3. cont. gent. c. 7.

vestit. (vtique decore, & gratia, qua polleat lilia supra nitorem regium:) quanto magis vos minima fidei? vos, inquam, (tanto herbis florentissimis præstantiores, vtpote immortalitati conditos, & ministros salutis æternæ diuinitus destinatos) curabitur vestiet? reget? & altiori prouidentia ornabit?

265.
specialissima
Dei prouidentia
in conceptione
Mariæ.

Igitur si Deus omnibus & singulis prouidet, etiam minimis, & maximè maximis: conceptio- ni Virginis (quæ conceptio maxima, eximiaque Dominae erat, supra sydera, sydereasque classes exaltandæ) quanam prouidentia affideret? circumspeditione præesset? & attentione adstaret? numquid communi? numquid vulgari? numquid per omnia simili ei, qua omnium filiorum Adam conceptioni consulit? Alias quid momenti istud encomium haberet, *Qui te creauit prouide*. Quid hic est prouide? pro dignitate, pro exigètia, prout oportebat adesse conceptione eius, quæ aliquando ipsa conceptura esset, & paritura Deum? fessuræque tamquam Angelorum regina, supra illorum verticem atque culmen. Sed numquid de sub pedibus dæmoniorum, ad sanctorum Angelorum vertices erat adscensura? De sub prima hominum culpa ad supremam Angelorum gratiam, hoc est, gloriam eminentiorem Angelorum gloria? Hoc mehercule mihi potius fauere, extolle- re, ac dignificare prouidè, quam creare est. Si ergo prouidè Mariam creauit Deus, à creatione cepit obstare incommòdis, quæ

deturparent illam, deformem suis oculis, & execrabilem cordi, ac voluntati redderent.

Rursum ad mensuram rerum est diuinarum cogitationū momentum & studium: iuxta Dauidicum illud Psal. 96. 5. *Quam magnificata sunt opera tua Domine. Nimis profunda facta sunt cogitationes tue*: vtpote quòd magnifica opera ad maiora studia compellunt, & grauiores curas immittunt, attentioresque sollicitant oculos. Vnde, *Oculi Domini super iustos*, dicebat Dauid, quoniam iusti sunt præstantissimi inter effectus Dei. Et alibi, *Domine sollicitus est mei*. Item, *Intende mihi*. & Petrus, *Omnem sollicitudinem prouidentes in eum, quia ipsi est cura de vobis*. Cura nimium specialis: quæ etiam vniuersalis potest dici, quoniam qui bonis prouidet, hoc ipso consulit vniuersis: iuxta Eccles. illud 36. 19. *Secundum benedictionem Aaron da populo tuo*: (vtique benedictionem illam, de qua Numer. 6. 24. *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te*.) & mox, *Et dirige nos in viam iustitiæ*. Quamobrem, *Vi sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspexor secularis*. Bone Deus! quid commune habet res illa cum ista? Multum: quia qui bonis bene consulit, & studiosis præstet & patrocinio est: omnium habere rationem cunctorumque curam gerere ab omnibus iudicatur. Vt econtra qui minus idoneos curat, & honoribus onerat, non aliorum, sed sui tantum curam habere perhibetur.

Pro dignitate igitur creatura

erit

266.
Altioribus
creaturis al-
tior prouide-
tia responde-

Qui digni-
bus con-
sultat omni-
um pro-
spicit.

erit præstantia prouidentia sancta. Cum igitur beatissima Virgo omnes supergressa sit creaturas, & maximè humanas: consequens est quòd si istis respondet prouidentia vocationis, iustificationis, & gloriæ: quòd illi responderit prouidentia præseruationis ab originali peccato; quoniam præseruatio ab actualibus multis indulta est, & per Eucharistiæ sacramentum multis concessa, & cunctis promissa. Præsertim quòd primus supernaturalis prouidentia effectus est præseruatio & deuatio malorum: secūsus autem bonorum immissio; vt prius est declinare à malo, & postea facere bonum. Vnde precamur Deum, *Vt noxia euncta submoueat, & omnia bona profutura concedat.* Si ergo piensissimus Deus tam munificus in matrem extitit, quantum ad largitionem bonorum, vt ampliora illi & potiora quàm toti orbi concesserit: quomodo in præseruatione malorum non se benigniorem illi, & efficaciorum ostenderit? sic vt præseruaret eam, incolumemque serua-nerit ab his, à quibus tutatus est neminem, vtique ab originali excidio. Id enim propriè sonat *creari prouidè.*

At fortè obiicies, si omnia & singula, singulis & omnibus Deus (vt iam dixi) prouidet, & nihil temerè vel improuidè agit: quid energiam habet quòd prouidè creauerit virginem, semper virginè, vt inde coniicere liceat, sine labe fuisse conceptam? cum etiam prouidè cuncti creati homines contraxerint eam; si tamè

ab Adamo propagati? Habet (respondeo) illam, quam habet eòmune omne singulariter prædicatū de aliquo, energiam scilicet excellentia præclaræ. Exemplo nobis sit prouidum & celeste illud Iacobi Patriarchæ verbum, *Verè Dominus est in loco isto: & ego nesciebam,* Genes. 28. vers. 16. hoc ipso siquidem quòd *non est locus* (vt Greg. habet) *in quo non sit Deus*, dicente ipso apud Ierem. 22. v. 24. *Celum & terram ego impleo*; igitur ex hoc ipso habemus Iacobi elogium prædicare singularem & præclaram Dei, intra locum illum præsentiam, ingentium miraculorum patratiōe testatam. Exemplo etiam sit illud quod 1. Reg. 12. vers. 6. de Deo dicitur, videlicet *Qui fecit Moysen & Aaron*, utique egregios, inclitos, viròsque præstantes: aliàs etiam, *Fecit celum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt.* Prouidè ergo creati Virginem, perinde est ac speciali prouidètia creati, tali scilicet, qualis decebat illam, quæ in Dei ancillam Patris æterni filiam, filij Dei matrem, & Spiritus sancti sponsam antonomasticè dictam creabatur, vt à principio dispergeret, & à mente cordis sui deiceret superbiæ principes, nimirum diabolos, quorum capita postea contriuit. Ecce magna, quæ fecit Virgini ille, qui potens est, & sanctum nomen eius: & ad quæ fecit ipse potentiam in brachio suo, vt sic superbos disperderet mente cordis sui, & hæc à prouida creatiōne illius, id est, à conceptione.

Si autem obiiciat nobis ali-

D. d. quis

Maria omni creatura maiori

Resp. obiectio- ni.

Psal. 145. v. 6.

163. Obiicitur prædictis.

259.

*Diffunditur
explicatio
circa canti-
cum Mariæ.*

Beda, Mald.
5. Luc. 1. v.
31.

quis, nouitium prorsus esse cōmentarium hoc cantico isti Virginis: quod expositorum omnes de aliis semper, & numquam de hoc beneficio sunt interpretati. Respondebo primū cum accuratissimis expositorum, Mariam de præteritis rebus hîc fuisse loquitam, utpote semper utens verbis præteriti temporis, nimirum, respexit, fecit, disperfit: & non prophetiam texens, sed canticum & hymnum construens. Canticum enim Mariæ, hîc hymnus nuncupatur; ergo cum inter præterita cuncta, nihil hymno dignius, & prædicabilius isto ab originali culpa priuilegio, consequens est de illo interpretari. Secundò quòd cum nulla inferatur vis istius cantici verbis, & aliàs doctrina ipsa cōmendabilis, atque prædicabilis sit, quinimo prædicetur, atque cōmendetur palam in vniuersali Ecclesia: non est cur commentarij nouitas minus placeat, sed potius multo magis arrideat.

270.

Hac enim de causa huius nostri tractatus thema, quid ex Paulo est, litteraliter intelligendum videtur de præseruatione Deiparæ: quia illud, *Gratia Dei, per Christum in plures abundauit*; cum grano præseruationis istius explicatum habet constantissimum, atque simplicissimum sensum. granum autem hoc piū pariter & probabilissimum est. Regula autē interpretandi Scripturam docet nos, quòd Scripturæ verba sunt in proprio sensu & prout sonant accipienda & interpretanda, quando ex eo nulla absurdum, aut nullum in-

conueniens sequitur. Quale autem absurdum, vel inconueniens sequi dicemus ex propositione hac, *Gratia Dei per Christum abundauit in plures personas, quàm peccatum Adami*; si non est inconueniens dicere quòd Mariam reatus Adami non infecit: gratia autem Dei illam, propter Christi merita, decorauit, & infusione gratiæ maculam peccati præuenit, ita ut non incurreret, nec subiret eam.

Fortè dices absurdum videri quòd dicamus peccatum Adami non in plures, quàm gratia Christi abundasse personas: nedum gratiam Christi in plures quàm peccatum Adami sese dilataste. Cum nascantur omnes filij iræ, prout dicit Paulus, & hoc propter Adami culpam: non autem renascantur omnes & regenerentur gratia & iustitia per Christum.

Veruntamen, ut gratia Christi verè & in rigore dicatur in plures abundasse homines quàm delictum Adami, non requiritur ut plures quàm infecit Adamus, reficeret Christus; sed gratiam illius tot posse perficere, quot Adami delictum inficere: & de facto perfecisse aliquem, præsertim perfectione maxima, quem Adami culpa non infecit. Abundantia siquidem non tam efficaciam, quàm virtutem ad effluentiam significat. Aliàs abundantius esset malum quàm bonum, infernus quàm cælum, gurgesciuitatis, quàm fluuius exundans deserti, & denique bona valetudine quilibet morbus. Præsertim quòd gratia Christi quoad

271.
*Arguitur ad
idem.*

Ephes. 3.

272.
*Occurrit
argumenti*

*Quid sit
abundantia?*

effica

efficaciam multos, innumerabiles etiam glorificauit. Si quidem Ioannes vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, tribubus, & linguis stantes ante thronum. Et constat malorum vires ac vitiorum robora, non commensurari totidem bonorum ac virtutum gradibus: sed vni illorum eorum correspondere multos, vt sit victoria. Quoniã malum ex quocumque defectu, bonum autem non confurgit nisi ex integra causa. Quare plurius efficaciz arguitur in vnius tantum animæ sanctificatione, quam in cunctorum hominum æterna strage. illud pro diuina gratia, hoc aduersum lethalem culpam. Sicut maioris industriæ est vnã a fundamentis domum erigere, quam plures demoliri, & solo æquare. Vnde vbicumque abundauit iniquitas, ibi necesse est abundet gratia.

Quodd si vrgeas, abundantioris virtutis esse reparare perditã, quam præcauere ne intereat, vt patet in suscitatione mortui, & impij conuersione, de qua gaudium est in cælo plusquam supra nonagintos a lapsu præseruatos. Vt igitur copiosa esset apud Christum Dominum redemptio, consultius fuisset Virginem a culpa erigere quam præseruare. At si discipulis Christus Luc. 10. vers. 19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.* Quid Virgini (cui contulit Deus non calcare tantum, sed conterere, non modò

corpus, sed etiam caput) nocere pateretur. Ad argumentum autè respondeo cum Seneca dicente lib. 5. de benef. c. 36. *Quis piũ dicet Aneam, si patriã capi voluerit, ut captiuitate patrẽ eripiat? Grauisima infamia est medici opus quærere.* hoc est, si decuit dignitatem maternam nulla vnquam sorde inquinari, non cederet in gloriam filij, dare lapsui locum, vt eam e medio lapsus eriperet, & sic sese validiorem per omnia, & inclitè piũ ostentaret. Vnde non semper grandiora conducibiliora creduntur. Ob id enim Deus, qui meliorem potest potuitque facere mundum: hunc tamen, vt conducibiliorem, & magis ad rem elegit, effecit & patrauit.

Pleraque cumulare possem, ad rem aded magnam, præsidia: sed quoniam intra litteras sacras hæc mihi potissimum literaliter emicuerunt: vtique locus Pauli, verbum Angeli, & canticum Virginis: adeo ab omnibus aliis supersedi, & hæc tantum propalare curauit; propalaturus fortassis, cætera quæ mysticum sensum inuoluunt, & fidem concionatoriam requirunt, si tamen pacatis oculis nos Deus prospiciat, adspiret gratus, auxiliatur beneuolus, precibus inclinatus eiusdem Deiparæ Virginis, absque omni labe conceptæ: cui laus cum filio, & pax mihi seruo.

Amen.

D d . 2 C A P .

Apo. 7. v. 9.
Gratia Christi
sua efficacia.

273.

Magna vis
qua reparat
perdita.

Privilegium
Maria.

CAPVT XXII.

*Respondetur quinto argu-
mento secundi capituli,
quoad tertiam partem
ex Romanorum 5. 18. &
ostenditur quomodo tam
late pateat gratia per
Christum in homines, quam
peccatum & mors per
Adam: cum tamen om-
nes nascantur filij iræ,
non verò omnes regene-
rentur filij Dei.*

274.

IN hac parte difficultatem faciunt non tantum quæ de pueris absque Baptismo decedentibus obiecta sunt; verum quæ de adultis numquam baptizatis, & quæ de baptizatis in Baptismi gratia vsque ad finem non perseverantibus obiici poterant. Hos tamen omnes Adami delictum perdidit in mortem æternam, quorum tamen nullum donum Christi transtulit in vitam beatam, ex quo videtur inferius debiliusque donum Christi, ac minus late patens damno Adami.

275.

Hunc scrupulum ut declinet Caietanus dicit comparisonem istam & collationem inter nocumenta Adami & Christi emolumenta intelligendam esse quantum ad sufficientiam; vtpote quod gratia Christi tot valet re-

ctificare homines quantum est ex se, quot Adami peccatum perdere & obliquos facere: quia sicut peccatum Adami genus humanum infecit, ita gratia Christi illud sufficientissime reparavit. At quantum ad efficaciam disparitatem esse: quia licet potentior sit gratia Christi peccato hominis (vtpote quod illa procedit ex immensitate bonitatis diuinæ, illud autem ex infirmitate voluntatis humanæ. Propter quod iure reprobatum verbum Cain, *Maior est iniquitas mea*, (vt hinc D. Thomas notat) plura tamen ex parte hominum requiruntur ad obtinendam gratiã rectificantem, quam ad contrahendam originalem labem inficientem.

Cæterum licet doctrina hæc verissima sit: quia tamen si legitima foret huius loci interpretatio nullam possemus ex illo efficaciam gratiæ Christi colligere, sed solam sufficientiam: cum qua stare potuit omnimoda suspensio efficaciam, vt stat de facto respectu multorum qui fidem Christi respuunt: cum tamen Paulus in præsentiarum magnificare voluit proventus gratiæ Christi, & eius exuberantiam, atque (vt D. Thomas ait) efficaciam super peccati nocumenta: ideo melius breuiusque dici potest. Primò elogium hoc explicari per subsequens quod ita habet, *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam iusti constituuntur multi.* Secundò comparationem istam fieri inter vtrumque Adamum tamquam

Gen. 4.

276.

D. Th. 5. ad Rom. 5. lect.

Primum dicitur.

Rom 5. 19.

Secundum dicitur.

quam

quam inter Patrem & Patrem respectu filiorum suorum, ita ut sicut Adamus in omnes filios suos, & tantum in filios suos de facto mortem animæ inuexit, sic Christus in suos vitam spiritus: quia sicut Adam non aliter transfudit in homines nisi per seminalem propagationem generando eos; ita nec Christus gratiam suam nisi per spiritum fidei regenerando illos. Et sicut Adam quotquot illo modo generat, generando inficit efficaciter, sic Christus quotquot illo modo regenerat efficaciter iustificat. Unde sicut homines, quos sic Adamus generaret, nõ inficeret, sic Christus quos sic non generat non iustificat.

Tertio dici potest quod comparatio illa omnium & omnium hominum sufficienter saluatur per hoc, quod sicut nullus moritur nisi propter peccatũ Adami, sic nullus iustificatur nisi per gratiam Christi. Non autẽ opus est quod tot iustificentur per iustitiam Christi; quot per peccatum Adami coinquinantur. Velut ad hoc ut hoc dicamus quod sicut tenebræ operiunt terrea omnia, sic lux illustrat omnia, non opus est ut subterranea etiã lux penetret, sed sufficit nulla loca nisi luce illustrari. Quo sensu de Christo mudi luce dictum est, quod illuminat omnem hominem. Et de peccato Adami quod vniuersum genus humanum infecit, licet non infecerit Heuam, & homines qui miraculose possent procreari.

Quod si obiicias dixisse Paulum gratiam Christi profuisse

pluribus quàm nocuisset peccatum Adami, dixit enim, *Si vnins delicto omnes mortui sunt, multo magis gratia Christi in plures abundauit.* Respondet S. Thomas ex D. Th. 3. ad Augustino, quod *ly in plures*, non stat hic comparatiuè, sed absolute, ita ut sit idem quod in multos, ut habetur in Græco dicente, *εις τὸ πολλόν.* Secundò ex Ambrosio quod etiam si sumatur comparatiuè, adhuc habet legitimum sensum, qui consistit in hoc quod quamuis peccato actuali Adami, multi mortui sunt, imitando eum in præuicatione: at non omnes hae se imitatione implicarunt, quorum tamen multos Christus sua gratia corripuit.

Sed quia verè Paulus non agit de peccato per imitationem, sed per communicationem, utique de peccato originali per traducem inducto, ideo aliter respondetur quod *ly in plures* stat pro illis quos peccatum Adami non potuit inficere, aut non infecit, gratia tamen Christi potuit reficere & refecit, uti Heua, & Maria, & ipse Christus, & quotquot Dei miraculo possunt fieri absque propagatione seminali. Unde Primasius, *Plus preualuit iustitia in viuificando, quàm peccatum in occidendo, quia Adæ peccatum & se & suos posteros interfecit, Christus autem & quos in corpore inuenit, & suam humanitatem, & posteros saluauit.*

Præterquam quod, ut idem Primasius præmiserat, *Hic abundantiam gratia Apostoli doctrina commendat, quia non tantum Adæ debitum, quod solum usque ad le-*

Primas. 3. ad Rom. 5.

279.

277.

Tertium di-
sum.

Joan. 1.

278.

Obiectiõni
succurritur.

gem tyrannica dominatione regnabat, sed etiam innumeras offensas prauaricationis & reprobæ conuersationis redemptoris bonitas redonauit. Propterea dixit, nam iudicium quidem ab uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Quare Christus plures iustificauit, quã Adamus perdidit: quia longè plurium peccatorum absterfit maculas, quarum pluralitas pluribus æquipollebat peccatoribus: vt moneta quæ plurimum pretij habet, pluribus æquipollet monetis, & plures moneta dicitur, & plures nummæ, & peccatum pluribus diuersarum specierum circumstantiis affectum dicitur plura peccata.

CAPVT XXIII.

Respondetur quinto argumento secundi capituli, quoad quartam partem ex Romanorum 5. 20. & ostenditur quid sit subintrasse legem, vt abundaret peccatum.

Verficulus iste lubricus est, aut esse videtur: cum in primo limine transuersum habeat offendiculum, vtique ly *subintravit lex*. Quod verbum suspectæ semper significationis est, atque perpetuò in malam partem assumptum, vt ad Galatas 2. *Subintroierunt explorantes libertatem*. & in epistola Iudæ, *Subin-*

troierunt homines impy, transferentes gratiam in luxuriam. Et iure quidem in malam accipitur partem, quoniam suapte natura significat idem ac furtim, clanculum, & latenter intrare. Quod tamen pugnat cum lege, quæ ritu solemnè adstantibus cunctis stabilita, data atque euulgata est.

Sed (vt Chrysostronus & Theophylactus dicunt) legem subintrasse idem est atque ad tempus intrasse, vtique vsque ad Euangelium, in cuius locum subrogata est. Seu (vt Theodoretus vult) lex subintravit, quoniam promissionum finis erat Christus lege præsignatus, seu latens in lege. Vel (vt D. Thomas) quia lex intravit media inter peccatum hominum & gratiam Christi. Seu (vt Hieronymus & Haimo) quia lex subito intravit, id est, præter spem, & expectationem, quia nulli de lege cogitatio subierat, quando Deus iussit vt præmuniretur populus ad accipiendam legem. In quibus omnibus expositionibus, nihil, quod malè audiat, perstrepat. Saluatur enim significatio verbi *subintravit*, absque aliqua latetia furtiua & irreptione.

Nihilominus cum ly *subintrare* apud litteras sacras latentem & clancularium ingressum denotet, mirum est si hic tantum extraheretur à proprio significato. Maximè quòd, (si mea non me fallit opinio) in germana significatione sumptum, tantum abest vt offendicula paret nostro elogio, quòd potius ad expeditionem illius viam munitissimam sternat.

Exodi 20.
18.281.
Legem subintrasse quid.D. Thom. 3.
Rom. 5. lect.
6.282.
Subintravit
verbum.

283.

Sanè varias eàsque verissimas expositiones subire oraculum hoc omnes sanctorum Patrum, utique Chrysofomi, Theodoret, Ambrosij, Hieronymi & similia enarrationes ostendunt: quas ad tria tantum capita D.

D. Th. 5. ad Rom. 5 lect. 6.

Rom. 5.

Thomas reducit, docens tripliciter posse explicari elogiū hoc, *Lex subintravit, ut abundaret delictum*, primò accipiēdo quidem non causaliter, sed consequenter hanc particulam *ut*, quia, & verū est, quòd lex suapte natura potius aufert quàm auget peccata, cuius gratia dictum est, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccem tibi.* & etiam exploratum est quòd post latam legem plura grauioraque eruperunt crimina. Secundò accipiēdo eandem particulam *ut*, causaliter per ordinem ad ipsa delicta, ut in cognitione, non autem in exequutione: quia certum est quòd lex causat delictorum cognitionem. Scriptum est enim, *Per legem cognitio peccati.* vnde cum Scripturæ phrasi, tunc aliqua dicantur fieri, cum innotescunt, idem est, subintrasse legem, ut abundaret peccatum, atque subintrasse ut abundaret peccati cognitio. Tertio accipiēdo eandem particulam *ut*, causaliter, at non respectu delictorum, sed respectu alicuius finis illorum, qui interdum est ipsorum delinquentium humiliatio, ut in Dauid, qui dixit, *Prinquam humiliarer ego deliqui.*

Phil. 118.

Rom. 3.

Cum igitur tam ex his expositionibus ad verbū Pauli, quàm ex eiusdem Pauli elogiis aperte colligatur, quòd licet lata lex

neminem deteriore fecerit, ipsa tamen lata plures deteriores eruperint: consequens est quòd ingressus legis ex hac parte infauit hominibus, cesserit, & proinde quòd iure ad eos non tota fronte, sed velut velo obducto intrauerit; quoniam non tantum qui malè agit, odit lucem, verum qui malo ansam & occasionem vel inuitus præbet, ut præstitit lex, dicente Paulo, *Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

Rom. 7. 13.

Aptè igitur ac sapienter Paulus hoc verbo *subintravit* vsus est. Maximè dicente Chrysofomo consultò id fecisse ad retundendam vanam Iudæorum de lege sua iactantiam. Verba Chrysofomi sunt: *Opportune de lege questionem mouet, ut gloriam, quam Iudæi de illa iactabant, deinceps amputaret. Non solum non (inquit) illa profuit, non solum non auxiliata est, sed morbus ipse ipsa subente auctus est.* Si igitur is hic scopus & consilium Pauli, quibus eum potuit ad exitum cōuenienter producere, quàm notando in primis ac monendo, quòd vel ipsa lex velut imperfectionis suæ conscia, non tam inflato erectoque collo, quàm demisso & abiecto vultu illapsa est, more illorum qui ob mali aliquam conceptam expectationem demisso incedunt vultu, nec prodire sultinent, sed clanculum se intrò coniiciunt.

285.

Chryf sent. 10.

Quòd si obiicias sequi ex his quòd Paulus potius debuisset dicere delictum abundasse ut subintraret lex, quàm legem subintrasse ut abundaret delictum.

286.

Obiectio.

Respon

283.

D. Th. 5. ad Rom. 5 lect. 6.

Rom. 5.

Phil. 118.

Rom. 3.

Phil. 118.

284.

Cum igitur tam ex his expositionibus ad verbū Pauli, quàm ex eiusdem Pauli elogiis aperte colligatur, quòd licet lata lex

Respondetur negādo sequelam. Tum quoniam abundantia delicti, per se supponit legem. Tū quia verbo subintrandi futurus euentus designatus est. Tum quoniam loquutio de abundantia delicti ad positionem legis est propria: illa autem de subintrante lege est metaphorica, secundum prosopopœiam attribuentem in animis rebus, ea quæ tantum rationalium sunt, utique anxietatem & quasi pudorem legi, ob infaustos ad eam consequuturos effectus, ut anxietur medicus præsciens quod præsentia sua, licet non causa sua, morbus ingrauescit infirmi.

287.

Dici etiam potest quod Paulus uti voluit verbo *subintravit*, significante latentem ac furtivum ingressum, ut sic denotaret, quod licet lex lata fuerit magna pompa ex parte Dei ferentis, ex parte tamen sua ob depravationem recipientis eisdem profus euentus sortita est, quos fortiri solent, qui clanculum ac furtivè in alienas domos irrumpunt; utique rei familiaris maximum detrimentum. Sanè sine prædonibus istis prædæ non essent: neque prævaricationes sine lege. Conuenienter ergo dictum est subintrasse legem ut abundaret peccatum; quia subintrare est illorum qui sibi consicij intrant.

CAPVT XXIV.

Respondetur sexto argumento secundi capituli,

quoad primam partem ex Romanorum 6. 2. & explicatur locus, Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

EX hoc factatissimo Pauli ^{288.} *Elogio nefarij quidam atque scelerati homines, uti Calvinus & eius asseclæ apud Bellarminum nefarium quoddam ac sceleratum dogma euellere conati sunt. nimirum admissam semel gratiam & in corde habitam amitti neutiquam posse saltem à prædestinatis & electis: quoniam interrogationis forma in huiusmodi propositionibus eximix affirmationis vis est, unde idem est, Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? ac si asseueranter dixisset, ex quo per iustitiæ vitam mortui sumus peccato, non patet iterum ad mortem accessus.*

Hareticorum dogma. Calvin. lib. 3. instit. c. 1. §. 12. Bellar. lib. 3. de iustific. c. 14. tom. 3.

Et ne hoc vnq̄ telo arcem concutiant fidei, cumulant. Primum illud Matth. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere. Secundò illud Ioan. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam. Tertiò illud Ioan. 6. Qui manducal hunc panem viuet in æternum. Quartò illud Pauli, Charitas numquam excidit; utpote quod aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam, & Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi? Certus sum enim, quia ne-**

^{289.} *Ecce argumens.*

Ioan. 14. 12.

Ioan. 6. 53.

1. Cor. 13. 8.

Rom. 8. 39.

que

que mors, neque vita, &c. poterunt nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu. Denique 1. Ioannis 3. Qui natus est ex Deo peccatum non faciet: quoniam semen illius in eo manet, & non potest peccare. quoniam ex Deo natus est.

Quia tamen delirium hoc satis potest expugnari ex his quaerato calamo alibi a nobis discussa sunt, ubi contra VVicleph. ostendimus electos & iustos, utique Adamum, Abrahamum, D. Paulum a gratia peccando cecidisse, & a gratia decidisse fastigio, ideo paucis nunc, insuperabilibus tamen hoc litigium absoluemus. Vtique illo Ezechielis, Cum auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in illa. & illo Ioannis, Omne palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. His enim plane ostenditur iustorum gratiam amissibilem esse, cum neque iustus possit a iustitia aliter se auertere, neque praecidi ut palmes, nisi amittendo vitam, quam cum vite habebat, hoc est, in Christo Deo, qui est vitis vera. Imò de facto aliquos ab huiusmodi vita excidisse testatus est Paulus, dicens, Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Quid clarius?

Quinimò elogio nostro (licet alias difficillimo, & in ipse compianabimus. Sanè (ut rem omnem expendamus vtrunque) cum Paulus ad calcem praecedentis capitis asseruisset, Vbi abundavit delictum, superabundavit & gratia; consequenter initio huius capitis, ut errandi ansam

praecideret, arguendo subiecit, Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? hoc est, (iuxta omnes) numquid semper peccandum est, & peccatum peccato cumulandum ut gratia abundet? & respondet, dicens, Absit. id est, apage, neutiquam. Rationem subdit, inquiens: Sa enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? id est, si verum est, quod peccato mortui sumus, ut verum esse è vestigio ostendit, dicens, An ignoratis fratres quod quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem; consequens est quod omni motu, sensu & actu peccato obsecundante carere debeamus, ut caret qui mortuus ac sepultus est. Quod adhuc roboravit, adiiciens, Hoc scientes, quia

vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato; qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato; utique quoniam mors abolet omnes actiones vitae respectu eius, cuius est mors. Quare qui mortuus est peccato, priuatus perinde manet ab officiis vitae subseruiantis peccato.

Quia verò haec intelligenda erant, non quidem secundum necessitatem, ita ut semel mortuus peccato, non posset iterum rediuiuere illi, (ut contendunt haeretici, quia morientes non viuunt) sed secundum debitum ac status gratiae rationem & professionem: subdidit ipse Paulus illico exhortatoriam conclusionem, dicens, Scientes quod Chri-

Ioan. 3. 9.

190.
Laurea Sal-
matina cer-
tamne 8. c.
8. n. 42.
Dogma here-
ticorum dilui-
tur.

Ezech. 18.

Ioan. 15.

Ad Galat. 5.
4.

191.

Rom. 5. vit.

Rom. 6. 5.

Rom. 6. 6.

192.

Rom. 6. 9.

stus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & vos existimate, vos quidem mortuos esse peccato; uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete uos Deo tamquam ex mortuis iustitia uiuentes, & membra uestra arma iustitia Deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Cuius tamen exhortationis prolixum pariter ac uanum opus fuisset, si semel mortuus peccato, non posset adhuc peccato rediuiuere, & iustitiæ mori: ut extra frugem esset exhortari mortuos sepulchris delitescentes, ne iterum se implicarent commerciiis uitæ huius. Hoc ergo testimonio potius catholicum quam hæreticum dogma stabilitur.

Neque aduersaria tela nos terrēt. Primum enim ex Matth. 7. si aliquid probaret, perinde concluderet: tum quod iustus numquam posset peccare, quod tamē ipsi Calvinistæ negāt. Tum quod peccatores numquam resipiscere potuissent, nec fideles credere, quia etiam ibi scriptum est; *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* Quod si dixerint hoc intelligendum esse in sensu composito, ita ut sensus sit, quod malus prout sic non potest boni aliquid facere: pariter dico intelligendum esse illud de iustis, qui prout tales sunt, non possunt mali aliquid gerere.

Secundum etiam ex Ioan. 4. tantum probat quod gratiæ fonte perenniter effluente eis cessabit sitis; at non asserit exsiccati obstruere non posse, ut non effluat, & sitim sedet, atque præpediat.

Tertium ex Ioan. 6. tantum ostendit quod quantum est ex meritis dignæ illius manducationis uita æterna habebitur, quoniam per illā habetur Christus, qui uita æterna est: sed non asserit quod Christus semel sic obtentus exterminabilis à manducante non sit; sicut neque quod manducans reddatur impæccabilis.

Quartum in eo tantum obtinet quod charitas infracta semper in laboribus, atque ærumnis est, utpote nihil indignè ferens, sed omnia sufferens, sustinens benigna, ac patiens, non tamen infracta & inflexibilis: imò & quæ patientibus tantam alacritatem impertitur, ut faciat illos in tribulationibus gloriari, & à laboribus ipsis patientiæ donum haurire. Quæ pœnis autem non cedit, cedit culpis omni pœna grauioribus & acrioribus. Quare Paulus prouocans ad singulare certamen omnia mala pœnæ contra charitatem, mala culpæ non laceffuit. Sed licet dixerit, *Certus sum enim quod neque mors, neque uita, &c. neque creatura alia poterit nos separare à charitate Christi;* non tamen dixit: *Certus sum quod neque homicidium, neque adulterium, neque peccatum aliquod poterit me separare à charitate Dei.* Imò neque dixit, *certus sum quod nihil poterit*

294.

295.

296.

293.

Oppugnantur
tela aduersa-
riorum.

Matth. 7. 18.

Rom. 8.

terit

terit nos separare à charitate Dei ; quia licet charitas nunquam ex se excidat , nos tamen ab illa interdum per peccata excidimus.

297.

D. Thom. 3.
1022. 3.

Ad vltimum respondetur vt ad primum ex Matth. 7. intelligendum enim est (vt ait D. Thomas) reduplicatiue , hoc est, natus ex Deo prout sic. Seu talis regenerationis natiuitate retenta. Is enim nec peccat , nec potest peccare, ad modum (ait D. Thomas) quod bonus scriptor non potest malè scribere , atque etià arbor bona malos fructus facere.

C A P V T X X V.

Respondetur sexto argumēto secundi capituli , quoad secundam partem , ex Romanorum 6. 13. & explicatur locus , Stipendia peccati mors , gratia autem Dei vita æterna.

298.
Beda s. ad Rom. 6.
Aug. in Enchir. c. 10.
cp. 105. & lib. de gra & lib. arb. c. 6.

ELogium hoc sic Beda ex Augustino explicat. Stipedium pro opere militiæ debitum redditur , non donatur. Ideo dixit, *Stipedium peccati mors*; vt peccato non immeritò illatam , sed debitam demonstraret. Gratia verò nisi gratis est , gratia non est. Intelligendum est igitur etià ipsa hominis bona merita esse Dei munera , quibus cum vita æterna redditur , quid nisi gratia pro gratia redditur.

Pro horum intelligentia sciendum est primò cum D. Thomas quòd stipendia dicuntur mercede militum à stipe pendenda & ponderanda, quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur: inde stipendiarij milites : & stipendia pendere, pro eo quod est soluere æs militare. Antiqui enim (ait Isidorus 15. Etymol. cap. 18.) appendere pecuniam soliti erant , magis quam numerare. Seu (vt Theodoretus & Theophylactus habent) stipendium significat thesseram frumentariam militum , seu cibarium quod ab Imperatore militibus erogabatur. Vnde Paulus, *Quis vniquam militat suis stipendiis?* Quoniam stipendium militiam , ærumnam , & labores significat, iuxta id Iustini, *Herculi Rex cui duodecim stipendia debebat.* id est, (secundum Turnebum) duodecim Herculis labores. & iuxta id Horatij,

299.
Stipendium: quid est unde.
D. Th. 3. ad Rom. 6. lect. 4.

Isidor. 15.
Etym. c. 18.

1. Cor. 4.

Iustin. lib. 2.

Turneb. aduersar. lib. 30. c. 27. n. 1.
Hora. Epod. od. 17.

Quæ finis , aut quod me manet stipendium
Efflare : iussas cum fide poenas luam.

Sunt & stipendia anni militiæ , vnde duodecim stipendia habere est duodecim annis militasse. Quia ergo peccatores (ait D. Thomas) peccato militant, exhibentes corpora sua arma peccato , mors dicitur stipendium peccati , vel retributio quam peccatum soluit sibi seruientibus. Etenim cum Paulus considerauerit peccatum vt Regem & Imperatorem impiorum , dicens , *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore*; consequenter tribuit ei Regis &

300.

Imperatoris genuina, utique milites & stipendia.

Sciendum secundò, quòd licet vita æterna verè sit corona iustorum, & merces bonorum operum in adultis hominibus, nihilominus dicitur in præfenti gratia & donum gratuitum potius quàm stipendium, præmium aut merces: quoniam vita æterna est secundum prædestinationem finis effectus prædestinationis, quæ omnino gratis contingit: & quoniã illius semen est gratia; ad eũ modũ quo spiritus gratiæ vivificantis & iustificantis dicitur spiritus fidei, vel fides iustificans, Rom. 3. quoniam fides est initium salutis in nobis, ut habet Tridentinum ex Paulo.

Aliter etiam & aliter possumus hunc locum simplicius explicare. Primò cum Glossa dicente præmium iustorum vocari gratiam, quia Deus præmiat ultra condignum. Secundò cum Hugone Cardinali sic quòd sicut *ly stipendia peccati mors*; idem est ac mortem inferri hominibus, propter sua peccata; sic gratia Dei vita æterna idem sit atque vitam æternam dari propter gratiam inhaerentem, & præexistentem in anima, & propter effectus illius, qui sunt bona merita iustorum.

C A P V T XXVI.

Respondetur septimo argumento secundi capituli, ex Romanorum 7. 14. & explicatur rebellio appe-

tus contra rationem, de qua Paulus toto hoc capite septimo.

Svis hinc coloribus pingitur Sappetitus sensitivi præcitas contra rationem, quæ tanta tamque insolens est, ut homini præesse ambiat, & ex parte habeat, tamquam vir uxori, dicente Paulo, *An ignoratis fratres, quis lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier vivente viro alligata est legi. hoc est, iuxta Montani argumentam expositionem, Non secus se habet homo, homo, inquam, peccat legi obnoxius, dum vivit in ipso lex illa, atque femina in coniugio quãdiu vivit vir. Illa enim cum coniugij legibus teneatur, uni viro subiecta inseruit, sicut scriptum est, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ex illo concipit proles quas parit, educat, & alit, nec ad alium refert, quàm ad virum, cuius proles sunt, hæredesque constituuntur legibus, & nomen & familiam conseruant. Atque inserim dum vir vivit si mulier alteri coniungatur, adultera habetur: atque ex illo altero si concipit & parit, proles non indicatur legitima. Quid amplius peccati lex inolescere potuit, quàm se virum gerere, hominem verò ut feminam agere, & in omnes affectus illius dominatum gerere.*

Inde est quod Paulus profiteatur, dicens, *Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. & idè, Scio enim quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum; nam*

velle.

301.

*vita æterna
quæ*

Trid. sessio
ne 6. c. 18.
ex Paulo
Heb. 11.

302.

303.
*Insolentia
posita.*

304.
Rom. 7. 15

Rom. 7. 20.

velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. & infra. Inuenio igitur in membris meis legem repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in legem peccati, quae est in membris meis: utique quoniam concupiscentiae vis, quae peccati lex est, non secus nostri, ac vir foeminae dominari contendit, & fatagit, ita ut per omnia obtemperemus nutibus atque monitis eius prorsus corruptissimis.

Et quidem aded corruptis & execrandis, ut propter eos non dubitauerit Paulus peccati nomen concupiscentiae adscribere, dicens, Cum essemus in carne passionibus peccatorum quae per legem operantur (utique peccati carnis) operabantur in membris nostris; id est, passiones, affectus & concupiscentiae, quae est lex peccati. & infra, Peccatum non cognoui nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces. id est, antequam venisset lex, existimabam concupiscentiae affectus esse vitium naturae, siue infirmitatem, velut febris, farnis, sitis, &c. non autem peccatum contra voluntatem consiliumque Dei. Et infra, Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Quae omnino intelliguntur de peccati fomite, iuxta Anselmum. Et subdit, Peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit, quod est proprium fomitis. Et paucis interiectis, Peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Ego au-

tem carnis sum, & venundatus sub peccato. Nunc autem iam non ego operor, sed quod habitat in me peccatum. & versu 20. Si quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

His tamen non obstantibus libertas arbitrii illaesa & integra manet: siquidem concupiscentia quantumcumque alliciente, attrahente, instigante & impellente, semper voluntas manet libera, & regnum rationis supereminens, dicente Domino ad Caim, Subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. utique appetitus peccati, de quo proxime dixerat, Si male egeris, statim peccatum in foribus tuis erit. item Ecclesiastici 15. Dominus reliquit hominem in manu consilii sui: adiecit illi mandata & praecepta, bonum & malum, vitam & mortem, quod voluerit, dabitur illi.

Vnde Augustinus, Noli consentire concupiscentiae tuae: non est unde concipiat nisi de te. & Bernardus qui etiam serm. 11. in Psalmo Qui habitat, adducit ad hoc illud Ecclesiastici 18. A voluntatibus tuis auertere, & post concupiscentias tuas ne eas. Quae frustra monerentur, si contra libertatem arbitrii concupiscentiae motus praualerent.

Et licet ipse Bernardus dicat, Propter carnem homo vanitati similis factus est, quia ex illa vitium concupiscentiae traxit, quo captiuus tenetur & incuruatur, ut diligat vanitatem & iniquitatem operetur. idem tamen alibi ait, Cum cognitio suppetit, & velle adiacet, quid agis, quod perficere bonum non in-

Rom. 7. 5.

306.

Libertum arbitrium.

Gen. 4. 7.

307.

Aug. lib. 50. hom. hom. 40. Bernard. de gratia & lib. arbitrio.

308.

Bernard. lib. meditat. c. 3. Psal. 143.

Bernard. ser. 4. de ascensio.

uenis? sed asini quidam & bestiales motus legem contrariam habent, & captiuare te volunt. Vrget te cum ieiunare consentis gula illecebra, cum vigilare proponis somnolentia premit. Quid faciemus huic asino? asinum enim istud est, commune cum asinis, quia homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ascende Domine super asinum istum, conculca hos bestiales motus, quia domari debent, ne dominari proualeant. Nisi enim calcati fuerint, conculcabunt nos, nisi premantur, oppriment nos. itaque sicut qui in gurgite vehementis fluminis est, nisi obstiterit, rapietur à gurgite: quia tamen obstare potest, non necessario, sed ex recordia absorbebitur. Ita in presenti.

309.

Modi mouendi duo.

D. Th. 1. 2. q. 10. 2. 3.

Vt autem hoc perfectius intelligatur, obseruandum est cum D. Thoma, quòd passiones appetitus sensitui dupliciter possunt mouere voluntatem. Primò obsecrando iudicium rationis. Secundò relinquendo eum liberum & illæsum omnino, vel saltem aliquo modo. Prior mouendi modus non subest libero arbitrio, magis quàm omnes alie corporales transmutationes famis, sitis, &c. quare homines ab illo, non vt homines, sed vt bruta mouentur; quoniam ex necessitate sequuntur passionis impetum, vt videre est in amentibus, furore percitis, & similibus. Secundus verò modus vel omnino, vel aliquo modo rationi subicitur, prout ratio (quæ arces tenet in homine) vel nullo modo, vel aliquo modo obsecratur. Tunc enim, cum vel media ra-

tionis scintilla præstet omni sensationis flammæ, (propter quod ratio præeminet sensui) consequens est, vt quando in sua vi manet, vel ex toto vel ex parte possit passioni resistere, & saltem non consentiendo repugnare, vt præfectus qui rationis est compos resistit subditi conatibus improbis saltem non acquiescendo.

Neque obstant quæ de lege coniugij ex primo versu obiecta sunt ad significandam subiectionem hominis ad legem peccati, seu concupiscentiæ tyrannidem, more vxorata quæ tota viri est, viri per omnia obstricta nutibus, & imperiis deuincta. Quoniam id intelligendum est quantum ad portionem inferiorem carnis, non verò quantum ad superiorem spiritus, dicente Paulo, *Cum enim essemus in carne*, (id est, carnaliter viuentes) *passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti*, item vers. 18. *Non ego operor, sed quod habitat in me peccatum*. scio enim quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.

Quod adhuc expressius reddit, inquiens, *Inuenio ergo legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis*. His enim locis non solum planè distinguit inter se & peccatricem carnem, innuens quòd ipse longè alterius iuris sit ab illa, aded vt non sint sua, quæ illius opera: verùm aperte asserit hanc legem peccati habitare in carne & in membris, vt intelli-

gamus

310.

Rom. 7. 5.

Rom. 7. 18.

Rom. 7. 17.

311.

gamus concupiscentiæ tyrannidem seu peccati legem inferiori portioni præesse tamquam vir eius, non autem superiori.

Ex quo sequitur operationes illas quas velut lege coniugij operabatur Paulus, fuisse meras operationes portiois inferioris, vtique carnis, non verò superioris, vtique spiritus & rationis. Propter quod dixit Paulus, *Quod enim operor non intelligo*, vt pote quod motus appetitus sensitiui sæpè præueniunt, & anteuertunt iudicium rationis, adhuc in renatis & iustis; quoniam ex improviso & subito ad nefaria pertrahunt illud, quod est veluti captiuitate in legem peccati quantum est ex vi tam subitæ, tamque exorbitantis suggestionis. Ecce qualiter cum vehementia passionis & cum procacitate appetitus aduersus rationem stat optime libertas arbitrij, & rationis rectæ incolumitas.

Neque rursus obstat concupiscentiæ motus vocari peccatum à Paulo, quod sine influxu rationis illæse stare non potest, & proinde in hac etiam regnare peccatum. Quoniam non appellantur peccatum, quasi verè & propriè sint peccatum, vt contendunt hæretici apud Bellarminum. Sunt enim motus omnino naturales & necessarij quando omnimodam deliberationem præcedunt, & proinde numerandi cum passionibus naturalibus sitis, famis, somni, &c. sed appellantur peccatum, quia & à peccato sunt, & ad peccatum inclinant, prout habet Tridentinum, vt mors appellatur pallida, quia

reddit corpora pallida. Quod Augustinus docuit, dicens, *Sicut vocatur frigus pigrum, quia pigros homines faciat, sic & concupiscentia peccatum, quia ad peccatum inducit.*

Sed obiicies peccatum, de quo hæc Paulus, tolli per Christum, secundum id versus 4. *Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.* Quasi diceret, iam vos quasi mortui soluti estis à lege peccati: mortui enim estis peccato. At Christus non tollit concupiscentiam in renatis; siquidem dixit Paulus, *Inferlix ego homo, quis me liberabit de corpore.* sed tollit peccata & culpas. Ergo concupiscentiæ morbus verè sunt peccata. Neque valet dicere quod hæc dixit Paulus ad significandum Iudæos solutos esse à lege per mortem Christi; quoniam hæc morte Christi mortificata & mortua fuerat, & proinde sine vi obligandi, vt contingit in lege matrimonij quando vir moritur. Non, inquam, valet, quoniam licet hæc verum sit, at etiam verum est quod ex vtriusque legis cessatione vtique coniugij & Mosaicæ interuentu mortis, docuit Paulus cessationem illius legis peccati, de qua dixerat, *Inuenio aliam legem in membris meis, & hanc causatam in nobis per mortem à peccatis ex coniunctione ad Christum.*

Quare aliter respondendū est. Primò quod potius argumento isto concluditur concupiscentiæ morbum non esse propriè culpam,

Aug. de imp. p. & concupiscentia cap. 2.

314. Obiectio. Rom. 7. 4.

Rom. 7. 21.

315. Responso prima.

311. Operationes Pauli qua.

Rom. 7. 15.

313.

Bellar lib. 5. de amissione gratia c. 5.

Trid. sess. 5. Decreto de peccato originali.



pam, quoniam omne genus culpæ per iustificationem deletur: cum tamen istiusmodi fomes non extinguitur, dicente Apostolo de se, *Sentio aliam legem in membris meis.* Quod autem peccatum de quo hic Paulus, seu lex peccati non sit in mente, sed in carne, docuit ipse, dicens, *Mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati.*

316.
Resp. secun-
da.

Secundò respondetur negati- non posse quin is concupiscen-
tia exactor gratia Christi mi-
rum in modum expugnetur, cum
ad illam querimoniam, *Infelix
ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius.* occurrat ipse
met Paulus, dicendo, *Gratia Dei
per Iesum Christum.* utique gratia
habitualis rectificans animam
in ordine ad Deum, & inclinans
eam per habitum charitatis ad
amorem illius, & per alios insu-
fos habitus ad exercitium vir-
tutum, & proinde deturbans, &
à gradu deiiciens concupiscen-
tiæ impetium, consistens in hoc
quod homo concupiscētis obe-
diat, ut patet ex illo, *Non regnet
peccatum in vestro mortali corpore,
ut obediatis concupiscentiis eius.*
Item & gratia actualis præbens
vires ad virtutum officia, & ad
superādas fomitis suggestiones.

317.
Hier. 9. 4.

Inde apud Isaiam pro Chri-
sto scriptum est, *Latibuntur co-
ram te sicut qui latantur in messe,
sicut exultant victores capta præ-
da, quando diuidunt spolia.* Iugum
enim oneris eius, & virgam humeri
eius, & sceptrum exactoris eius su-
perasti. Quod explicans Monta-
nus dixit, *Homini post primum
Parentis peccatum seruitutis condi-*

*tio triplici nomine misera prorsus
manebat: scilicet grauissimum iu-
gum peccatorum: pœna pro pecca-
tis luenda: & concupiscentiæ corru-
ptio, unde assidua multorum sce-
lerum tributa molesto & acri effla-
gitori diabolo conferentur.* Illud
autem primum portandorum
peccatorum grauissimum onus,
iugum humeri eius, vates appella-
uit, iugo Christi suauissimo
prorsus contrarium: pœnam
peccatis commissis debitam,
virgam humeri eius dixit. Illud
porro corruptæ concupiscentiæ
insitum hominibus vitium, vn-
de concepti peccatorum furores
morti (ut Paulus dixit) fructifi-
caturi erant, sceptrum exactoris
eius nuncupauit: quod veluti
basi diaboli in omnes homines
niteretur potestas, quam morte
sua Christus admiranda & arca-
cana ratione deleuit: scriptum
quippe est, *Delens quod aduersus
nos erat chirographum decreti.* (id
est, peccatum, quod erat contra-
rium nobis) & ipsum tulit de me-
dio affigens illud cruci, *spolians
principatus & potestates in se-
metipso.*

Rom. 3.

Coloss. 1.

Itaque gratia Christi deleta
est tota iniquitas, remansit ta-
men infirmitas, ut habet Augu-
stinus: manet enim ad agonem,
iuxta Tridentinum. Vnde rur-
sum Augustinus ait, *Propitius sit
Deus iniquitatibus, cum peccata
dimittit; sanat languores cum desi-
deria praua compescit; propitius sit
iniquitatibus dando indulgentiam,
sanat languores donando continen-
tiam. Illud factum est in Baptismo
consistentibus; hoc in agone certan-
tibus.*

318.

Aug. tra-
ctu 41. in
Ioan.
Trid. sess.
cap. 3.
Aug. tom.
lib. de Can.
cap. 7.

319.

Sed dices: si gratia Christi eripit homines à regno peccati, utique à sceptro exactoris concupiscentiæ, quo iure dixit Paulus adhuc in gratia Dei & in Apostolica dignitate constitutus, *Et ego carnalis sum, venundatus sub peccato.* & *Scio quia non habitat in carne mea bonum.* & *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae.* Hæc enim omnia pertinent ad legem peccati.

Rom. 7. 14.

Ibid. 18.

320.

Orig. 5. ad Rom. 7. Basil. reg. breu. resp. 16.

Aug. lib. 1. contra 1. Epist. Pelagian. c. 10.

Aug. lib. 1. contra Iulian. cap. 16.

Gregor. 2. mor. cap. 15.

Epiph. hæc. res. 64.

Anselm. 5. ad Rom. 7.

Cassian. col. lat. 23.

Hier. lib. 2. contra Pelag.

Propter hæc & similia dixerunt Origenes, Basilius & Augustinus loquutum fuisse Paulum, non quidem in propria persona, sed in persona peccatoris à versu 14. ubi dixit, *Scimus quod lex spiritualis est, ego autem carnalis, venundatus sub peccato.* Sed Augustinus, Gregorius, Epiphanius, Anselmus, & Cassianus quod de iusto, & iniustorum persona, qui ait, *velle adiacet mihi*; quod tamen non est nisi per infusam gratiam. Item, *iam non ego operor illud*, scilicet malum. At non est vox peccatoris, non operor malum. Hieronymus verò intelligit vniuersaliter de omni homine, siue peccatore, siue iusto, siue de seipso pro omni suo statu. Quod ego magis approbo, videns quòd in querimoniam illam, *infelix ego homo*, prorupit Paulus. Ex quo enim non doluit de se, dicens, *infelix ego*, aut, *infelix ego peccator*, sed *infelix ego homo*, innuit quòd deplorabat miseriam communem, non peculiarem. Communis autem miseria non pugnat cum statu gratiæ, neque cum aliquibus bonis operibus moralibus, ne-

dum cum velleitatibus ad bonum. In iusto enim satis est nihil damnationis esse: in peccatore autem quòd non possit bonum perficere, etiam si possit inchoare. Christus enim adiuuat infirmitatem nostram, & de peccato damnauit peccatum in carne, id est, debilitauit carnis fomitem, ait D. Thomas.

Rom. 8. 1.

D. Th. 5. ad Rom. 8.

C A P V T XXVII.

Respondetur octauo argumento secundi capitis, quoad primam partem, ex Romanorum 8. 8. & explicatur locus, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Pro huius versiculi expositione præmittendum in primis est cum Gregorio Magno, aliud esse agere de carne secundum naturam, aliud autem prout corrupta; loquendo enim de illa secundum naturam non solum non est quid damnabile, verum commendabile multum, & valde mirabile, utpote eximium opus Dei affabre elaboratum, ut animaduertit Tertullianus, cum dixit, *Caro & spiritus Dei res, aliam manu eius expressa, aliam afflatu eius consummata.* Alludit enim ad illud Genesis, *Formauit igitur Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite.* & ostendens huiusmodi corporis structuram similem globo terre

321.

Greg. lib. 14. in Job. c. 29.

Tertull. lib. de penit. c. 3.

Gen. 2.

Tertul. lib.
de carne
Christi c. 9.

terræ & aquæ dicit, *Ipsium corpus nostrum utrumque Virginis elementum confutetur, carne terram, sanguine aquam, licet alia sit facies qualitatis. Cæterum quid est sanguis quam rubens humor? Quid caro quam terra cõuersa in figuras suas? Considera singulas qualitates; musculos ut glebas: ossa ut saxa; etiam circum papillas calculos quosdam. Aspice neruorum tenaces connexus ut traduces radicum; & venarum ramosos discursus, ut ambages riuorum: & lanugines ut muscos, & comam ut cespitem; & ipsos medullarum in abdito thesauros ut metalla carnis. Hac omnia terrena originis signa & in Christo fuerunt, hæc sunt qua illum Dei filium celauerunt.*

Vnde carnis nomen honorabiliter plerumque in sacris literis sumitur: vtique Matth. 19. 1. Cor. 6. Ephesiorum 5. Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Iob 19. In carne mea videbo Deum. & sexcenta alia, scilicet Psal. 64. Psal. 15. Psal. 83. Ezech. 36. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Lucæ 3. Videbit omnis caro salutare Dei. Acto- rum 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem.

Loquendo autem de carne prout corrupta, nihil ea vituperabilius: vtpote quod (dicente Paulo) *Caro concupiscit aduersus spiritum, ut non quacumque vultis, illa faciat.* & infra, *Manifesta sunt opera carnis, quæ sũt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, tentationes, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, comestationes, & si-*

milia quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Hoc autem competit carni ab innato sibi appetitu sensitiuo, qui suapte natura propensus est, non quidem in bonum vt sic, seu in bonum simpliciter, hoc enim est obiectum voluntatis, sed in bonum sensibile, vt ait D. Thomas. Imò est propensus in bonum sensibile præter ordinem rationis; seu contrarium rationi: siquidem est lex repugnans legi mentis, & caro concupiscens aduersus spiritum.

Inde est quod apud Paulum plerumque malè audit caro, vti 1. Corinth. 15. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* ad Galatas 6. 8. *Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem.* & præcipuè ad Rom. 8. 1. *Nihil damnationis est his qui sũt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.* & versu 3. *Lex infirmabatur per carnem.* & versu 6. *Prudentia carnis mors est: sapientia carnis inimica est Deo.* & versu 13. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* & iuxta hunc modum intelligendus est verbum versiculi 18. *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* id est, in corruptione carnis & eius luxu. Quod ex subsequẽtib; liquet, quæ habent, *Ves autem non estis in carne, sed in spiritu,* hoc est (iuxta Primaesium) non in carnalibus desideriis, sed in spiritualibus. Neque enim (ait Gregorius) *in carne non erant,*

D. Th. 1. p. q.
59. art. 4. &
12. q. 1. a. 2.
ad 3. & q. 19.
a. 3. in C.

324

322

Carnis sum-
ptio in Scri-
ptura.

323.

Carnis sum-
ptio prout
corrupta.

Ad Galat. 5.

17.

Ad Galat. 5.

19.

Greg. vbi s.

vicerant.

Amb. 3. ad Rom. 8.

vicerant, iam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. vnde Ambrosius, Sapientes mundi in carne sunt, quia legi mundi sepe student, per quam legi Dei repugnant. Quidquid enim contra legem Dei est, carnale est, quia ex mundo est. Totus enim mundus caro est.

CAPVT XXVIII.

Respondetur octauo argumento secundi capituli, quoad secundam partem ex Romanorum 8. 16. & explicatur locus, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei.

325.

GRAUES propter hoc testimonium & propter similia controuersie agitantur, tam contra recentiores hereticos Lutheranos, Caluinistas, & similes, quam etiam contra quosdam Catholicos Ioanem Bachonem Carmelitam, & Ambrosium Catharinum Dominicanum. Quatenus illi asserunt quod fideles fide diuina credere tenentur sibi esse remissa peccata, & iustificationem indultam: isti autem quod fideles iusti, saltem aliqui id citra omnem reuelationem aliquando scire possunt certitudine fidei diuinae, vt videre liquet apud Bellarminum, Andream de Vega, Gabrielem Vasquez & Benedictum Pereyra.

Bellar lib. 3. de iustificat. c. 1. 2. 3. Vega lib. 9. Trident. in prefat. & cap. 1. Vasquez 12. d. 112. c. 2. Perey. d. 7. 3. ad Rom. 8.

326.

Præsidia vtrisque communia

partim ex litteris sacris, partim ex sanctis Patribus, partim ex rationis discursu deprompta sunt. In priori autem classe principem locum tenet id quod praesentis capituli Epigraphae seu titulus est. Cum enim Spiritus sancti testimonium diuinum sit, fide illi diuina assentiendum est.

Argumenta classis primae.

Vnde Chrysostomus, Quando spiritus testatur, quam relinquitur ambiguitas? Quare, dicente Anselmo, per hoc quod Spiritus sanctus facit nos inimicos diligere, euidenti testimonio declarat menti nostrae esse nos filios Dei. Item & Bernardo, Testimonium quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus, est: Dimissa sunt tibi peccata tua.

Chryl. serm. 14. sup. ad Rom.

Ansel. Rom. 8.

Bern. ser. 1. de annūtiat.

Secundum autem est illud Lucae 7: Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite: Serui inuiles sumus. Quod in casum praeciperetur, nisi fideles certificari possent de adaequata mandatorum adimptione, cui promissio gratiae pro hac vita, & gloriae pro altera praestò est, & certa fide credenda; maxime dicente Scriptura: Qui facit iustitiam iustus est.

327. Lucæ 17. 10.

Tertium est illud Ioannis, vbi de spiritu veritatis, qui est diuinus Spiritus, dicitur, Vos cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. & mox, In illa die cognoscetis, quia ego sum in Patre, & vos in me, & ego in vobis.

328. Ioan. 14. 17.

Quartum est illud Pauli, dicentis, Nos autem non spiritum huius mundi accipimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quae donata sunt nobis. & rursus, Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae.

329. 2. Cor. 1.

330.
1. Ioan. 3.
Quintum denique illud Ioānis, *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. & rursum, In hoc cognouimus, quoniam in ipso manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.*

331.
Argumenta
classis secundae.
Dionys. 2. de
diuinis nomi-
nibus.
In secunda autem testimoniorum classe primum est illud Dionysij, *Nouit penitus is qui veritati coniunctus est, quam bene se habeat etiam si plures illum corripiant quasi amentem.*

332.
Basil. in q.
breuib. q. 12.
& 296.
Secundum est illud Basilij quærentis, *Quomodo certificetur anima quod Dominus ei dimiserit peccata? & respondentis, Si iniquitatem odio habet, & abominatus est.*

333.
Cyril. lib. 12.
in Ioan. c. 3.
Tertium est illud Cyrilli dicentis, *Qui omni virtute mentem suam purgant, spiritus illuminatione recepta, oculis anime habitantem in se Deum vident.*

334.
Cypri. lib. de
mortalitate.
Quartum est illud Cypriani lib. de mortalitate, ubi ait, *Quis hic anxietatis & solitudinis locus est? Quis inter hæc irepidus nisi cui spes & fides deest.*

335.
Ambros. serm.
5.
Quintum est Ambrosij illud, *Quisquis fermento Christi adherescit, efficitur & ipse fermentum de sua salute certus.*

336.
Aug. ser. 6.
de 7. Apóst.
Sextum est illud Augustini, *Ex ipsa delectatione iustitia integra fide, catholica fide spiritum Dei in nobis esse cognoscimus. Alia prætermitto, quia minimè præmunt.*

337.
Argumenta
classis tertie.
In 3. classe primum argumentum est ab exemplis Sæctorum, utique Abel, Henoch, & similia, qui omnimodam de sua gratia certitudinem sunt adepti. Secundum ab infallibilitate promissionum Dei, gratiam pro-

mittentis credentibus, & salubriter operantibus. Tertium ab inconuenienti, quia valde absurda videtur religio, in qua vel ipsi professores potissimi perpetua spiritus hæsitacione & anxietate circa animarum salutem laborarent. Quartum denique à paritate rationis. Quoniam scilicet, si qui baptizat puerum, & hostiam cõseruat, certa fide credit puerum esse in gratia, & hostiam esse sacramentum: consequens est vt qui ad sacramentum Baptismi aut pœnitentiæ accedit cum dolore de peccatis, vel ob turpitudinem peccati, vel ob metum gehennæ, certa fide debeat, aut saltim possit credere sibi peccata remitti: quia ex parte recipientis illa tantum requiruntur ad sacramenti effectum.

His tamen non obstantibus hæreticorum prædictorum dogma hæreticum esse, & catholicorum existimationem falsam, vel illa sacræ paginæ oracula ostendunt, quæ certitudinem gratiæ planè reiciunt. Ex quibus (ob prolixitatem vitandam) duo tantum ponam & exponam. Primum autem est illud Ecclesiæ. *Sum iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit.* seu, vt Hebræi, *etiam amorem & odium nesciens homo.* id est, etiam si iusti exequantur iustorum opera Deo grata, & ipsi non ingenio hebetes aut rudes sint, sed arguti atque sapientes, adhuc latet eos an Deo visi vel inuisi sint. Et

338.
De incertitudine gratiæ loca ponuntur, & exponuntur ex Scriptura.

Ecc. 9. 10.

Ibi. num. 1.

mox versu 2. *Sed omnia in futurum reseruantur incerta*, seu, vt Hebraei, *Omnia ad facies eorum*; vel vt alij, *Omnia ante eos*. id est, non solum latet id iustos, sed semper vsque ad opportunum tempus latebit, quando id Deus reuelare constituit. Rationem autem reddens, inquit, *Eo quod vniuersa aequè eueniant iusto & impio, bono & malo*. Quasi diceret de certitudine gratiæ nulla certa cognitio haberi potest. Nam si ex aliquo posset capite elici, maxime ex officiis seueritatis vel suauitatis, quibus Deus prosequitur iustos, utpote quod flagella sunt argumentum odij, fauores verò amoris: at hæc omnia æqualia bonis & malis sunt. Ergo ex nullo capite potest certò hauriri aliquem esse in gratia.

Sanè vt aliquando Dauid inspecta felici sorte impiorum dixit, *Hoc labor est ante me: donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum*. id est, perpetuus is me labor ignorantia manet, non certo oculo discernendi causam, cur malis eueniant bona. Ita hic filius eius Salomon dixit de iustis quòd ista ante eos erant, id est, ignorantia & hæitationes de certitudine gratiæ, vt significaret eam perpetuam vsque ad aliam vitam, quantumcumque ob oculos rem hanc versarent. Eadem etiam phrasi vsus est Dauid, inquit, *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me semper*. hoc est, coram me, vt Hieronymus, Ambrosius, Augustinus & alij legunt. Vt denotaret quòd adhuc in peccati sui agnitione

non admodum peritus erat, neque satis doctus euaserat, utpote, quod antea dixerat, *Delicta quis intelliget? ab oculis meis munda me*.

Secundum est id Proverbiorum 20. *Quis potest dicere, mundum est cor meum, mundus sum à peccato?* utique à mortali: quoniam venialia munditiæ gratiæ non tollunt, nec nitorem confundunt sanctitatis. Vnde iusti, qui tantum venialia committunt, immaculati in via nuncupantur. Et licet septies in die cadat iustus, non propterea immundus aut impurus corde appellatur, etiamsi peccatum omne immunditia sit; sed potius sanctus, & immaculatus coram Deo. Veluti nec viciosus, sed probus, ac studiosus dicitur, qui viciorum tantum leues nabeculas habet, virtutum verò altas radices egit. Præsertim quòd si de venialibus tantum intelligendum veniret hoc elogium, ita vt sensus esset quòd nemo iustorum posset dicere, ab omni veniali culpa purus nunc sum, tunc illius veritas non parum vacillaret: quoniam pro loco & tempore quo iustus summe diligit Deum, utique tota mente, toto corde, & totis viribus, cum proposito optimæ vitæ, & pœnitentiæ antea actæ: proculdubio omnem à se venialem culpam propulsat. Igitur qui huius tantæ dilectionis fructus certitudine dei cognoscit, intrepide poterit dicere: *Mundum est cor meum, purus sum à peccato*. quod tamen hic Salomon vniuersè negauit. Hanc enim obtinet vni-

Psal. 50.

Hier in cap. 6. Ezechiel. Ambros. in Pf. 39. n. 58. Aug. in Psal. 121.

interrogationis species qua hic utitur, & quam sacri prophani- que frequentant auctores, ad res impossibiles, admodumve difficiles denotandas: ut videre est apud Hieronymum.

Hier. 3. Ioel.
2.

341.
Loca ex Pa-
tribus.

Cypr. ser. de
eleemofy-
na.

Sancti etiam Patres multi multumque pro hac parte sunt; sed breuitati consulens breuiter aliquos referam. Quorum pri- mus sit Cyprianus, dicens, *Quis- quis enim se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est.* Et ad hoc probandum inducit illud Prouerb. 20. quod modò induxi- mus. Ex quo sequitur quòd lo- quebatur non de venialibus tan- tum, sed etiam de mortalibus.

Hier. 5. Je-
rem. 3.

Secundus sit Hieronymus qui pro comprobatione illius verbi Psalmi 142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens,* dicit, *Quod nobis interdum videtur mū- dum, Dei oculis sordidum depre- benditur.* Quod etiam de morta- libus intelligendum esse, ex ly sordidum planè colligitur. Iustus enim venialibus non sordescit, nec sordidus potest dici: cum veniales culpæ non priuent gra- tia quæ omnis nitor animæ, mū- ditates, & candor est. Tertius sit Augustinus qui exponens illud Psalmi, *Tibi soli peccaui,* ait ad Deum, *Qui se putat iustum coram te iniustus est.*

Aug. 5. Psal.
50.

342.
Chryf. hom.
77. an Ioan.

Ioan. 21.

Quartus sit Chrysostomus, qui rationem reddens in perso- na Petri, cur ad trinam illam in- terrogationem Christi, *Petre amas me?* contristatus sit, ait, *Pro- pterea contristatus sum, ne forte me amare arbitratus, nō amem: ut ante cum me fortem & constantem pu- tarem, imbecillis inuenitus sum.*

Quintus sit Gregorius magnus, Greg. 3. Job. 14. qui exponens illud Job, *Sine no- biles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget,* ita inquit, *Nobiles filij sunt recta opera, ignobiles au- tem facta peruersa: sed non intelli- get, quia subtili examinatione dis- cussa, utrum approbentur eius ope- ra, an reprobetur, ignorat.* Vltimus classicum canat Bernardus, di- cens, *Nonit Dominus qui sunt eius: quis verò scit hominum sit di- gnus amore, vel odio?*

Ber. ser. 2. de
pasccha.

Concilium præterea Triden- tinum, quod vniuersalis Eccle- siæ vice est, sic sententiæ nostræ suffragatur, ut in hæc verba pro- rumpat, *Sicut nemo de Dei miseri- cordia, de Christi merito, de que Sa- cramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet dum se- ipsum, suamque propriam infirmi- tatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest. Cum nullus scire valeat cer- titudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse conse- quutum.* Vnde cum fidei diuinæ & testimonio diuino, quam- tumuis priuato & particulari, non minus quam OEcumenicæ repugnet falsitas, consequens est quòd de lege nullus fide diui- na id scire valeat. De lege, in- quam, quoniam ex priuilegio plures obtinuisse compertura est, ut patebit ex solutione primi argumenti tertiæ classis.

343.
Locus Conca-
lij Tridentini.
Trid. sess. 6.
cap. 7.

Rationibus præterea multis id corroborare in promptu est. Sed propositæ breuitati consu- lentes, vna hac rem istam per- stringam. Hæc autem defumitur ex eo quòd obiectum fidei diui- næ tantum potest esse veritas re- uelata

334.
Testimonium
à ratione.

D. Th. 2. 2.
q. 1. a. 1.

uelata diuinitus, vt habet Theologi cum D. Thoma. Gratia autem iustorum in particulari non est sic, quando enim, aut vbi reuelatum habemus, quod is vel illa fidelis in gratia sit. Ergo.

345.
Obiectiones
aliqua di-
luuntur.

Nec valet dicere esse reuelatum virtualiter, vt est reuelata regeneratio pueri baptizati, & hostiæ consecratæ virtus. Non, inquam, valet, quoniam neque ista sunt virtualiter reuelata, nisi prout continentur in reuelationibus formalibus, quæ consistunt in hoc quod homines rite baptizati regenerantur, & hostiæ ritè consecratæ continent corpus Christi. Quare quibus prorsus certum non est hunc puerum esse ritè baptizatum, & hanc hostiam esse ritè consecratam, nec certum esse potest, quod promissiones diuinæ hic fuerint effectum sortitæ: & proinde nec virtualiter reuelatum, atque aded nec fide diuina creditum, sed tantum humana. Constat autem quod solus qui baptizat & consecrat possit id certò scire, non autem qui baptizatur, nec is cui sacramentum confertur.

346.

Nec valet si secundò dixeris esse reuelatum formaliter, priuatim tamen & in particulari per testimonium internum illud, quo Spiritus sanctus perhibet nos esse filios Dei, vt habet textus noster. Non, inquam, valet. Primò, quoniam Spiritus hic non supponit pro Spiritu sancto, qui est Deus, sed pro inhaerente gratia; quæ Spiritui sancto tribuitur, eo quod de illa tantum sermo procedebat. Di-

citur enim numero 14. *Quicumque Spiritu Dei aguntur, et sunt filij Dei*, vtique Spiritu gratiæ intus mouentis. Et numero 15. *Non enim accepistis spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis*. Constat autem spiritum adoptionis gratiam iustificantem esse, non verò Spiritum sanctum iustificatorem. Vnde mox, num. 16. *Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei*. id est, ipse enim Spiritus adoptionis, de quo nunc loquimur. Constat autem quod huius gratiæ impulsus non est testimonium diuinum, quod possit habere munus diuinæ reuelationis cui ex fide assentiendum sit.

Rom. 8. 14.

347.

Secundò quoniam dato quod nomine Spiritus intelligatur tertia persona Trinitatis, adhuc non obtinet; quoniam testimonium hoc in hoc tantum situm est quod extimis præcordiis clamamus ad Deum, *Abba Pater*; quia, vt Primasius habet, qui vocat Patrem, ostendit se esse filium, iuxta quæ ex contextu constant. Etenim cum num. 15. Paulus dixisset, *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater*. subiunxit num. 16. *Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei*. Quale autem (rogo) testimonium? vtique præmissum. Videlicet, quod facit nos clamare ad Deum, & eum compellere Patrem. quæ vox propriè non seruorum, sed filiorum est.

Primasius s.
ad Rom. 8.

348.

Et licet testimoniū hoc quantum à Spiritu sancto est, prorsus

fus

sus irrefragabile sit : quia tamen non nobis proponitur tamquam Spiritus sancti, neque aliunde ut à Spiritu sancto sit, nobis omnino certoque innotescit; consequens est, ut à nobis fidem diuinam non exigat, neque nos eam illi præstare possimus: quia non satis est autoritas diuina, dicens ad actum fidei, nisi vlteriùs ipsa autoritas certò cognoscatur à nobis. Aliàs qui sacrorum Bibliorum dictis assensum præberet, fidelis esset, & fide diuina id faceret, etiam si certus non foret, quòd illa oracula diuina essent. Quod tamen implicat, quoniam motiuum formale fidei est diuina autoritas prout sic: motiuum autem formale fidei non mouet ad credendum nisi ut cognitum: magis quàm præmissæ ad discurrendum nisi ut agnitæ. Nec motiuum formale fidei mouet ad credendum, nisi ut cognitum sub ratione autoritatis diuinæ, magis quàm præmissæ ad Astrologiam, nisi cognitæ abstractione astrologica. Vnde & Prophetæ prophetica annuntiantes prædicebant, *Hæc dicit Dominus*. Et nos monemur à Ioanne, *Probate spiritus, si ex Deo sint*; eo quòd sæpè satanas transfiguratur se in Angelum lucis. Propter quod Ecclesiæ iudicio credendorum discussio commissa à Deo est: quoniam quæ nobis videntur ex impulsu Dei, non rarò esse solent ex suggestionem Dæmonis: ut patet in interfecto-ribus Martyrum, de quibus Christus ait quòd arbitrabantur se obsequium præstare Deo: quia non nouerunt Patrè, neque Filiù.

a. Ioan. 4. 1.

Ut ergo scriptum est, *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto*; cum tamen non quotiens dicitur *Dominus Iesus*, totiens à Spiritu sancto sit; sed aliquando à Spiritu mundi, ut patet in eo qui peierando hoc dicit, aut mentiendo, aut non satis reuerenter, aut ex debito affectu enuntiando, propter quod non vsque ad eò certi esse possumus, quando id ex Spiritu sancto dicimus: ita licet proclamatio hæc, *Abba Pater*, ex Spiritu sancto sit quando debite sit, quia tamen non semper ita sit, aut si ita sit, non propterea nobis satis dignoscitur; ideo ex illa nos non possumus sufficiens testimoniù habere ad credendum fide diuina quòd sumus filij Dei. & per hoc patet ad nostri textus speciem, & proinde ad primum argumentum aduersariorum.

349.
 Responsiones
 ad argumen-
 ta aduersa-
 riorum.

Ad secundum respondetur monitum illud procedere respectu eorum qui sibi conscij non sunt: ad quod tamen opus non est, ut ex fide diuina credant se iustos esse, sed satis est ut eos conscientia non accuset, ut possint bona fide cum adolescente illo Euangelij dicere, *Omnia mandata seruauit à iuuentute mea*.

350.

Matth 23.

Ad tertiu & ad reliqua respondetur tantum probare aliqualem cognitionem, prudentem quidem & sanam, non tamen certam & irrefragabilem; qualis est cognitio per fidem. Et idem est dicendum ad testimonia etiam Patrum, præterquam ad vltimum quod est Augustini. Ad quod in primis dicimus, non esse legendum, *Ex ipsa delectatione*

351

tione

zione iustitiæ, sed ex ipsa dilectione iustitiæ; quia sic habetur in pluribus potioribusque exemplaribus. Secundò sensum verborum esse, non quidem quòd fide catholica credat quisque iustorum se esse in gratia: cum catholica fides sit fides vniuersalis, & constet quòd gratia cuiuslibet iusti non pertineat ad vniuersalem fidem. Quòd aded non solum Catherinus, verum & hæretici ipsi viderunt, vt dicant non ad fidem catholicam, sed ad priuatam tantum & particularem fidem diuinam pertinere certitudinem de propria iustificatione. Non igitur est sensus quòd iustus assensu fidei catholice credat se esse in gratia, sed quòd ex dilectione iustitiæ, & ex integra atque catholica fide, quam in se experitur, agnoscit spiritum Dei in nobis esse. Cognitio autem hæc extra fidem est, licet non extra prudentiam.

Ad primum argumētum tertiæ classis ex ratione compactū respondetur, extra contentionem admitti quòd Sanctorum plurimi de sua iustitia fuerint certiores redditi. At per reuelationem diuinam, vt Gen. 22. legimus de Abraham, & de B. Virgine Lucæ 1. & de David 2. Regum 12. Vnde Hieronymus in id Psalmi, *Exaudi Deus deprecationem meam*, ait, *Fiducialiter se audiri postulat, quia scit se sanctum.* Qui aliter iustitiæ suæ notitiam sunt assequuti, non plenè de illa absque omni ambiguitate certiores sunt facti, vt solutione ad vltimum videbimus.

Ad secundum respondetur

promissiones illas non absolutas esse, sed sub conditione quòd nos aliquid, vt adimpleantur, præstemus, iuxta id Deuter. 4. *Cum quaesieris Dominum, inuenies eum, si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Ioan. 13. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio vobis.* At cum nemo certus esse possit certitudine fidei, quòd toto corde quaesierit Deum, omniaque Dei impleuerit iussa, non potest certò scire promissiones illas in se sortitas effectum fuisse.

Ad tertium respondetur quòd si omni prorsus cognitioni de propria iustitia adepta aditus præcluderetur per religionem Christianam, proculdubio dubios, anxios, incertentesque suos circumageret professores. At huius arcani eos aliqua nec leui notitia recreari, iam supra cum sacris litteris, atque etiam cum sanctis Patribus nos palam admisimus, & planè profitemur. Diffitemur autem notitiam hanc esse talem vt citra reuelationem diuinam sit omnino infallibilis, & vt ipsa fides diuina irrefragabilis. Quoniam tanta certitudo atque firmitas potius obesset saluti quam prodesset, dicente Augustino, *In hoc loco tentationum tanta est infirmitas, vt superbiam posset generare securitas.* Et Hieron. ad Celantiam, *Nec sanctus securus esse debet, ne de præterita iustitia confidens remissior fiat, sed ad ea quæ futura sunt extendat seipsum.* Vnde Paulus, *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* & alibi, *Beatus vir qui semper est pauidus.* & Ecclesiastici 5. *De propitiato*

352.

Gen. 22. 12.

Lucæ 1. 30.

Hieron. in
Psal. 66.

353.

354

Aug. lib. de
corrupt. &
gratia c. 13.

Hier. ep. 14.
cap. 9.

Philip. 2.

Proa. 28. 14.

peccato noli esse sine metu.

355.

Ad vltimum iam responsum est, ac disparē rationē vtriusque illius casus ac nostri, quoniam tam qui baptizat puerum, quam qui consecrat hostiam, habet euidētem certitudinem, quod sacramenta illa ritē peracta sunt, & proinde nisi dubitet de promissione diuina, non potest dubitare de certitudine diuini effectus. Adultus autem qui iustificatur, nescit an ritē omnia circa sese habuerint. Quod si iustificatur per sacramētum, ignorat intentionē ministri, sine qua sacramentum non est: ignorat etiam an competenter se gesserit in eius susceptione. Quoniā dato quod agnouerit se attritum (quod tamen in promptu non est, maximē si attritio vt sic est quid supernaturale, cuius rei nulla potest euidētia haberi, sed neque certitudo nisi per fidem.) at non est vndequaue certū, vtrum attritio cognita, sit sufficiens dispositio ad effectum sacramenti: adhuc enim de hoc cōtrouersia est, nulla Conciliorum diffinitione neque euidēti argumentatione terminata & absoluta. Si verō iustificatur extra sacramentum, multo minus potest cognoscere conditionem omnino requisitam ex parte sua ad iustitiam. Quare consultō Tridentinum dixit, quod dum suam quisque infirmitatem, & indispositionem considerat, de sua gratia formidare & timere potest.

356.

Hinc sequitur minus consequenter loquutos fuisse aliquos apprīmē eximios Theologos,

videlicet Sotum, Andream de Vega, Ruardum & alios, qui repellentes tam hæreticorū, quam Catherini sententiam, propter hæc Concilij verba, adhuc ipsi admittunt quod citra omnem reuelationem particularem possunt aliquando iusti de sua propria iustitia habere eandem prorsus humanam certitudinem, omnem excludentem dubitationem, quam habent, de eo quod Roma sit, ac Troianum bellum aliquando fuit: cum verba Concilij (quibus ipsi per omnia subscribunt) planē talem explodant certitudinem.

Sed obiicies sequi ex hoc neminem tuta conscientia posse sacramenta administrare, quæ sanctē administranda sunt: nec recipere sacramenta viuorum, quæ dignē recipi non possunt, nisi ab his, qui in gratia existunt. Sequela probatur, quia sicut dubius in fide est infidelis, ita dubius de propria iustitia est indignus, & qui de prærequisita dispositione ad susceptionem Baptismi accedit, accedit indignē.

Respondeo negando sequelam, quia licet verum sit quod qui prudenter & rationabiliter de propria sanctitate dubitat, non possit dare, neque recipere sacramenta; bene tamen qui timorem habet & formidinem de illa, sunt enim hæc inter se valde distincta dubium & timor. Illud enim importat conscientiam ancipitem in vtramque partem, nullum assensum neque dissensum distantem; iuxta quæ latius alibi diximus: quoniam dubitatio est hæsitatio intellectus.

Soto in Apolog. cōtra Catherinum cap. 2. Vega lib. 9. s. Trid. c. 46. & 47. Ruardus art. 9. §. Quomuis.

357. Obiectionibus quibusdā occurratur.

358

Laurea Salmen. certam. 10. Schol. dub. 3. n. 118.

rellectus in vtramque partem contradictionis, quæ contingit quando in neutra parte apparet conuenientia extremorum inter se. Qui autem sic ad sacramentum accedit, non tuta conscientia accedit, quia exponit se periculo peccandi. Et qui amat periculum, peribit in illo. Formido autem vel timor non excludit determinatum assensum circa alteram partem, sed omnimodam adhæSIONem ad eam, vt contingit in opinione probabili, quæ suapte ratione importat assensum, non tamen constantē & inflexibilem, sed formidolosum. Cum assensu autem opinatiuo de certitudine gratiæ conueniēter sacramenta suscipiuntur, & administrantur. Est enim assensus prudens, licet non vndequaque certus.

359.

Ad illud autē de eo qui Martyrio se offert vltioneus, respondetur quod si certō prorsus sciret, se ex vero Christianæ religionis amore aggredi tantū opus, proculdubio fida certitudine posset credere, quod decedens in agone illo iustus migraret. At quoniam huius actus supernaturalitas præteruolat euidētiā nostrā, non potest aliunde quā ex reuelatione certō nobis constare, licet prudenter nimiumque probabiliter constet, & assentiatur illi propter cōiecturas quæ eius veritatem non leuiter neque improbabili-
ter arguunt.

* *
*

C A P V T X X I X.

Respondetur octauo argumento secundi capitis, quoad tertiam partem, ex Romanorum 8. 18. & explicatur locus, Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

ORaculo isto sibi triumphare visi sunt non tantum Lutherus, Calvinus & reliqui recentiores hæretici, qui (vt bonorum operum non tantum necessitatem, verum & utilitatem eludant) iustorum facta negant esse æternæ vitæ meritoria: verum & catholici illi, qui licet catholicè asserant veram & propriam rationem meriti in iustorum operibus respectu vitæ æternæ, negant tamen hanc rationem meriti esse de condigno, vt Thomas VValden. Burgenfis, Durandus & Gregorius.

360.

Primum id probare contendunt ex illis sacre pagine verbis, quibus vitæ æternæ retributio non iustitiæ, sed gratiæ & misericordiæ arrogatur, v. g. Psal. 102. *Qui coronat te in misericordia & miserationibus.* Isaia 55. *Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.* Danielis 9. *Non in iustifi-*

VValden. tom. 3. de sacramentalibus c. 7. Burgen. in addit. ad Lyram s. Psal. 35. Durandus in 2. d. 27. quæst. 2. Greg. in 1. d. 17. q. 1. a. 2. 361. *Argumenta aduersariorum ex Scriptura.*

rationibus nostris prosternimus preces nostras, sed in miserationibus tuis magnis. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Lucæ 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inuiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Denique Paulus: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

362.
Ex patribus. sanctorum Patrum verbis, v. g. Hil. 3. Psal. 51. Basil. in Ps. 114. Aug. lib. de gratia & lib. arb. c. 9. Aug. lib. 1. confess. cap. 14. Greg. lib. 9. mor. c. 14. Ber. ser. 1. de annuat. Rom. 6. Glossa 3. ad Rom. 6.

Deinde id probant aliquibus sanctorum Patrum verbis, v. g. Hilarij dicentis, *Non illa ipsa iustitiæ opera suffecerunt ad perfectam beatitudinis meritum, nisi ex misericordia Dei.* Basilij, *Manet sempiterna requies illos, qui in hac vita decertauerunt, non ob eorum merita factorum, sed ex Dei gratia.* Augustini, *Maluit dicere gratia Dei vita æterna, ut intelligeremus, non pro meritis nostris Deum nos ad æternam vitam, sed pro sua misericordia prouehere.* & alibi, *Reddis debita nulli debens.* Gregorij, *Si opus virtutis exercuero, ad vitam non ex meritis, sed ex misericordia conualesco.* Bernardi, *Neque talia sunt hominum merita, vt propter ea vita æterna debeatur ex iure.* Glossa denique explicans id, *Gratia Dei vita æterna, dicit: Posset rectè dicere stipendium iustitiæ vita æterna, sed maluit dicere, gratia Dei vita æterna, ut intelligeremus ad æternam vitam Deum pro sua miseratione nos perducere, non pro meritis.*

363.
Probationes a ratione.

Tertiò rationibus probant, quarum prima desumitur ex eo quòd cum Christi merita infinita fuerint, pro nobis, superflue adiacerentur nostra. Gratia autem Dei superflua & superuaca-

nea non curat. Secunda quòd inter Deum & hominem non potest intercedere vera ratio iustitiæ, ex D. Thoma. Tertia ex nimio excessu beatitudinis ad merita nostra, dicite Deo, *Merceres magnanimis*, vtpote ipse Deus. Quarta ex eo quòd si propter aliquid mereri possemus de condigno apud Deum, maximè propter opera quæ cadunt sub præcepto, quia scriptum est, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, Matth. 19. At Lucæ 17. scriptum est, *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inuiles sumus*; vtpote quòd apud regem nullus promeretur propter hoc quòd pendat illi tributa regia. Ergo.

At non propterea Catholicorum fides vacillat de vera ac propria meritoꝝ iustorum ratione, neque communis Theologorum sententia de operum condignitate ad vitam æternam, sed eo ampliùs solidatur quo iniquiùs contunditur.

Sanè tria sunt in hac parte quæ omne repellunt dubium. Primam est bonis operibus iustorum æternam vitam re promissam esse: vt patet Psal. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Matth. 7. *Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Rom. 8. *Cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Apocalypsis 7. *Hæ sunt qui venerunt ex magna tribulatione,*

D. Th. 1. p. 2. q. 21. & 12. q. 14. a. 1.

364.

365.
Fundamenta à fide catholica.

Psal. 14. 1.

Matth. 7. 24

Matth. 19. 17.

Rom. 8. 17.

Apocalyp. 7. 14 & 16.

lacione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Non esurient, neque sitient amplius.

366.

Secundum est aliqualem meriti rationem necessariò intercedere in hoc quod est per bonorum operum exhibitionem comparare sibi homines aeternae vitae aditum & ingressum. Quoniam, ut Paulus dixit, *Momentaneum & leue tribulationis nostrae, aeternam gloriae pondus operatur in nobis.* Quod cum non operetur efficienter physicè, consequens est, ut operetur moraliter, & proinde meritorie. Bona enim iustorum opera per hoc tantum possunt vitam aeternam operari, quòd diuinam voluntatem alliciunt, ut propter illa Deus eam illis conferat. Is autem est modus operandi moraliter, quem habent merita, & qui meritorum nomine intelligitur.

2. Cor. 4. 17.

Vnde Ecclesiastici 16. dicitur, *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum.* Et licet in originali non habeatur *ly secundum meritum*, sed *secundum opera*, non propterea variatur sensus: quoniam idem est aliquid fieri secundum opera, ac secundum merita operum, quando opera non sunt causa physica, sed moralis eius quod fit, ut contingit in praesenti. Quare supra cap. 16. ex Paulo ostendimus idem esse operari quod mereri, operans quod merens, & opera quod merita. Adde quòd cum id quod operum intuitu datur non merè gratis donetur; consequens est, ut in

exhibitione operum propter gloriam, non mera liberalitas intercedat, & proinde quod aliqua ratio debiti ac meriti sese immisceat.

Tertium est vitam aeternam propter egregia opera repromissam aliquando in sacris litteris appellari coronam. Ut ad Timotheum, *Reposita est mihi corona iustitiae.* Iacobi, *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.* Aliquando verò appellatur merces, Matth. 10. *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* & Lucae 6. *Merces vestra multa est in caelis.* & alibi saepe. Cum igitur quae propter merita largo modo sumpta (vique propter merita de congruo, seu impetratoria) donantur, inauditum sit quòd alicubi merces seu corona iustitiae nominentur; consequens est quòd si iustorum gloria vocatur in sacra pagina merces operum, & corona iustitiae, quòd talia opera non habeant rationem meriti largè sumpti, hoc est, impetratorij & de congruo, sed proprie & in rigore sumpti, hoc est, de condigno.

367.

Vita aeterna corona dicitur, & merces.

1. ad Tim.

4. Iacobi 1.

Deinde meritum de condigno nihil aliud est quàm meritum dignum praemio, & meritum de condigno vitae aeternae nihil aliud est quàm meritum dignum vita aeterna, sicut de meritum (hoc est, ut Augustinus loquitur, malum meritum ad differentiam boni) de condigno nihil aliud est quàm opus supplicio ac poena dignum, & de meritum de condigno poenae

368.

Meritum de condigno quid.

Operatio idè quod meritum.

æternæ, meritum dignum pœna æterna, vt vel ipsi aduersarij fatentur, & rei definitio arguit. At iustorum opera sunt digna vita æterna, vt patet; tum ex illis sacrae Scripturae verbis, *Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.* id est, experimentum cœpit de illis per bonorum operum exercitium: vt sumpsit de Abraham quando tentauit eum immolatione filij sui, & inuenit illos dignos fruitione sua. Et ex illis ad

Coloss. 1. 12. Gloriamur pro patientia vestra & fide, & in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Tum ex ratione ipsa, quia nullum esse potest honestum opus, quod non sit gloria & laude dignum; maximè apud prudentes & æquos virtutis estimatores. Cum igitur opera iustorum procedentia à charitate & gratia, ex impulsu Spiritus sancti, non solum sint bona & honesta, verùm bona & honesta bonitate & honestate supernaturali, & grata Deo auctori supernaturali, & prout sic: cōsequens est quòd sint laude supernaturali & gloria supernaturali digna apud Deū remuneratorem supernaturalē, & proinde quòd digna sint vita æterna: quoniam laus & gloria supernaturales apud Deum vita æterna sunt. Vnde Paulus, *Tunc laus erit unicuique à Deo*, hoc est, gloria & vita beata pro dignitate operum, quæ Christus in secundo aduentu iudicaturus est.

condigno: nam etiam merita de cōgruo habent laudem & gloriā apud Deum, & sunt digna laude, & gloria supernaturali. Respondetur rationem meriti de condigno in eo sitam esse quòd adæquet indignitate suū præmium; rationem autem meriti de cōgruo in hoc quòd sit eo inferius. Quare vnum & idem opus potest esse simul meritum de cōgruo & de condigno respectu diuersorum: de condigno quidem respectu eius cum quo habet omnimodam proportionem, v.g. cum gloria propria: de cōgruo verò respectu eius cum quo habet improportionem, vt cum gratia & gloria proximi, cui nullus præter Christum potuit de condigno mereri: quia nullius particularis personæ actus est perfectius alterius. Christus autem est caput omnium.

Cum igitur nullum sit opus à gratia & charitate profectum quod proportionem & æqualitatem suapte natura non habeat cum aliquo gradu gloriæ promissæ à Deo in præmium: consequens est, vt quodlibet sit dignum vita æterna, & proinde meritorium eius de condigno. Quoniam ad meritum de condigno tantum requiritur æqualitas & proportio in dignitate cū re, quæ vel suapte natura habet rationem præmij respectu talis operis, vt honor & gloria respectu actuum virtutis; vel ex promissione remuneratoris, velut Michol promissa à Saule in vxorem eius qui debellaret Goliath. *1. Reg. 17. Quocumque horum deficiente*

Sap. 3. 5.

Coloss. 1. 12.

1. Cor. 45.

Obiiciunt
curritur.

Quòd si obiicias ex hoc non haberi iustorum merita esse de

non manet meritū de condigno, quia non manet ius ad rem, imò neque digna expectatio rei iure debitæ, sed congruitatis tantum vel beatitudinis, cui liberalitatis multum accrescit.

370.
Alia obiectio.

Quod si obiicias rursus gloriam correspondentem operibus studiosis esse effectum quemdam honoris & laudis, quatenus ex hoc quod testificamur de bonitate alicuius clarescit bonitas eius in notitia plurimorū, ut habet D. Thomas. quod probat ex diffinitione glorię tradita ab Augustino & Ambrosio: Gloria est clara notitiā cum laude. Constat autem clarā hanc apud alios notitiā (quæ est extrinseca quædam denominatio) non esse vitam æternam, quæ consistit in actu vitali intrinseco videndi & fruendi Deo.

D. Th. 2. 2. q.
103. a. 1. ad
3.

371.
Responsio.

Respondetur ex hoc potius colligi intentum nostrum. Quoniam ad hoc ut Deus glorificet iustos, ita ut illorum bonitas apud alios clarescat, opus habet testificari de bonitate operum illorum. Hæc autem testificatio potissimum consistere potest in largitione mercedis repromissæ. Numquam enim apertius aut verius debita nostra profiteamur, quam dum vsque ad vltimum quadrantem illa creditoribus nostris exolvimus: Numquam Princeps euentius propriusve testificatur militum suorū strenuitatem, quam dum strenuitatis rependit illis mercedem, maximè promissam; tunc enim maximè gloriosos reddit illos. Cum igitur Deus maximè gloriosos reddat amicos suos in alia vita,

sequitur quod maximè tunc manifestare debeat virtutem & celsitudinem suorum operum remuneratione præmiorum; & proinde quod opera merentia tantam gloriam, promereantur etiam tantam beatificam visionem, & ex consequenti vitam æternam, atque adeo quod eam sibi reddant debitam.

Inde Paulus, *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* vbi sunt apprimè notanda duo illa, *corona iustitiæ*, & *iustus iudex*, quæ debitam atque exactam debiti rationem inuoluunt. Vnde Augustinus: *Vt ante susciperet gratiam, misericordem Patrem opus habebat, ut præmium gratiæ iudicem iustum.* iustum sane, quoniam sicut bona opera merentur apud Deum definitum ac determinatum honorem, & certum laudis pūctum; ita Deus certò ac determinato honoris & laudis honestat. encomio, hoc est, vita remunerat æterna, quæ proinde gloria dicitur æterna, quoniam sic in æternum clarescit illorum apud bonos præstantia.

372.
2. ad Tim. 4.

Aug. tractatu 3. in Ios.

Hinc omnino fit, ut sicut fundamētum gloriæ (quale est præmium quo Deus palam facit, & testificatur virtutem supernaturalem operum sanctorum) dicitur gloria; cum tamen gloria non sit nisi clara notitiā cum laude, quæ propter tale præmiū apud alios clarescit; sic merita condigna iustorum, atque etiam præmia, appellantur apud litteras sacras, & apud sanctos Patres misericordia, & gratia, quia

373.

in his verè fundantur ; quatenus merita non nisi ex gratia & liberalitate Dei per Christum nobis conferuntur , ad hoc vt per illa talia nobis præmia reddantur : cum tamen merita sint vera iustitia , & præmia vera merces ; velut dum creditor ex mera liberalitate donat debitori suo pecunias, quas illi debet, vt si voluerit soluat integrè debitum, vel ex parte ; tunc si accepta gratuita donatione debitor eadem p̄orsus pecunia soluit debitum , proculdubio talis solutio erit fundamentaliter gratia & magnificentia creditoris, formaliter autem actus veræ iustitiæ. Et idem est cum famulus mutuas dat domino suo eadem omnino pecunias , quas gratis ab illo acceperat. Tunc enim fundamentaliter & radicaliter mutuatio illa liberalis donatio domini est , formaliter autem est actus iustitiæ , inducens veram rationem debiti in Domino respectu famuli.

374.

Araus. can. 18.

Triden. sess. 6. c. 16.

D. Th. 1. p. q. 21. art. 1. & 2. q. 114. a. 5.

Rom. 2.

Inde Concilium II. Arausi-
canum, *Debetur merces bonis operibus, si sunt : sed gratia que non debetur precedit, vt fiant.* & Tridentinum, *Domini tanta est erga omnes homines bonitas vt eorum velit esse merita que sunt ipsius dona.* Inde etiam Theologi communiter dicunt cum D. Thomâ esse quidem meritum simpliciter nostri apud Deum , non tamen iustitiam simpliciter operum, illam scilicet, quæ versatur inter datum & acceptum: quoniam, vt Paulus dixit, *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* hoc est, quia Deo non damus,

nisi quæ Dei sunt, & quæ de manu eius accepimus. Et hoc est quod Sancti volunt, dum iustitiæ operum aliquid detrahunt, & gratiæ ac misericordiæ meritorem remunerationem attribuant: quia quod de rigorosa iustitia deficit, misericordiæ ac gratiæ tribuendum est.

Notanter dixi, *quod de rigorosa iustitia deficit*: nam iustitiæ ratio non deest, cum sit redditio æquivalentis pro æquivalenti. Vnde redditor ipse Deus dicitur *iustus index.* & iterum Paulus, *Non enim est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.* Itaque retributioni præmiorum propter meritâ æternæ vitæ ratio iustitiæ non deest, perfectio autem deest. Sicut in pueris ratio hominis non deest, bene tamen perfectio. Ideo sicut quæ reguntur à pueris non iniuria negantur esse facta hominum, & iustè pro factis hominum similiter computantur, respectu tamen diuersorum: ita quoniam iustitiæ ratio, non autem perfectio inuenitur in meritis iustorum, ideo retributio illorum aliquando iustitiæ, aliquando gratiæ & misericordiæ tribuitur.

Notanter dixi, *Theologi communiter*, quoniam non desunt Theologi, qui non tantum reiciant rationem debiti de iustitia à ratione meriti de condigno vt non necessariam, verum vt perniciosam, adèd vt asserant, quod quotiescumque actione aliqua acquiritur iustitiæ ad cōpensationem, tali actioni nō inesse veram rationem meriti, nisi improprie. Quoniam ratio iustitiæ

375.

2. ad Tim.

4. Heb. 6.

376.

tia est ratio dandi & accipiendi æquivalens pro æquivalenti, quod est proprium commutationum & actionum in rebus minimis & irrationabilibus: ratio verò meriti est tantum affectio rationabilium & moralium actionum ad quam, per se loquendo, nulla pactio inter merentem & remuneratorem requiritur, sed tantum actionis honestas, nam ex hoc tantum habet esse digna honore, laude & gloria, atque adeò remuneratione apud Deum, in cuius obsequium fit. Ex quo inferunt posse verum ac condignum meritum esse, & tamen nullam rationem iustitiæ, aut debiti ex iustitia commutativa, aut distributiva importare aduersus remuneratorem: vt patet in milite stipendiario cui rex ex iustitia non debet nisi militare stipendium, nõ autem honorem, præmium & laudem eorum quæ inter præliandum strenuè promeritus est. Quare cum compensat illa, gratitudini potius quàm iustitiæ tribuendum est. Quod si hoc verum est, non mirum si sancti Patres remunerationem iustorum non merito iustitiæ, sed remuneratoris Dei adscribunt gratiæ. ita tenet Vasquez.

Verum quidquid sit de pacti necessitate ad meritum (de quo non disputo) durum valde apparet quod ratio debiti de iustitia pugnet cum ratione meriti proprie dicti. Nam si de ratione meriti est facere sibi debitum præmium, quæ repugnãtia est, quod illud sibi faciat debitum ex iustitia; maximè cum iure meri-

tum de condigno postulet æqualitatem ab altero, vtique ab illo, in cuius obsequium fit, quod si promeritum non reddit præmium, lædit ius meriti. Quod saltem euenit quando ex pacto conuenit inter merentem & præmiantem: vt conuenit inter iustos, & Deum, iuxta dicta in prima parte primæ probationis sententiæ catholicæ.

Nec valet dicere quod etiam qui apud Deum demeretur mortaliter, meretur pœnam æternam; ad cuius tamen inflictionem Deus non tenetur ex iustitia: quoniam hîc habet se Deus vt creditor qui potest condonare debitum, non autem vt debitor, qui ex iustitia tenetur reddere mercedem. Quare melius videtur dicere cum D. Thoma. Tum quod recompensare mercedem operis est actus iustitiæ; sicut reddere iustum pretium pro re accepta ab alio. Tum quod meritum hominis ad Deum non sit ex rigorosa iustitia; vt pote quod non potest esse tale meritum nisi secundum præsuppositum diuinæ ordinationis, hoc est, secundum quod Deus donat ipsam meriti actionem. Quocirca Sancti gratiæ Dei ac misericordiæ attribuunt, quod remuneret iustorum merita, etiam si ipsa remuneratio ex iustitia sit.

Quod si tandem obiicias contra condignitatem hanc meritorum nullum actum præsentis vitæ posse æquari actibus vitæ æternæ, vt pote quod cognitio Dei in hac vita est per fidem, in illa verò per speciem: & amor Dei in patria longè præstantior

378.

D. Th. 1. 2. q. 114. 2. 1.

Vasquez 11. disp. 213. c. 5. & disp. 214. c. 12. 377.

379. Obiectio.

Resp. D. Th. 1. 2. q. 114. a. 3. ad 3.

Gratia, semen Dei.

Joan. 3. 9.

amore Dei in via. Respondetur cum D. Thoma quod gratia Spiritus sancti, quam in presenti habemus, etsi non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute: sicut semen arborum in quo est virtus ad arbores suæ speciei. Etenim gratia in sacris litteris dicitur semen Dei, *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.* & 1. Petri 1. *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum.* Semen autem excisum à viuente continet totam perfectionem viuētis. Et semen fructus habet proportionem & æqualitatem cum fructu. Cum igitur gratia in tantum dicatur & sit semen Dei, in quantum per eam homines promouētur in filios adoptiuos Dei, ac proinde in hæredes illius, & in tantum dicatur semen vitæ æternæ, in quantum est principium dignitatis operum, quibus ad vitam æternam perueniendum est, consequens est vt operibus istis tribuat valorem condignum suapte natura proportionatum cum præmio beatitudinis: quoniam filiorum obsequia iure sibi vendicant hæreditatem paternam, quantumuis amplam, ad quam filiationis natura vocat, vt semen fructum.

Vnde Paulus, *Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.*

Ad Galatas 6. 8.

380. Tribulatio leuis, & momentanea.

neæ sunt, præmiorum verò durationes perpetuæ. Leuis etiam plerumque est acerbitas & vexatio passionum, laborum, & tribulationum, quibus nos oportet intrare in regnū Dei, (Actorum 14.) cum tamen fruitionis diuinæ gaudium exundans sit. Vnde Paulus, *Momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis.* Cuius sententiæ vim sub alio tenore verborum in specie nostri textus prætexuit, dicens, *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Vbi est apprimè notandum ly *passiones*, quod non meritorum dignitatē, sed acerbitatem & duritiem pœnarum nominat, quarum proculdubio acerbior (adhuc cum exorbitat,) mitior & remissior est minimo gloriæ gradu. Plus enim est quod delectat minimum alterius vitæ gaudium, quam quod iniquius huius vitæ tormentum infestat. Quare vbi hîc nos cum vulgato legimus, *Non sunt condignæ passiones huius temporis*, Ambrosius & Augustinus habent, *Indignæ sunt passiones*; vtpote quod nulla potest esse tam acerba passio, & laborum transeurentium perperessio, quæ physicè considerata conferri possit cum depressiori æternæ pacis ac tranquillitatis gaudio magis quam gutta roris cum inundante flumine.

Originalis autem Græcus codex neque habet, *non sunt condignæ*, neque *indignæ*, sed, *non sunt dignæ*; hoc est (vt Erasmus vertit) *non sunt pares*: nimirum

Amb. lib. 1. de interpellatione. Iob cap. 1. Aug. lib. 8. q. 99. quæst. 67. & lib. 6. de Ciuit. c. 18.

in physica quantitate affectuum aduersariorum nihil de qualitate indicans: quoniam id ad suum pro tunc institutum non referebat. Quod erat instigare & excitare Romanos ad passionum tolerantiam, per hoc quod acerbiores illarum, etiam quando durius se excitant, longè impares sunt remunerationi præmiorum, ad quæ non nisi per multos labores perueniendum est, velut Christus ipse peruenit, de quo apud Lucã, *Oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.*

382.

Vtrumque horum, hoc est, physicum & morale, quantitatem & qualitatem passionum complexus est Sapiens, dicens, *In paucis vexari, in multis bene disponentur;* (ecce imparitatem doloris & fruitionis) *quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.* Ecce æqualitatem meriti & mercedis. Veluti semen molle corporis impar valde arbori est, at virtute est æquale. Per quæ prorsus patet ad omnes sacræ paginæ autoritates in contrarium obiectas: & maximè ad illarum maximam, utique ad speciem nostri textus.

Lucæ 24.

Sapientie 3.

383.

Passionis con-
significas.

Et quidem (vt ingenuè fatear) ego mente non assequor quid iuris elogium hoc contrariis sententiis afferat, vt eum tanto molimine tantoque turbine opponant. Quoniam (si mea non me fallit opinio) sincerissimus & simplicissimus illius sensus est, nullas scilicet passiones esse dignas æterna vita, præter illas quas Christiani subeunt tamquam Christi membra. Etenim

cum Paulus dixisset filios Dei esse cohæredes Christi, subiicit, *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* id est, hac lege erimus cohæredes regni cælorum cum illorū vnico hærede Christo, quem Deus hæredem constituit vniuersorum, si nos passiones nostras cum passionibus eius, tamquam membrorum passiones cum passionibus capitis copulauerimus. Quod hic fit, quando affectu & spiritu, quo Christus passus est, patimur.

Rationem autem subiungens inquit, *Existimo quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis.* Quasi diceret, ratio quare sic compati oportet, est quia passiones omnes & afflictiones aliter toleratæ dignæ esse non possunt futuro gloriæ præmio: vtpote quod nihil potest esse frugiferum, nisi in Christo radicatum, dicente ipso, *Sicut palme non potest ferre fructum à semetipso nisi in vite manserit, sic nec vos nisi in me manseritis.* & propterea Matthæi 10. dixit, *Si quis vult post me venire (vtique in cælum tamquam cohæres vnici & potissimi hæredis) tollat crucem suam, & sequatur me.* id est, patiatur mecum, quod est illud Pauli, *si commortui sumus, & conuiuemus.*

384.

Ioan. 14.

2. ad Tim. 2.

12.

Hæc autem explicatio ad eum mentem Pauli consonat vt scopus illius in tota hac epistola alius non sit, quam suadere hominibus necessitatē adhærendi Christo: & maximè in isto capite. Vbi numero 1. dixit, *Nihil ergo damnationis est; his qui sunt in Christo Iesu.* & numero 2. *Lex spiritus*

Rom. 8. 1.

244 *De fide Epist. B. Pauli ad Rom.*

vita in Christo Iesu liberavit me à lege peccati. & numero 9. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. & numero 10. Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum. Ex hoc autem non sequitur passiones Sanctorum non esse meritorias de condigno: sed tantum non esse meritorias, nisi eius nomine ferantur, qui nos in se suscipiēs, membra sui corporis effecit, fratresque esse voluit & appellavit. Et hanc existimo esse mentem Alphonſi Virueſij nostri Philippica 4. aduersus Lutherū. quidquid sit de aliis, de quibus Vasquez. Patet etiam ad dicta sanctorum Patrum.

Ad argumenta autem ex ratione confecta respondetur. Ad primum quidem quod potius ex infinitate meritorum Christi arguitur meritorum nostrorum necessitas & efficacia; quia velut prima causa in genere meriti debuit alias causas secundas efficaces creare per analogiam ad seipsum primam essendi causam; qui propterea alias secundas condidit singularium effectuum productrices. Ad secundum dictum est non esse rigorosam iustitiam.

Ad tertium respondetur quod quantumcumque Deus ipse excellentissimus sit, virtute tamen gratiæ, quæ naturæ diuinæ confortium præstat, ac Spiritus sancti robore, qui intus spirat, prorumpit iustus in opera digna Deo vita æterna participando. Vnde Ioan. 4. de iustificato dicitur; *Fiat in eo fons aque salientis in vitam æternam.*

Ad quartum respondetur quod spontanea voluntas reddēdi debita est virtutis opus, laudabile ac præmio dignum. Vnde Ecclesiastici 31. *Erit illi gloria æterna; qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit.* Quare & inter homines laudantur à suis dominis serui, qui promptè & hilariter eis seruitia vel tributa impendunt. Illud autē verbum ex Luca, *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus,* varias explicationes habet, de quibus ego lato calamo ibi. Nunc autem nouissimam adiciens strictim dico, quod sicut alibi dictū est, *Pro nihilo saluos facies illos,* licet nullus aliter saluus fiat nisi per mandatorum adimpletionē: ita dicuntur serui inutiles, qui tantum iussa hæc complent. Ratio autem est quod præcepta Dei grauiora non sunt, sed iugum Christi leue & onus suave, si non ingi, ratione saltem adiutorij; quod abudè impertitur Deus, ut viam mandatorum suorum alacriter curramus; & maxime impertitus est illis, qui verè decurrunt illam. Iam more autem positum est, eum nos (hyperbolicè quidem) inutilem seruum appellare, quem tantum ad præcepta manum adiuuere videmus, & adhuc non nisi maximis & ex parte sui domini auxiliis, & suppetiis munitum.

386.
Responſo ad
argumenta
contraria.

Serui inutiles
qui.

387.

CAPVT XXX.

Respondetur octavo argu-
mento secundi capitis,
quoad quartam partem,
ex Romanorum 8.20. &
explicatur locus, Vanit-
ati enim subiecta est
creatura non volens,
sed propter eum, qui
subiecit eam in spe.

389.

VT autem commodè perci-
piatur huius versiculi sen-
sus, paulo altius repetendus est,
vtique à versu 18. Etenim cum
ibi Paulus mirè extulisset futuræ
vitæ exultationem super om-
nem laborum huius vitæ anxie-
tatem, vt capite præcedenti vi-
dimus, pergît id planum facere,
inquiens versu 19. *Nam expecta-
tio creatura reuelationem filiorum
Dei expectat.* hoc est, creatura in
magna & vehementi huius re-
uelationis expectatione est. Vt
enim habet D. Thomas talis ge-
minatio intensionem expecta-
tionis significat, velut cum in
Psalmo dicitur, *expectans expe-
ctari Dominum.* Et verbum hoc
in originali significat hiare ex-
pectando, vt notauit Sadoletus.

D. Th. 7. ad
Rom. 8. lect.
4.

Sadoletus 5.
ad Rom. 8.
390.

Is etiam auctor creaturæ no-
mine intelligit humanum cor-
pus, quia *ly utlouos* significat fa-
bricam, quæ in homine denotat
corpus. Tum quia de hoc tan-
tùm verificari potest quod sub-

ditur, *Ipsa creatura liberabitur à
seruitute corruptionis in libertatem
glorie filiorum Dei.* Nulla enim
alia corporea moles præter cor-
pus humanum ad talem assurgit
gloriam, bene tamen corpora
Sãctorum: pro quibus scriptum
est, *Reformabit corpus humilitatis
nostræ, configuratum corpori clari-
tatis suæ.* Quare de ipso asseritur
quòd anxie expectat reuelatio-
nem filiorum Dei vt particeps
eius sit, & immortalitatem cõ-
municet. Communiter autem
creaturæ nomine intelligitur
cũ Hilario, Chrystomo, Theo-
doreto, Theophylacto & recen-
tioribus vniuersi mundi machi-
na & moles anxia nimium ex-
pectatione inhians in istam re-
uelationem: quia appetitu in-
nato & propenso licet non ra-
tionali & sensato causam ex-
optat. Ex quo sequitur gloriam
reuelandam ingentem & exi-
miam esse, quam totius orbis
vota ardentè appetunt.

Rom. 8.21.

Creatura
quid.

Hilar. lib.
21. de Trin-
nit.
Chryst.
Theodore-
tus, Theo-
phylactus.

391.

Vt autem explicaret quidnã
creaturam corpoream impelle-
ret, ad sic desiderandam filiorum
Dei reuelationem, subiecit, *Va-
nitati enim subiecta creatura est
non volens, sed propter eum qui sub-
iecit eam in spe.* id est, quoniam
vsque ad illum diem corruptio-
nibus & commodis huius vitæ
deseruire inuita & reluctans cõ-
pellitur. Vanitas enim hæc muta-
bilitatem, corruptionem, insta-
bilitatem & interitum signifi-
cat, sicuti & alibi sæpè, v.g. Psal.
39. *Non respexit in vanitates &
insanias falsas.* Psal. 136. *Acci-
pient in vanitate ciuitates suas.*
Psal. 143. *Homo vanitati similis*

Rom 8.20.

Vanitas quid.

factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Hanc autem inuoluntariè patiuntur corporea, quia contra cuiuslibet rei singularis naturam inclinationem est corruptio, senium & similia, eo quod omnia conseruationem ac perfectionem suam naturæ pondere appetunt: cum tamen senium sic grassetur ac sæuiat in omnia, vt de ipsis cælorum orbibus scriptum sit quod omnes sicut vestimentum veterascent.

In eo autem quod addit, *sed propter eum qui subiecit eam in spe*, denotat, corpoream naturam in tanta tamque coacta calamitatum perpeffione tolerãtiam habere ob conceptam spem de aliquando exuenda mortalitate ista. Qui modus loquendi ex Prosoopœia est, tribuens inanimis & irrationabilibus, quæ rationalis dumtaxat naturæ sunt. Qui loquendi modus (vt Theodoretus habet) communis est: nam hic dicit pinus gemere, ille montes exultare & exilire, & fluios plaudere. Habetque hæc phrasis fundamētum in re, quatenus natura omnis in suam tranquillitatem propendet, adhuc vt extra illam coactè detineatur, & in eam toto nixu propendeat, & corrumpat. Quare mox subiecit Paulus, *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc*. Nimirum, quia veluti parturientium more inhiat in propriam perfectionem: vt vel in lapide semper seorsum vergente, & in igne sursum emergente patet. Hanc autem creaturæ perfectionem, quam gemebunda deperit, explicat, di-

391.

392.

393.

394.

395.

396.

397.

398.

399.

400.

401.

402.

403.

404.

405.

406.

407.

408.

409.

410.

411.

412.

413.

414.

415.

416.

417.

418.

419.

420.

421.

422.

423.

424.

425.

426.

427.

428.

429.

430.

431.

432.

433.

434.

435.

436.

437.

438.

439.

440.

441.

442.

443.

444.

445.

446.

447.

448.

449.

450.

451.

452.

453.

454.

455.

456.

457.

458.

459.

460.

461.

462.

463.

464.

465.

466.

467.

468.

469.

470.

471.

472.

473.

474.

475.

476.

477.

478.

479.

480.

481.

482.

483.

484.

485.

486.

487.

488.

489.

490.

491.

492.

493.

494.

495.

496.

497.

498.

499.

500.

501.

502.

503.

504.

505.

506.

507.

508.

509.

510.

511.

512.

513.

514.

515.

516.

517.

518.

519.

520.

521.

522.

523.

524.

525.

526.

527.

528.

529.

530.

531.

532.

533.

534.

535.

536.

537.

538.

539.

540.

541.

542.

543.

544.

545.

546.

547.

548.

549.

550.

551.

552.

553.

554.

555.

556.

557.

558.

559.

560.

561.

562.

563.

564.

565.

566.

567.

568.

569.

570.

571.

572.

573.

574.

575.

576.

577.

578.

579.

580.

581.

582.

583.

584.

585.

586.

587.

588.

589.

590.

591.

592.

593.

594.

595.

596.

597.

598.

599.

600.

601.

602.

603.

604.

605.

606.

607.

608.

609.

610.

611.

612.

613.

614.

615.

616.

617.

618.

619.

620.

621.

622.

623.

624.

625.

626.

627.

628.

629.

630.

631.

632.

633.

634.

635.

636.

637.

638.

639.

640.

641.

642.

643.

644.

645.

646.

647.

648.

649.

650.

651.

652.

653.

654.

655.

656.

657.

658.

659.

660.

661.

662.

663.

664.

665.

666.

667.

668.

669.

670.

671.

672.

673.

674.

675.

676.

677.

678.

679.

680.

681.

682.

683.

684.

685.

686.

687.

688.

689.

690.

691.

692.

693.

694.

695.

696.

697.

698.

699.

700.

701.

702.

703.

704.

705.

706.

707.

708.

709.

710.

711.

712.

713.

714.

715.

716.

717.

718.

719.

720.

721.

722.

723.

724.

725.

726.

727.

728.

729.

730.

731.

732.

733.

734.

735.

736.

737.

738.

739.

740.

741.

742.

743.

744.

745.

746.

747.

748.

749.

750.

751.

752.

753.

754.

755.

756.

757.

758.

759.

760.

761.

762.

763.

764.

765.

766.

767.

768.

769.

770.

771.

772.

773.

774.

775.

776.

777.

778.

779.

780.

781.

782.

783.

784.

785.

786.

787.

788.

789.

790.

791.

792.

793.

794.

795.

796.

797.

798.

799.

800.

801.

802.

803.

804.

805.

806.

807.

808.

809.

810.

811.

812.

813.

814.

815.

816.

817.

818.

819.

820.

821.

822.

823.

824.

825.

826.

827.

828.

829.

830.

831.

832.

833.

834.

835.

836.

837.

838.

839.

840.

841.

842.

843.

844.

845.

846.

847.

848.

849.

850.

851.

852.

853.

854.

855.

856.

857.

858.

859.

860.

861.

862.

863.

864.

865.

866.

867.

868.

869.

870.

871.

872.

873.

874.

875.

876.

877.

878.

879.

880.

881.

882.

883.

884.

885.

886.

887.

888.

889.

890.

891.

892.

893.

894.

895.

896.

897.

898.

899.

900.

901.

902.

903.

904.

905.

906.

907.

908.

909.

910.

911.

912.

913.

914.

915.

916.

917.

918.

919.

920.

921.

922.

923.

924.

925.

926.

927.

928.

929.

930.

931.

932.

933.

934.

935.

936.

937.

938.

939.

940.

941.

942.

943.

944.

945.

946.

947.

948.

949.

950.

951.

952.

953.

954.

955.

956.

957.

958.

959.

960.

961.

962.

963.

964.

965.

966.

967.

968.

969.

970.

971.

972.

973.

974.

975.

976.

977.

978.

979.

980.

981.

982.

983.

984.

985.

986.

987.

988.

989.

990.

991.

992.

993.

994.

995.

996.

997.

998.

999.

1000.

1001.

1002.

1003.

1004.

1005.

1006.

1007.

1008.

1009.

1010.

1011.

1012.

1013.

1014.

1015.

1016.

1017.

1018.

1019.

1020.

1021.

1022.

1023.

1024.

1025.

1026.

1027.

1028.

1029.

1030.

1031.

1032.

1033.

1034.

1035.

1036.

1037.

1038.

1039.

1040.

1041.

1042.

1043.

1044.

1045.

1046.

1047.

1048.

1049.

1050.

1051.

1052.

1053.

1054.

1055.

1056.

1057.

1058.

1059.

1060.

1061.

1062.

1063.

1064.

1065.

1066.

1067.

1068.

1069.

1070.

1071.

1072.

1073.

1074.

1075.

1076.

1077.

1078.

1079.

1080.

1081.

1082.

1083.

1084.

1085.

1086.

1087.

1088.

1089.

1090.

1091.

1092.

1093.

1094.

1095.

1096.

1097.

1098.

1099.

1100.

1101.

1102.

1103.

1104.

1105.

1106.

1107.

1108.

1109.

1110.

1111.

1112.

1113.

1114.

1115.

1116.

1117.

1118.

1119.

1120.

1121.

1122.

1123.

1124.

1125.

1126.

1127.

1128.

1129.

1130.

1131.

1132.

1133.

1134.

1135.

1136.

1137.

1138.

1139.

1140.

1141.

1142.

1143.

1144.

1145.

1146.

1147.

1148.

1149.

1150.

1151.

1152.

1153.

1154.

1155.

1156.

1157.

1158.

1159.

1160.

1161.

1162.

1163.

1164.

1165.

1166.

1167.

1168.

1169.

1170.

1171.

1172.

1173.

1174.

1175.

1176.

1177.

1178.

1179.

1180.

1181.

1182.

1183.

1184.

1185.

1186.

1187.

1188.

1189.

1190.

1191.

1192.

1193.

1194.

1195.

1196.

1197.

1198.

1199.

1200.

1201.

1202.

1203.

1204.

1205.

1206.

1207.

1208.

1209.

1210.

1211.

1212.

1213.

1214.

1215.

1216.

1217.

1218.

1219.

1220.

1221.

1222.

1223.

1224.

1225.

1226.

1227.

1228.

1229.

1230.

1231.

1232.

1233.

1234.

1235.

1236.

1237.

1238.

1239.

1240.

1241.

1242.

1243.

1244.

1245.

1246.

1247.

1248.

1249.

1250.

1251.

1252.

1253.

1254.

1255.

1256.

1257.

1258.

1259.

1260.

1261.

1262.

1263.

1264.

1265.

1266.

1267.

1268.

1269.

1270.

1271.

1272.

1273.

1274.

1275.

1276.

1277.

1278.

1279.

1280.

1281.

1282.

1283.

1284.

1285.

1286.

1287.

1288.

1289.

1290.

1291.

1292.

1293.

1294.

1295.

1296.

1297.

1298.

1299.

1300.

1301.

1302.

1303.

1304.

1305.

1306.

1307.

1308.

1309.

1310.

1311.

1312.

1313.

1314.

1315.

1316.

1317.

1318.

1319.

1320.

1321.

1322.

1323.

1324.

1325.

1326.

1327.

1328.

1329.

1330.

1331.

1332.

1333.

1334.

1335.

1336.

1337.

1338.

1339.

1340.

1341.

1342.

1343.

1344.

1345.

1346.

1347.

1348.

1349.

1350.

1351.

1352.

1353.

1354.

1355.

1356.

1357.

1358.

1359.

1360.

1361.

1362.

1363.

1364.

1365.

1366.

1367.

1368.

1369.

1370.

1371.

1372.

1373.

1374.

1375.

1376.

1377.

1378.

1379.

1380.

1381.

1382.

1383.

1384.

1385.

1386.

1387.

1388.

1389.

1390.

1391.

1392.

1393.

1394.

1395.

1396.

1397.

1398.

1399.

1400.

1401.

1402.

1403.

1404.

1405.

1406.

1407.

1408.

1409.

1410.

1411.

1412.

1413.

1414.

1415.

1416.

1417.

1418.

1419.

1420.

1421.

1422.

1423.

1424.

1425.

1426.

1427.

1428.

1429.

1430.

1431.

1432.

1433.

1434.

1435.

1436.

1437.

1438.

1439.

1440.

1441.

1442.

1443.

1444.

1445.

1446.

1447.

1448.

1449.

1450.

1451.

1452.

1453.

1454.

1455.

1456.

1457.

1458.

1459.

1460.

1461.

1462.

1463.

1464.

1465.

1466.

1467.

1468.

1469.

1470.

1471.

1472.

1473.

1474.

1475.

1476.

1477.

1478.

1479.

1480.

1481.

1482.

1483.

1484.

1485.

1486.

1487.

1488.

1489.

1490.

1491.

1492.

1493.

1494.

1495.

1496.

1497.

1498.

1499.

1500.

1501.

1502.

1503.

1504.

1505.

1506.

1507.

1508.

1509.

1510.

1511.

1512.

1513.

1514.

1515.

1516.

1517.

1518.

1519.

1520.

1521.

1522.

1523.

1524.

1525.

1526.

1527.

1528.

1529.

1530.

1531.

1532.

1533.

1534.

1535.

1536.

1537.

1538.

1539.

1540.

1541.

1542.

1543.

1544.

1545.

1546.

1547.

1548.

1549.

1550.

1551.

1552.

1553.

1554.

1555.

1556.

1557.

1558.

1559.

1560.

1561.

1562.

1563.

1564.

1565.

1566.

1567.

1568.

1569.

1570.

1571.

1572.

1573.

1574.

1575.

1576.

1577.

1578.

1579.

1580.

1581.

1582.

1583.

1584.

1585.

1586.

1587.

1588.

1589.

1590.

1591.

1592.

1593.

1594.

1595.

1596.

1597.

1598.

1599.

1600.

1601.

1602.

1603.

1604.

1605.

1606.

1607.

1608.

1609.

1610.

1611.

1612.

1613.

1614.

1615.

1616.

1617.

1618.

1619.

1620.

1621.

1622.

1623.

1624.

1625.

1626.

1627.

1628.

1629.</

nem acciperent; ipse verò cuius causa facta erant esset mortalis & passibilis. Cum ipse autem per resurrectionem immortalitatem acciperet, illa quoque similiter incorruptionem assequentur.

194.

Quia verò in vita presenti corruptionibus homo obnoxius est, eritque usque ad gloriam futuram, ideo creatura omnis usque in diem illum ingemiscit & comparturit (ut etiam legit Ambrosius.) Quia uno quasi impetu & motu tota hæc rerum machina sub pondere servitutis (quam hominis causa servire cogitur) gemit. Seu (quod magis aliis placet) ingemiscit nobiscum, qui etiam vanitati subiecti revelationem filiorum Dei

Ambros. lib. 1. de fide c. 5.

Rom. 8. 23.

expectamus. Vnde subdit, *Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.* id est, non solum irrationalis corporea moles naturæ, verum & nos ipsi rationales homines, & primitiis spiritus delibuti aduersa quæque placide toleramus, sub hoc tamen corruptionis onere gemimus, & incorruptionem summis votis expectamus.

395.

Si igitur tota rerum series in hanc gloriam inhiat, consequens illam potentem esse cunctis huius vitæ passionibus: siquidem istæ omnes quantumvis acres, quantumvis vehementes, adeo ut parturientium angoribus conferantur, spe tantæ felicitatis æquo animo perferantur, etiam ab his qui nihil aliud inde reportabunt, quam glorificato Do-

mino gloriosè inservire.

Inde etiam patet alius D. Pauli scopus in verbis istis, qui est excitare homines ad vires animi acuendas, ut fortius egregiusque decertent pro re tam sibi quam omnibus necessaria, adhuc cælis ipsis, Soli, lunæ, ac stellis, reliquisque potioribus huius mundi partibus, igni, aëri, aquæ, terræ, & ex his constitutis atque constantibus. Horum enim requies ac quies ab hominum glorificatione dependet. Quare non utcumque, sed (quod dici solet) velut pro aris & focis decertandum est illis, qui pro adipiscenda hac corona gloriæ decertant.

D. Pauli scopus.

CAPUT XXXI.

Respondetur octavo argumento secundi capitis, quoad quintam partem, ex Romanorum 8. 26. & explicatur locus, Nam quid oremus nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

DVo portat oraculum hoc à Paulo inductum ad probandum id quod proximè proposuerat, dicens, *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram.* Primum est nescire nos quid à Deo petere debeamus. Secundum quòd ipse spiritus gemitibus postulat

396. Huius Apostolici dicti puncta duo.

D. Th. 5. ad
Rom. 8.

pro nobis. Et vtrumque difficile est. Primum quidem, quoniam (vt ait D. Thomas) ex Matthæi 6. scimus quid debeamus orare: ad hoc enim Dominicam orationem accepimus. Secundum verò, quia videtur suffragari errori Arrianorum & Macedonij: qui posuerunt Spiritum sanctum esse creaturam. Postulare siquidem est minoris: maximè cum postulatio gemitibus & lamentis fit.

397.

Punctum tri-
mum elici-
tur.Aug. ep. 111.
cap. 14.

Horum primum mihi sic Augustinus versat. *Adhuc est forte quod queris cur. Apostolus dixerit: Quid oremus sicut oportet, nescimus; neque enim ullo modo credendum est, vel ipsum vel quibus ista dicebat Dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus eum hoc dixisse, quod nec temere potuit nec mendaciter dicere? nisi quia molestia tribulationesque temporales plerumque profunt vel ad sanandum tumorem superbie, vel ad probandam exercendamve patientiam: tamen nos nescientes quid ista profint, ab omni nos petimus tribulatione liberari. Ab hac ignorantia nec se ipsum Apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret, sicut oportet sciebat: quando in reuelationum magnitudine ne extolleretur, datus est illi Angelus Satanae, stimulus carnis, ter rogauit Dominum vt eum sibi auferret, vti que sicut oportet, nesciens quid oraret, & responsum audiuit, sufficit tibi Paule gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus que possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet, nescimus. Eadem habent Origenes, Hieronymus, & maximè Chryf.*

2. Cor. 12.

Orig. Hier.
Chryf. serm.
14. de con-
templ.

Qui extremus productis in medium ex vtroque fœdere exemplis Abrahæ, Moysi, Ieremiæ & Pauli, quorum preces aliquando repulsam passæ fuere, idipsum lato calamo contemplatur. Quorum retulit gesta Chrysofomus, vt ostenderet quòd quando Paulus dixit, *Quid oremus, nescimus*, non modestiæ gratia, sed ex veritate dixerit; docens ipsos etiam magistros his ignorantia tenebris laborare, ne discipuli pudore suffunderentur, cum quid sibi orandum esset, ignorarent. Vnde vel ipsis Zebedæi filiis à Domino respòsum est, *nescitis quid petatis*. Et aliis efflagitantibus ignem demitti desuper, *Nescitis cuius spiritus sitis*. Nec mirum si nos lateant ista, dicente D. Thoma; *Scire quid sit petendum difficillimum est, cum difficillimum sit scire quid sit desiderandum*. Nescimus enim an corporea salus semper optanda sit. Sed non propterea temere aut malè fideles eam aliòsque rerum temporalium euentus à Deo efflagitant. quos sæpe in præmium promissos ab ipso Deo scimus. Psal. 33. *Timentes autem Dominum non deficient omni bono; & sæpe petita precibus, vt Prou. 3. Tribue victui meo necessaria. & Ecclesia, Pacem & salutem nostris concede temporibus & fructus terre & maris dares* de quibus 2. 2. q. 85. a. 6.

Aliter etiam Hieronymus id commentatur, dicens, *Difficile orationis nostræ desiderium, secundum quod corde concipimus, exprimere voce vix valemus. Vnde spiritus postulat pro nobis gemitibus*

398.

Marth. 10.

D. Thom. 5.
orat. Domi-
nicam.

399.

inennarrabilibus. hoc est, (vt ait Orig. lib. 7. Origenes) non verbis, sed gemitibus qui explicari non possunt. Quomodo enim enarrari potest quod Spiritus Dei loquitur Deo? cum interdum Spiritus ipse noster, quid intelligat, & sentiat, sermone non possit exprimere.

400.

Neque obstat argumentum quod de oratione Dominica intulimus ex D. Thoma. Quoniam (vt ipse habet) oratione illa instruiamur, vt sciamus in generali quidnam orandum sit, at non in speciali. Scimus enim, v.g. orandum esse vt fiat voluntas Dei sicut in caelo & in terra: sed nescimus saepe, an hic & nunc exercitium alicuius actus, alias boni, sit beneplacens Deo: quia scriptum est, *Est via qua videtur homini iusta, nouissima autem eius tendunt ad perditionem.* & sic de reliquis. Spiritus ergo docens nos orare prout hic & nunc expedit, magno subsidio nostrae infirmitati est, & proinde veraciter assertum quod adiuuat infirmitatem nostram.

401. Elicitur punctum secundum.

Secundum autem punctum facile ab Arrianorum calumniis eximunt Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus & Oecumenius, qui Spiritus nomine non Paraclitum, sed speciale orandi donum supernè infusum fidelibus esse dicunt. Quod donum videtur esse illud quod Zachariae i. dicitur Spiritus gratiae & precum. Et videtur fauere Ambrosius qui per hunc Spiritum intelligit spiritalem gratiam; & Augustinus intelligit charitatem.

Amb. lib. 3. de fide c. 12. Aug. tractatu 6. in Ioã.

402.

Ratio esse potest. Tum quòd

(vt in argumento obicitur) Spiritum Domini gemere asseri non potest. Tum quia si ad illam Scripturae phrasim recurrendum esset qua tribuuntur Deo, quæ nos Dei ope facimus: tunc non magis dicendum esset quòd Spiritus postulat pro nobis gemitibus, quàm filius aut Pater, quoniam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, & tam Pater quàm filius faciunt postulare. Tum denique, quoniam (vt argumentatur Chrysostomus) mox subiungitur, *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus.* id est, Deus nouit Spiritum interpellantem. Ergo Spiritus sic interpellans alius est à Deo.

Rom. 8. 27.

Nihilominus communis Patrum sententia fert, quòd nomine Spiritus, intelligendus sit ipse Deus. Ita Nazianzenus, Origenes, Hilarius, Augustinus, Gregorius, Primasius, Anselmus & D. Thomas. Imò Nazianzenus ex hoc sicut ex aliis elogiis elicit Spiritus sancti diuinitatem: vtique quoniam ipse est per quem oramus, & ante Deum gemimus. hoc est, per quem scimus, quid orare oporteat, & ipsam orare vt oportet, quæ sanè duo alteri à Deo conuenire non possunt. Sanè Deus solus scit quid qualiterque hic & nunc sit orandum, & proinde ad eum spectat horum scieram tradere. Ex quo illud Nazianzenus, *Ego Dominus docerem uilia.* Et ad probationem istam reducenda est illa Augustini contententis quòd Spiritus nomine hic intelligatur Deus: quoniam de hoc spiritu dicitur adiuuare infirmitatem nostram.

403. Spiritus pro Deo.

Nazian. orat. 37. de theol. Orig. 5. ad Rom. 8.

Hilar. in Ps. 64.

Aug. ep. 121. cap. 5.

Greg. 1. moral. c. 12.

Isaie 4.

nostram. Quod tamen proprium est Dei: quia Deus nostrum refugium & virtus, illuminatio nostra & salus nostra. maxime quoddam originalia Græca non habent, *spiritus adiuuat infirmitatem nostram*, sed in plurali, *infirmitates nostras*. Quibus omnibus conspicuum est quoddam Deus solus potest mederi.

Origenes id probat ex eo quoddam cum Paulus dixisset quoddam omnis creatura ingemiscit, & quoddam etiam ipsi primitias spiritus habentes ingemiscerent, subiicit, quoddam etiam ipse spiritus ingemiscit; hoc est, creator spiritus, quoniam de creatura iam dixerat quoddam ingemisceret. D.

Thomas probat ex eo quoddam si obstaret aliquid quominus spiritus nomine deberet intelligi Spiritus sanctus, maxime quia de isto spiritu dicitur quoddam postulat & interpellat, cum tamen postulare minoris & inferioris sit. At in eo quoddam dicitur postulare gemitibus, ostenditur loquutionem istam non esse propriam. Quoniam aliàs Spiritus sanctus esset passibilis & corruptibilis; quoddam nullus hæreticorum (etiam illorum qui Paracletum voluerunt esse creaturam) tale somnauit: gemere & flere viventium corruptibilium est. Quare metaphorica loquutione dicitur, quoddam interpellat gemitibus, utique quatenus facit nos gemitibus interpellare. Vti Gen. 22. dicitur est, *Nunc cognoui quoddam timeas Dominum*. id est, nunc te feci cognoscere quoddam timeas Dominum. &, vt supra dixerat, quoddam

erat clamans, *Abba Pater*, id est, faciens nos sic clamare. Per quoddam patet ad primam obiectionem.

Ad secundam respondetur quoddam per attributionem ea quæ sunt spiritus & voluntatis accommodantur Spiritui sancto, vt ea quæ sunt omnipotentia Patri, & quæ sapientia Filio, licet aliàs omnia sint communia.

Ad tertiam respondetur quoddam inducitur ibi Paracletus postulans apud Patrem, tamquam apud probè cognoscentem gemitus spiritus etiam nobis innarrabiles. Seu inducitur vt probè sciens quid sibi velint gemitus, quos ipse causat in nobis, & quid eis respondeat. Vnde Nazianzenus, *Ergo spiritu adorare, vel orare, nihil aliud mihi videtur, quam ipsum sibi ipsi adorationem vel orationem offerre*.

His tamen non obstantibus crediderim quoddam spiritus nomine tam substantialem quam accidentalem omnem spiritum bonum inhaerentem nobis subintellexerit Paulus. Quia omnes suo modo nostram imbecillitatem adiuuant, & gemitibus innarrabilibus, faciunt nos postulare. Vnde Ambrosius & Augustinus citati, imò Ambrosius & Hieronymus nunc de spiritu substantiali, nunc de inhaerente interpretantur hunc locum. Præcipuè tamen spiritus nomine spiritus ille principalis intelligendus est: quoniam is est qui charitatem præbet, secundum quam nostra debilitas roboratur, & adiuuatur infirmitas.

404.
Obiectionibus
occurritur.

D. Thom. ad
Rom. 8. lect.
6.

405.

406.

Nazian. vbi
5.

407.
Sententia
Flor.

CAPVT XXXII.

Respondetur nono argu-
mento secundi capituli,
quoad primam partem
ex Romanorum 9. 3. &
explicatur locus, Opta-
bam ego anathema
esse à Christo pro fra-
tribus meis.

408.
Laurea Sal.
certam. 4.
expos. n. 7.

Anathematis
vox.

Leuit. 27.
26.

ANtequam huius magnæ &
profundæ voraginis pene-
tralia rimemur, paulisper in li-
mine sistendum est, utique in
explicatione huius vocis, *Ana-*
thema, etiamsi nos alibi sensum
eius latè tradiderimus. Hæc igitur
vox *anathema* Græcis pariter
atque Latinis familiaris est,
habens duo per extremum diffi-
ta significata, nimirum *sacrum*
& *sacrilegum*, sanctum & sce-
leratum, salutare & exitiale. Cu-
ius ratio duplex inuenitur. Pri-
ma, quod *ly anathema*, supponi-
tur pro *ly Cherem*, quod est ver-
bum Hebræum, retinens dupli-
cem illam tam longè diffitam
significationem. Leuitici enim
27. significat rem Deo sacram.
Nam ubi nos legimus, *Omne*
quod Domino consecratur, Hebræi
habent, *Omne cherem quod rache-*
rim, & id est Numeri 18. 14. &
alibi sæpè. Iosue autem 7. 1. si-
gnificat rem Deo exosam atque
execrabilem. Vbi enim legitur,
Fily Israël preuaricati sunt man-
datum; & usurpauerunt de ana-

thematæ, Hebræi legunt de *Cherem*,
& idem Iudicum 7. 1. & 12.
& 3. Reg. 20. 39. Vide Deut. 7.
nefas anathema, & Iosue 6. *fit ciui-*
tas hæc anathema, id est, execra-
bilis, & Deo exosa.

Secunda ratio, quia *ly anathe-*
ma idem quod *suspensum*, &
seorsim positum significat. Quod
quia duplici ex causa potest fie-
ri, utique vouendo aliquid & di-
uino cultui dicando; vel exter-
minando & abolendo tamquam
nefarium & impurum: ideo *ly*
anathema pro utroque stare in-
uenitur; nimirum pro *sacro*, at-
que *sacrilego*, pro *sancto* & sce-
lerato, *venerabili* & *detestabili*,
salutari & *exitiali*. Veluti anti-
qui *ly sacrum*, in bonum & in
malum sensum vsurpabant; in
bonum quidem, ut Virgilius,

409.

vs sacri
us.

Virgil. 8.
Æneidos.
Plin. epist.
177.

Sustulit os sacrum celo.
& Plinius, *Venerari senectutem*
que in homine venerabilis, in urbi-
bus sacra est. In malam autem, ut
etiam Virgilius,

Virgil. 3.
Æneid. 12.

Quid non mortalia pectora co-
gis?

Auri sacra fames.
& Budæus, *Antiqui sacros homi-*
nes detestandos atque execrandos
vocabant. Vnde sacra fames Virgi-
lio, & sacer atque intraetabilis Ho-
ratio, & Festus, Sacer homo est,
quem populus iudicauit ob malefi-
cium, neque fas erat immolari. Item
apud nos exitialis ignis dicitur
ignis sacer, vulgo *fuego de*
S. Anton.

In qua autem significatione
accipiatur hinc *ly anathema*, licet
non vna omnium concorsque
sententia sit, communis tamen
fert quod in secunda, utique pro

410.

execrabili & à Dei amicitia reiecto & prorsus repulso. Hoc enim denotat illa particula, à Christo. Vt enim esse anathema Christo, significaret esse Christo sacrum, ac deuotum, eique per omnia deuinctum: ita e contra esse anathema à Christo significat esse à Christo prorsus sepositum, & eiectum, vt illi qui omnino hodie ab Ecclesia anathematizantur, seu anathemate feriuntur; & is cōtra quem Paulus ipse pronunciauit, dicens, *Qui non amat Dominum Iesum, anathema sit.*

1. Cor. 16.

411.

His vice præludij iactis difficultas quæ oraculum hoc valde implexum reddit, illa est, quòd nullum sanæ mentis fidelem talis potuit cogitatio, nedum præoptatio subire. Sub quo enim boni prætextu Christianus aliquis à Christo potuit separationem execrationis optare, & ab illo abdicari & seiungi? Maximè Paulus ipse, qui ad calcem capitæ præcedentis, in hæc confidentiæ plena verba prorupit, *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque altitudo, neque profundum, &c. poterit nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro.* Qui ergo tam perseueranter de sua in Christo stabilitate firmæque adhæsiōne est loquutus, qui fieri potuit vt de deserendo illo vel leuiter cogitauerit?

412.

Huic inextricabili nōdo plures pij Patres solutiones philosophantur, quarum potiores re-

feram simul cum incusationibus, quæ singulis obstant. Prior autem est illa Ambrosij, (cui subscribunt Primasius & Anselmus) interpretantis verbum hoc de tempore quo Paulus in Iudaismo permanebat. Quia tunc (vt ipse alibi dixit) supra modum persequebatur Ecclesiam Dei, & expugnabat illam. At licet solutio hæc Caietano & Toletō placeat, displicet nihilominus D. Thomæ & multis. propterea quòd tunc Paulus non amore fratrum, sed zelo legis, & odio in Christum, & Christianum nomen persequebatur Ecclesiæ incumbebat, iuxta id Actorum, *Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem omnes qui inuocabant nomen istud, & huc ad hoc venit vt vinctos illos perduceret ad Principes Sacerdotum? Quare Christus ad illum, Saule quid me perseque- ris? Præterquam quòd cum istud elogium inferuerit Paulo ad testificandum amorem quo re ipsa tunc persequebatur Iudæos, iuxta quæ textus habet; necessum erat quòd præsentis amoris signa & portenta promeret; nam veteris deliramenta quid possent? potuit enim illos priori statu summè diligere, præsentem autem odio habere: quia prioribus conatibus suis opitulabantur, nouissimis autem obstitabant.*

Solutio Am-
brosij.

Act. 9. 21.

413.

Solutio Ori-
genis, Hiero-
nymij &Anselmi.
Orig. 5. ad
Rom. 9.Hier. 9. ad
Algasiam.Ansel. Rom.
9.Ioan. 10.
Mich. 2. 11.

Secunda solutio est Origenis, Hieronymij & Anselmi coheræstantium hunc Pauli affectum & appetitionem. Primò autoritate Christi, dicentis, *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Secundò ex Michæa, qui amore gentis suæ dolensque vi-

cem

Exodi 32.

cem illorum, dixit, *Vinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer; & exemplo Moſis, qui flagrans amore ſuorum dixit, Aut dele me de libro vite, aut dimitte illis noxam hanc.* Et tandem exemplo Chriſti, qui propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, factus eſt anathema à Deo, Paulo ipſo teſte, *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Ad Galat. 3.

13.

Deut. 21. 23.

414.
Obiectio.

Quòd ſi obicias eis. Primò quòd nomine animæ ponendæ pro ouibus non intelligitur ſpiritualis, ſed temporalis vita, cum tamè *ly anathema* ſpiritualem interitum denotet. Secundò quòd nec Michæas, nec Moſes, nec Chriſtus extitere anathema à Deo: & proinde exempla non quadrare. Reſpondent Hieronymus & Anſelmus, ad primum quòd Paulus per *ly anathema* occiſionem corporis, non animæ ſubintellexit: quia tantum appetiit perire in carne, vt alij ſalua- rentur in ſpitu. Ad ſecundum reſpondet Anſelmus quòd Michæas ex quo optauit ſe falſilo- quum, optauit alienum eſſe à Spiritu ſancto, & proinde ana- thema à Spiritu ſancto. Et quoad ſecundum ruruſus Hieronymus & Anſelmus, quòd Moſes ex quo maluit deleri de libro vite, maluit eſſe anathema à Deo; quoniam qui deletur de libro Dei, à Deo anathema fit. Et tan- dem quoad tertium reſpondet Anſelmus idem eſſe maledictum à Deo atque anathema à Deo. Et proinde quòd cum intuitu

Reſp.

Chriſti in Deuteronomio ſcri- ptum ſit, *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, ſequitur quòd etiam Chriſtus anathema à Deo fuit.

415

Verumtamen ſi *ly anathema* in malum ſenſum hinc accipien- dum eſt, vt ſuprà accipiendum diximus, interpretatio iſta non habet locum: quoniam ſecun- dum eam potius anathema Chri- ſto, id eſt, ſacrificium gratiſſi- mum Chriſto, quam anathema à Chriſto, illi inuiſum & odio- ſum Paulus eſſe optauiffet. Quòd ſi hoc ita foret, non tam dicere debuiffet, vt dixit, *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis,* (quod verbum tamquam im- perfectum præteritum amorem ſignificat,) ſed *opto ac cupio*, quo præſens præſtansque amor aper- tus & abſolutus prorsus oſtendi- tur. Et certè qui duplici iureiu- rando obſtringit fidem ſuam ad proteſtandum amorem feruidum ac flagrantiffimum, quo ſuos proſequebatur, vt patet ex ver- ſu 1. & 2. huius capituli; dubium non eſt quin affectum ſui ana- thematis hoc ſecundo modo ex- preſſiffet, ſi tam iuſtæ ac piæ (vt volunt citati Patres) conditionis eſſet. Quare cum Paulus id dice- re ſubterfugerit, ſignum eſt quòd *ly anathema* à Chriſto in malam partem hinc à Paulo uſur- patum eſt; præſertim quòd ardo- re ſubeundi martyrium, & pa- tiendi in corpore pro ſalute ſpe- ciali cunctorum Paulus ſemper flagrabat. Ex quo ſequitur aliud malum hoc eſſe quòd in gratiâ fratrum ſuorum ſubire præopta- uerat.

416.
Solutio D.
Thomæ.
D. Th. s. ad
Rom. 9. lect.
1.

Tertia solutio est D. Thomæ, dicentis quod Paulus quidem optauerat separationem à Christo in gratiam fratrum suorum: at nō separationem, per culpam, (quia hæc non potest expeti secundum ordinem charitatis) sed tantum per poenam: utique separationem, vel simpliciter, vel ad tempus à fruitione Christi quæ habetur in gloria. Nam si propter salutem Gentilium aliquando elegit manere ad tempus in hac vita, iuxta id ad Philippen. 1. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis permanere in carne necessum propter vos*; abundantius propter Iudæorum conuersionem desiderasset carere fruitione diuina, vel ad semper vel ad tempus.

417.

Sed hæc solutio eisdem quibus præcedens telis patet. Quoniam commutare ex charitatis affectu gloriam propriam pro aliena gratia non est esse anathema à Christo, sed potius Christo; quia non separat à Christo, sed potius coniungit Christo.

418.
Solutio Chry-
sostomi, Pho-
sij, Theodoretii
& aliorum.

Quarta solutio est Chryso- stomi, Photij, Theodoretii, Theophylacti, OEcumenij & aliorum, qui ly *optabam*, exponunt per ly *optarem*; ita ut sensus sit, si liceret, si fieri posset, si rerum natura id pateretur, si daretur optio, optarem ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. id est, separatus & alienatus à Christo pro fratribus meis, ut contribules & cognati mei adhærent illi. Verum præter vim quæ litteræ infertur, vel illud planè obstat, quod si tam

pròptus tamque procliuius Paulus inueniebatur ad dirimendum charitatis nexum cum Christo, ut eo cognati sui eidem copularentur, temere & proiectè dixisset quod nulla creatura poterat allicere eum ad terga Christo danda, & ad deferendam charitatem illius, ut tamen non semel, nec simplici, sed multiplici verborum tenore, iteratione, ac repetitione dixit & professus est.

Quid igitur dicendum? Numquid cum Dionysio, Carthusiano & Abulensi quod per hyperbolem hic Paulus loquutus est, ut testaretur acerrimum in suos cognatos amorem? Nequaquam; nam etiam reclamatione vis verbi, *Optabam enim ego esse anathema à Christo*. Determinatam enim optionem circa determinatam materiam, & quidem nec vulgarem, nec proverbiali specie significatam denotat, quæ hyperbolicis loquutionibus non cohæret.

Sed pace igitur & venia omnium dixerim, quod Paulus hic testificatur se, adhuc in statu illo, non semel pertulisse motus & concupiscentias prauas appetitus sensitui, indeliberatas tamen, & primò primas, quibus ad derelictionem religionis Christianæ, & ad Iudaicæ reuersionem in gratiam cognatorum suorum propellebatur. Sanè cum ipse cap. 7. 14. de motibus appetitus, deque eius concupiscentiis, quæ ex subreptione sunt, & iudicium anteuertunt rationis, dixisset: *Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo hoc*

419.
Carthuf. &
Abulens. in
c. 3. 2. Exodi.

410.
Auctori mis.

ago, sed quod odi illud facio. & numero 17. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. & numero 18. Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. & numero 23. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, & captiuantem me in lege peccati. & tandem num. 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Cum igitur hæc ibi & alibi similia tremens et uictus, proculdubio graues ab appetitu suo perturbationes pertulisse aptissime ostendit. Cum igitur hic asserat quod aliquando optabat esse anathema à Christo pro fratribus suis, signum evidentissimum est, quod ad illas perturbationes respexit, quæ subitæ & indeliberatæ erumpunt, cum non optauit, sed optabam dixerit.

421. Sanè non dubium est quin concupiscentiæ illæ ad charitatis expulsionem disponerent, aliàs tanta animi dilaceratione Paulus non clamasset, infelix ego homo. Item extra dubium est, quod vota cognatorum Pauli consiliaque eò tendebant, ut Christiani nominis Paulus defertor prodiret. Ex quo planè conuincitur quod in gratiam cognatorum suorum eas tantum poterat appetitiones subire, quæ in contemptum Christi, Christianæque religionis eum propellerent: nam cætera quid illos mouerent? Cum igitur planè asserat quod amore suorum optabat esse anathema à Christo, sequitur optata hæc nihil aliud quam Christianæ religionis di-

sertionem fuisse, licet non ex animo, sed prorsus ex subreptione, atque ex indeliberatione.

412. Nec propterea segnior, sed ardentior potius arguitur amor Pauli in suos. Quoniam in repentinis potius quam in plene deliberatis cognoscitur habitus, præsertim in his quæ præcordiorum sunt. Quare ad comprobandum ardentem ac demulcentem amorem, quo Paulus æstuebat in suos, nihil opportunius motibus primò primis circa ea quæ ipsis maximè grata erant, potuit inducere.

413. Est igitur totius textus & contextus sententia: Nihil à charitate & consortio Christi vsque me poterit separare, neque in tantam desperationem inducere: licet sic fratres meos, cognatos, contribulésque Iudæos depereo, ut allectus illorum studio aliquando pertulerim motus, indeliberatos quidem, & penè subitos, de more illis gerendo in derelictione amicitiae necessitudinisque contractæ cum Christo. Ecce qualiter omnia sibi consonant, & cohærent. Nec motus indeliberati & subiti quantumuis inordinati repugnant sanctis, nedum catholicis viris. siquidem hæc pugna est quæ ad agonem illis & luctam relicta est, ut sic victores euadant, & tamquam legitime certantes conueniantur.

CAPVT XXXIII.

Respondetur nono argu-
mento secundi capituli,
quoad secundam partem,
ex Romanorum 12. &
explicatur vtrum electio
prædestinatorum fiat à
Deo ante ipsorum præui-
sa merita, & reprobatio
damnatorum similiter.

DVas oraculum hoc abyssus
impenetrabiles continet,
quibus prædestinationis pariter-
que reprobationis omnis creata
causa negatur, & sola voluntas
Dei pro causa vtriusque asse-
ritur.

414.
D. Th. Rom.
9. lect. 1. & 1.

Vt autem hoc ex asse defini-
mus, sciendum est cum D. Tho-
ma & aliis, quod cum Paulus
necessitatem gratiæ in aliis ca-
pitibus tradidisset, in hoc ince-
pit agere de ordine & causa eius,
vtrum scilicet contingat homi-
nibus propter humana merita,
vel potius propter solam diui-
nam voluntatem. Quam prouin-
ciam eo suscepit Paulus, quia
ex vno capite vidit Iudæos à
gratia Dei excidisse, quam ipsi
acceptam referebant ad suam ex
Abrahamo profapiam, & ad le-
gis opera, sacrificia & ritus: ex
alio autem vidit Gentiles ad hu-
iusmodi gratiam assumptos. Pro-
pter quod numero 30. in clama-
uit, *Quid ergo dicemus? quod gen-*

Rom. 9. 30.

*tes que non sectabantur iustitiam,
apprehenderunt iustitiam, Israël
vero sectando legem iustitia in le-
gem iustitia non peruenit.*

Ad hoc autem commemora-
uit primò amplam Iudæorum,
magnificamque dignitatem, di-
cens numero 4. *Qui sunt Israeli-
te, quorum adoptio est filiorum &
gloria, & testamentum & legisla-
tio, & obsequium & promissa, quo-
rum patres & ex quibus est Chri-
stus secundum carnem.* Deinde à
versu 7. vsque ad 10. ostendit
quod licet Iudæi ab huiusmodi
gradu deciderint, & Gentiles ad
eum sunt euecti, non propterea
promissiones diuinæ irritæ fa-
ctæ sunt: illæ igitur quibus filiis
Israël promissa legitur filiorum
Dei adoptio. Quoniam nomine
filiorum Abrahamæ & Israël (qui-
bus factæ leguntur promissio-
nes istæ) non veniant intelligen-
di prognati ab eis secundum car-
nem: aliàs Ismaëlis & Esau po-
steritas censeretur inter filios
istarum promissionū, quoniam
sunt progenies Abrahamæ. Sed tan-
tū intelligendi sunt filij se-
cundum spiritum Christianæ fi-
dei. Propter quod à Domino de
Nathanaele dictum est, *Ecce ve-* Ioan. 1. 46.
rè Israëlita, in quo dolus non est.
Denotando per hoc ad veræ
Israëlitæ rationem non satis esse
veritas Israëliticæ carnis, sed po-
tius spiritus, esseque aliquos
Israëlitas falsos; illos nimirū qui
veri Israëlitis spiritu præditi non
sunt. Vnde apud Ioannem, *Si filij* Ioan. 8. 57.
Abrahamæ estis, opera Abrahamæ facite.
& Baptista dixit, *Potens est Deus*
de lapidibus istis suscitare filios
Abrahamæ. Vtique quoniam Gen-
tiles.

Matth. 4.

tiles idololatræ poterant spiritum promissionis induere, & proinde Israëlitarum atque filiorum Abrahamæ progenerari.

416.
Obiectio.

Rom. 9.9.
Gen. 18.10.

Quod si obiicias promissionem hanc non esse spiritualis cognationis & filiationis, sed temporalis & carnalis, dicente Paulo, *Promissionis verbum hoc est, secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius*, utique Isaac qui non secus atque Ismaël fuit carnaliter genitus ab Abraham. Responderetur esse falsam assumptionem, quoniam licet Isaac sit filius Abrahamæ secundum carnem, tamen quia id non contigit virtute carnis, quia vulva Saræ iam esset emortua, & corpus Abrahamæ senio debile, sed virtute supernaturalis doni ex diuina spōsione accepti, ideo dicitur filius secundum promissionem: significans eos qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo per fidem nati sunt. Vnde Paulus ad Galatas 4. distinguit inter Ismaëlem & Isaac, quia ille est filius secundum carnem, hic autem secundum promissionem.

417.

Mox à numero 10. explicat qualiter gratia hæc nascendi nõ secundum carnem, sed secundum promissionem, hoc est, per gratiam adoptionis, nulli hominum obtigerit, ob propria vel hæreditaria merita, sed tantum propter beneplacitum propositumque diuinum; & ad hoc probandum inducit elogium quod caput est nostri dubij. In eo enim docet quod ex duobus hominibus prorsus æqualibus, vnus à

Deo electus est, & reprobatus alter.

Inquit enim quod ex Isaac & Rebecca descenderunt Esau & Iacob, ex quo sequitur quod in dignitate parentum æquales erant. Secundò quod vno sunt concubitu geniti, eodemque foetu nati: ex quo sequitur quod in natalibus nataliumque circumstantiis æquales extiterent, & proinde quod electio vnus præ alio ad promissionis spiritum, & adoptionem filiationis non secundum carnalem generationem, sed præcisè secundum diuinam electionem prorsus euenerit.

418.

Rursum numero 11. ait quod antequam duo isti fratres Esau & Iacob nati essent, prædicta electio diuinitus facta est: ex quo sequitur non dependisse ex naturalibus corporum, animarumve proprietatibus, qualitatibus & conditionibus, aut præfagio & augurio desumpto ex hora & puncto natiuitatis. Item dicit factam esse antequam illi quidquam boni aut mali egissent. Ex quo sequitur non dependisse ex illorum bonis aut malis meritis præcedentibus.

419.

Addit etiam factam fuisse nõ ex operibus, sed ex vocante: ex quo sequitur non tantum dependisse ex præcedentibus, verum neque ex præiis in posterum operibus, sed omnino ex intentione eligentis: utique quoniam sic placitum fuit ante eum. Quod corroborat verbo illo, *ut secundum electionem propositum Dei maneret*. hoc est, ut electio per omnia cohæreret, quadrarét, quæ proposito, consiliove, aut

decreto diuino eligendi independenter à meritis & operibus. Huius autem electionis speciem expressit per illa verba, Genes. 25. *Quia maior seruiet minori*; quibus palàm maioritas in præcedentia natiuitatis à ratione prælationis excluditur, cum minoritati subiiciatur. Expressit etiam per illa verba Malachiæ, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. quia ex dilectione libera & spontanea Dei, non ob rem aliã, factus est Iacob filius secundum promissionem, Esau autem non nisi secundum carnem: & proinde prædestinatus ille, reprobus iste.

Sed obiicies, hæc duo elogia promissionem dumtaxat temporalium, non verò spiritualium continere; & proinde ex eis nihil ad prædestinationem vel reprobationem spectans elici posse. Primum enim elogium ex Genesi tantum importat quòd filij Esau subdendi erant filiis Iacobi qui minor erat frater. Quod factum est, quando populus Idumæorum subditus fuit populo Iudeorum, à temporibus vtique Dãuid & Salomonis, vsque ad tempora Ioram, vt patet ex libr. 2. Regum. Quod etiam patet ex verbis contextus, quibus refertur quòd Rebeccæ grauidæ Dominum consulenti, cur paruuli quos gerebat in utero, inter se colliderentur, responsum est, *Dua gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur; populusque populum superabit, & maior seruiet minori*. Secundum autem elogium de terrenis & caducis bonis, non verò

de spiritualibus & æternis intelligendum, vel ipsa Malachiæ verba testantur, quæ sic habent: *Frater erat Esau Jacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui: & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti*. hoc est, cum ex eodem patre geniti sint Esau & Iacob, & ideo mihi æquè chari futuri viderentur, aut saltem maior natu charior, tamen minorem natu Iacob, & in eo eius posteritatem dilexi, tradens illi optimam terram Chanaam: maiorem verò natu Esau, & ex eo omnem eius posteritatem odio habui, addicens eum saxosæ ac salebrosæ terræ Idumææ.

Respondetur tamen negando priorem propositionem. Primò, quia licet demus quòd vaticinia hæc immediatè & proximè, hoc est, historicè, de bonis ac malis intelligantur temporalibus, vt planè videntur concedere Hieronymus, & Augustinus, principaliter tamen intelligantur de bonis æternis & spiritualibus: quatenus sub corporalium velamento spirituali promitti frequentissimum tunc temporis fuit. Propter quod dixit Paulus quòd omnia in figura contingebant eis, & quòd lex umbram habuit futurorum bonorum. Sicut illa promissio facta Saræ de filio Isaac retinet quidem immediatè speciem sponsonis filij secundum carnem, particulariter tamen filij secundum spiritum, vt nuper ostendimus.

Secundò, quia falsum quòd adhuc immediatè intelligantur de

Malach. 1.

431. Responsio.

Hier. ep ad Hedibiam q. 10. Aug. q. 73. in Genes.

432.

de

Malachiæ 1.

430.

Alia obiectio.

Genes 15.

2. Regum 8.

Gen. 25.

de temporalibus tantum, & non potius de æternis; quia (vt de primo agamus) reprobatorum fors & conditio hæc est vt prædestinatis inseruiant, sicut Gabaonitæ manserunt cum populo Dei, Iosue 9. vt illi ligna & aquam portarent. Et (vt Augustinus notat) mali seruiunt bonis saltem quomodo persecutores martyribus, quomodo limæ vel mallei auro, quomodo molæ seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornaces, vt illi coquantur, illa consumantur: quomodo in fornace artificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, aurum probatur.

quens ad materiam prædestinationis & reprobationis in communi non pertinere, sed solum conducere ad probandum quod Deus ex mera misericordia sua prædestinavit Gentiles, & reprobavit Hebræos. Respondetur tamen quod sicut per Iacob & Esau in præallegatis locis eorum posteri subindicati sunt, (vt notauit ibi Hieronymus) ita omnium prædestinatorum atque reprobatorum congeries. Cuius ea est ratio quod nomine Iacob tantum in præsentem dantur intelligi fideles electi prout sic, ex quo sequitur quod posteri eius reprobi non veniant nomine Iacob intelligendi. Et proinde quod nomine Esau illi tantum intelligantur qui reprobi fuerint, non autem qui prædestinati & electi, vt Iob & alij similes descendentes ab Esau. Imò neque certum vndequaque est ipsū Esau in præsentem subintellectum esse, quoniam certum hucusque non est quod ipse Esau reprobatus fuerit, sed nomine eius intelliguntur reprobi omnes cuiuscumque propaginis etiam Iacob, sicut nomine Iacob prædestinati quique etiam ex stirpe Esau, vtpote quod non omnes qui ex Israël sunt, ij sunt Israëlita, sed qui filij promissionis, qualis fuit ipse Iacob, vtpote prædestinatus. Si igitur nomine Iacob intelliguntur prædestinati vt sic; nomine verò Esau reprobi vt sic: consequens est prædicta elogia omnium & singulorum prædestinatorum & reprobatorum rationes continere: easque in eo sitas esse, quod so-

Resp.

Aug. ferm. 78. de tempore & lib. 16. de ciuit. c. 35.

433.

Item (vt dicamus de secundo) illud quod de montium sterilitate & solitudine inducitur, non tamquam præcipuum malum refertur, sed tamquam posterioris mali indicium; ita vt sterilitas montium signum sit spiritualis & æternæ reprobationis Esau & suorum. Quare mox in textu adicitur versu 5. *Isti edificabunt, & ego destruiam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum.* Vnde Burgenis & Ribera existimant hunc locum non tam in sensu mystico & allegorico (vt recentiores arbitrantur) quam historiali citatum fuisse à Paulo.

Malach. 1. 5.

Burgen. additionibus 7. Malachia 1. Ribera Malach. 1.

434.

Secunda ob- iectio.

Sed obiicies secundò elogia ista quomodolibet intellecta nihil de prædestinatione & reprobatione singulorum hominum, sed prædestinatione gentilitatis & reprobatione Iudæorum, continere: & per conse-

lam voluntatem diuinam pro
causa habeant.

435.
Tertia obie-
ctio.

Sed obiicies tertio quod adhuc
subintellectis nomine Iacob &
Esaï omnibus & singulis præde-
stinatis & reprobis, non videtur
consonum menti Pauli quod
prædestinatio eorum in solam
voluntatem diuinam refunda-
tur, & de reprobatione idem
dicendum: quia Paulus dum ex-
cludit opera, dicens, *non ex ope-
ribus, sed ex vocante*, nomine
operum intelligit externa legis
opera, quibus potissimum glo-
riabantur Iudæi, dicentes quod
propter illa debebatur eis hære-
ditas regni vt filiis Abrahæ &
Israëlis; & econtra propterea
gentibus nulla talis hæreditatis
inẽundæ causa erat, quia neque
ex Israële orti, neque in operi-
bus legis exercitati: non verò
alia opera moralia circa alia
præcepta & consilia. Imò hæc
comprehẽdissẽ videtur cum di-
xit, *vt secundam electionem propo-
situm Dei maneret*. Quia (vt sen-
tit Theodoretus) per *ly propositum*
denotatur humana voluntas
à Deo præuisa, cui diuina con-
formatur electio, prædestinan-
do eum, in cuius voluntate bo-
num præuidit boni operis pro-
positum, illum autem reprobando,
cuius in operando malum
propositum præuidit. Et quan-
tum ad hoc ferè idem est, quod
docuit Chrysostomus hîc, di-
cens hanc electionem Dei sup-
ponere præscientiam diuersa-
rum voluntatum hominum an-
tequam sint: quia eatenus eligit
aliquos præ aliis, quatenus in ali-
quibus præuidit bonas volunta-

tes quas non præuidit in aliis.
Cui sententiæ cuncti ferè Græci
applaudunt, vtique præter Ori-
genem Theophylactus, OEcum-
menius, & Commentatores Ire-
næi & Basilius: imò & Latino-
rum multi, videlicet Ambrosius,
Hieronymus, Tertullianus, Phi-
lastrius, Anselmus, Hilarius, &
Prosper, ac denique aliquando
Augustinus.

Respõdetur nihilominus, fal-
sum esse quod Paulus in præ-
senti tantum curet exclusionem
operum legis; quia aliàs frustra
exempla Ismaëlis & Isaac, Esaï
& Iacob posuisset, in quibus
nulla legis opera præsciri potue-
runt, vt pote quod extremum
diem vitæ clauserint ante latam
legem, neque ad illam pertinue-
rint. Neque obiectio de præui-
sione operum ad electionem vr-
get; quoniam, vt supra vidimus,
sicut per illa verba, *antequam
quidquam boni vel mali egissent*,
exclisit Paulus à motiuo & cau-
sa huius electionis opera præce-
dentia; ita per illa, *non ex ope-
ribus, sed ex vocante*, exclisit præ-
uisa.

Et quidem si propter præuisa
hominum bona merita vel mala
Deus probauit, aut reprobauit
illos, elegit vel respuit prædesti-
natos, aut reprobos fecit: quo iu-
re Paulus post præfata nostri tex-
tus verba, quæ sunt versu 12. &
13. subdidisset versu 14. 15. &
16. *Quid ergo dicemus? Numquid
iniquitas apud Deum? absit. Moysi
enim dixit: Miserebor cuius mise-
reor, & misericordiam prestabo cui
miserebor. igitur non volentis ne-
que currentis, sed miserentis est Dei.*

Orig. Theo-
phyl. OE-
cum.

Iren. lib. 4. c.
70. 71. 72. &
76. & Com-
ment. ibi.

Basil. lib. 2.
c. 30. initio
Prouerb.

Ambros. 5.
ad Rom. 9.

436.
Responsio.

Hier. vbi 7.
Tertul. lib.

1. contra
Marcio.

Philast. de
hæres. capi-
te de obdu-
ratione.

Ansel. Rom.
9.

Hilar. ep. ad
August.

Prosper lib.
de concor-
dia c. 2.

August. 5. ad
Rom. pro-
positione
60.

437.

hoc

hoc est, absit ut aliquam iniustitiam notam impingamus Deo; quia non ex operibus, sed ex vocante aliquos præ aliis elegerit, dilexerit & prædestinauerit, & proinde solo suæ voluntatis nutu, secundum id quod ipse in fabricatione vituli ad Moysen dixit, videlicet misericordiam ex sola miseratione præstare illis tantum, quorum misertus sum, ita ut neque affectibus, neque effectibus hominum mea opitulatio, sed tantum meis possit adscribi visceribus. Quæ verba cum induxerit Paulus ad ostendendum cælestem prædestinatorum, aut reprobatorum repulsam, aperte probant, quod ex mente Pauli, electio nullam prorsus ex nobis, sed tantum ex Dei nutibus causam, vel rationem accipiat.

tantam nostrarum præuisarum à Deo; maximè cum Episcopi Orientales in Concilio Palæstino (de quo Augustinus, & cui Chrysostomum interfuisse probabile est) oppositum definiunt. Et Celestinus Papa in epistola ad Gallos, & Augustinus sæpè, & alij apud Franciscum Suarez id ipsum senserint. Latinorum autem & Græcorum Patrum elogia, quæ in diuersam partem inflectere videntur, si strictè accipiuntur, benignè veniunt interpretanda. Verba similiter sacræ Scripturæ, quæ interdum initium boni operis videntur ab homine postulare. v.g. Isaïæ 30. *Expectat Dominus ut misereatur vestri.* & 1. Regum 3. *Præparate corda vestra Domino.* & Psal. 118. *Præueni in maturitate, & clamauit;* optimè exponit Vasquez, dicens, quod sicut Concilium Tridentinum per hæc & similia intelligit non quidem exordium salutis esse à nobis, sed libertatem ad salutem, quæ propterea iugiter excitatur, ut bene utendo vna gratia, aliam impetremus, vel ad aliam disponamus; sic nos debemus intelligere illa. Et eodem modo prædictorum Patrum elogia interpretaturi sumus, ut omnino verbis Apostoli conformemur. videatur Vasquez.

Aug. epist. 106.

Suarez lib. 2. de prædestinat. c. 8.

Trident. sess. 6.

Vasq. 3. 1. p. D. Th. d. 91. cap. 8.

440.

Et quidem quando Pauli verba sanctorumque Patrum elogia circa rem hanc defuissent, vel ipsa ratio premeret, quod saltem prædestinationis electio ex præuisione bonarum nostrarum voluntatum non dependet. Quoniam omnis nostra bona

Exodi 9. & 33.

438. Isaïæ 45. 9. Ierem. 18. 6. Sap. 5. 7.

Rom. 9. 29.

Quod adhuc pressius perstrinxit interrogans cum Isaïa, Ierem. & Sapiente, *Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic?* & respondens n. 29. *An non habet potestatem figulus lutæ, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Quasi diceret, sicut figulus ex solo suæ voluntatis nutu ex eadem omnino massa facit vasa honoris & contemptus, ita & Deus ex eisdem prorsus hominibus filios regni, & filios gehennæ.

439.

Hæc autem omnia cum sancti Patres siue Græci, siue Latini, ignorare non potuerint, consequens est ut contradixerint, & proinde quod verè non senserint, neque affirmauerint diuersitatem electionum Dei erga nos pendere ex diuersitate vo-

*Prædestinatio
quid, ex Au-
gustino.
August. lib.
de bono per-
seuerantiæ
cap. 14.*

voluntas prædestinationi infer-
uens non potest non esse donū
& beneficium Dei; & proinde
prædestinationis effectus; quo-
niam prædestinatio definitur ab
Augustino, *preparatio beneficio-
rum Dei, quibus certissime libe-
rantur, quicumque liberantur.* Si
autem est effectus prædestina-
tionis, non potest esse prima ra-
tio illius, quoniam effectus sup-
ponit suam causam. Maximè
quòd causa prædestinationis,
idem est ac causa omnium effe-
ctuum prædestinationis (nam
causa actus prædestinationis nul-
la esse potest, cum sit actus Dei
ac Deus.) Implicat autem quòd
aliqua absoluta voluntas tale
quid possit exequi; cum neque
id possit physicè exequi: utpote
quòd non potest physicè per se
efficere, v. g. gratiam, charita-
tem & fidem, reliquosque habi-
tus per se infusos, de quibus di-
citur quòd causantur in nobis
sine nobis, hoc est, quòd causan-
tur à Deo, absque eo quòd nos
effectiue influamus in produ-
ctionem illorum. Sed neque mo-
raliter: nam si talis bona volun-
tas importat aliquam bonitatè
omnino naturalem, est omnino
improportionata cum effectibus
præstantissimis prædestinatio-
nis, qui sunt fides, spes, gratia.
Ex quo sequitur quòd neque
possit esse meritoria, aut dispo-
sitiva ad eos. Si autem illa boni-
tas est ordinis supernaturalis, iā
est effectus prædestinationis, ut-
pote producta supernaturaliter à
Deo ex vi intentionis saluandi
hominem. Unde illis est utilis
ad salutem, quòd non ita est in

reprobis. Denique quoniam sic-
ut nostra bona voluntas esset
causa, ratio vel occasio, vel sal-
tem conditio sine qua non no-
stræ prædestinationis, iam in
nostra situm esset potestate præ-
destinari, vel non prædestinari;
sicut in libera nostra situm est
potestate habere bonam illam
voluntatem, vel non habere. At
consequens est omnino negan-
dum. Ergo & antecedens.

De reprobatione etiam idem
quantum ad hoc dicendum est,
scilicet nullam ex parte reprobi
posse assignari causam, rationè,
vel conditionem sine qua non.
Primò, quia aliàs liberum illi es-
set non reprobari. Secundò, quia
nihil in reprobo est, quòd possit
causare omnes effectus reprobationis
suar. v. g. primam permis-
sionem peccati, ratione cuius in
gehennam detrudendus est. Ter-
tiò, quia ex parte creatura ra-
tionalis nulla potest esse causa
reprobationis nisi peccatum. At
in Angelis nullum peccatum
præcessit reprobationè, sed ne-
que in hominibus. Nā si aliquod
saltem esset originale. At hoc
non: quoniam vel hoc esset ut
iam in vnoquoque contractum,
vel ut contrahibile. Si primo
modo, sequeretur quòd meritis
Christi B. Virgo potuerit ab ori-
ginali reseruari, utpote quòd iā
à Deo fuerat præuisa in illo, &
prius est rem esse quàm videri.
Si secundo; ergo non poterat
esse causa reprobationis, quia
tunc non vitiauerat hominem.
Præterquam quòd cum repro-
bentur multi, quibus peccatum
originale dimissum est; conse-
quens

quens est vt propter illud non reprobati fuerint; quoniam alias remissio eius valde imperfecta fuisset & manca; siquidem in poenam peccati grauissimū omnium supplicium inferitur quod est reprobatio. Vnde D. Thomas nullam ex parte peccati causam prædestinationis aut reprobationis humanæ ponit. Perspicuum igitur est, nedum ratum ac firmum quod Paulus in hac parte docet: videlicet quod sicut est in manu figuli ex eadem prorsus massa facere aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam; ita in manu Dei ex eisdem omnino hominibus, eodem prorsus modo se habentibus eligere & prædestinare aliquos, respuere autem reliquos.

Sed adhuc quartò obiicies electionem vnius præ alio fieri neutiquam posse absque præuisione inæqualitatis; quia sicut dilectio est de bono, odium verò de malo, ita electio est de mediocri bono. Vnde Augustinus fatetur electionem fieri non posse inter multos, nisi aliqua inter eos distinctio præuideatur. Imò & ipsæ sacræ literæ præscientiam futurorum vel in ipsa prædestinatione videntur asserere. Dicitur enim ad Rom. 8. *Quos præsciuit prædestinauit.* hoc est, quos præsciuit frugi futuros, hos & prædestinauit. Vt pote quoniam ipse Paulus loquens de reprobis ac prædestinatis, inquit, *In magna domo sunt vasa aurea & fictilia, alia in honorem, alia in contumeliam. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem vile Domino.* Reprobi autem

communi & vñtato vocabulo appellantur à Theologis, præsciti, quasi qui ob præscientiam suorum criminum repudiati sint à Deo.

Respondetur tamen maiorem propositionem ad summum esse veram de electione quæ fit ex iudicio consultationis de mediis ad meliorem consequutionem finis conducentibus, quæ appellatur ab Aristotele & Damasceno, *Appetitus præconsiliati.* Nam cum media præsupponantur utilia, & solum discussio fiat de maioriore propter meliorem consequutionem finis, ideo hoc proposito stante electio sequens talem consultationem debet esse de meliori bono. Secus verò de electione libera eorum ad quam non præcedit huiusmodi consultatio, sed tantum cognitio de conuenientia mediorem ad finem, aut etiam de aptitudine: vt patet in exemplo de figulo qui ex eadem penitus massa partem vnam eligit, vt nobilitet, & informet, partem verò informem relinquit. Estque latum discrimen inter primam & secundam electionem, quod illa dicitur electio strictè & specialiter sequens deliberationem & sententiam consilij, quæ proinde in Deum non cadit, vt habet Damascenus; ista autem largo modo, prout quælibet libera præassumptio & præacceptatio alicuius rei dicitur electio, quæ inter penitus æqualia contingit frequenter; imò & aliquando, circa id quod minus est, versatur. De his tamen 1. 2. q. 13. art. 6.

D. Thomas
1. p. q. 23. a.
5. in corp. &
ad 3.

Responsio.

Arist. 3. Ethic. cap. 2.
Damasc. 2. de fide cap. 22.

Quarta obiectio.

Aug. lib. 1. ad Simplicianū quest.

Rom 8.

ad Tim.

Reprobi, præsciti.

Idem 2. de fide c. 23.

443.

Dilectio, electio, prædestinatio quid.
D. Th. s. ad Rom. 9. lect. 2.

Pro maiori autem rei intelligentia notandum est cum D. Thoma quòd electio, dilectio & prædestinatio Sanctorum in Deo idem sunt, licet ratione differant: nam dilectio dicitur secundum quòd vult bonum alicui absolute: electio autem secundum quòd per bonum quod alicui vult, eum alteri præfert: prædestinatio verò secundum quòd hominem dirigit in illud bonum, quod ei vult diligendo, & eligendo: & ideo secundum rationem prædestinatio sequitur electionem: sicut voluntas de fine naturaliter præcedit electionem mediorum, electio autem & dilectio aliter ordinantur in Deo & in homine: electio præcedit dilectionem; voluntas enim humana mouetur ad dilectionem ex bonitate quam in re amata considerat, ratione cuius eam præeligit alteri, & præelectæ ei suum amorem impendit. Sed voluntas Dei est causa omnis boni quod est in creatura, & ideo bonum per quod vna creatura præfertur alteri, per modum electionis, consequitur voluntatem Dei, quæ est de bono illius pertinentis ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonum quod in homine eligat Deus eum diligit, sed potius eo quòd eum diligit præfert illum aliis eligendo. Sic diuus Thomas. Ex quo sequitur longè diuersam esse rationem dilectionis & electionis diuinæ, utpote quæ ponunt, non supponunt bonum in nobis Tantum abest ut de-

beat supponi ratio amoris vel dilectionis & electionis in nobis ad primam dilectionem, electionem, & prædestinationem.

Neque obest quod de præscientia obiicitur. Primò, quoniam (ut Augustinus notat) præscientia est quid commune in Deo ad bonum & ad malum: nam præscit omnia, non tamen prædestinat. Vnde Leo, *Credo Deum prædestinasse solum bona, præsciuisse autem bona & mala;* utpote quòd omnia noscit antequam fiant; ut præsciuit Christus non tantum Petri absolutionem, verum & negationem. Et Petrus ipse dixit de Christo, *Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum.* Itaque *ly præscientia* & *ly præscire* quid commune est ad bonos & malos. Vnde tanquam nomen genericum, quod suapte natura quid imperfectum est, solet in malam partem accipi, & reprobis tanquam illis germanum applicari: ut hominibus ineptioribus nomen genericum animalis.

Secundò quòd *ly præscire*, ut *ly noscere*, aut *scire*, aliquando in sacris idem est ac statuere & approbare, ut Rom. 11. *Non re-* Rom. 11. *pulit Deus plebem suam quam præ-* 1. Pet. 1. *sciuit.* & Petrus dicitur *Apostolus Iesu Christi secundum præscientiam Dei Patris.* In hoc autem nullus respectus ad bona futura hominum includitur, sed tantum ad decretum diuinum quo prædestinatorum salus scienter roborata ut executioni mandanda per gratiæ media & opera, eo quòd absque

444.

Diluvium argumèta de præscientia.
Aug. lib. de peccatorum incr. & remis. cap. 8.
Leo I. ep. ad Petrum Antiochenum. Matth. 26. Act. 2. 3.

Præscientia quid.

445.

absque illis constitutum est, neminem adulatorum purgari, & gratia iustificante imbui, quod est intentum Pauli in elogio inducto ex secundæ ad Timoth. 2. Paulo enim antè dixit, utique versu 9. *Vocauit nos uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam ipsius.* Itaque bona opera nostra sequuntur præscientiam istam Dei, non autem in præuisione præcedunt.

446.

Sed tandè obiicies quòd quidquid sit de prædestinationis causa ex parte nostra, videtur tamen indignum clementiæ pariter & bonitati diuinæ, quinimo & iustitiæ eius, ut citra omnem causam, rationem, occasionem, vel conditionem sine qua non ex parte hominis reprobet eum, & odio habeat; cum hæc sint malorum omnium quæ possunt accidere homini teterrimum & nocentissimum, utpote omnium aliorum radix & fons. Præterquam quòd (ut D. Thom. notat) sicut prædestinatio est præparatio gloriæ, ita reprobatio præparatio pœnæ. At iniuste præparatur pœna nisi ratione culpæ, aut propter culpam saltem præuisam. Item ait quòd sicut prædestinatio importat præparationem meritorum, quibus peruenitur ad gloriam, ita reprobatio præparationem peccatorum, quibus peruenitur ad pœnam. At Deus non alia peccata potest præparare ad pœnâ præter præuisa. Ergo peccata præuisa sunt causa reprobationis.

D. Thomas
ubi sup.

447.
D. Th. 1. p.
q. 23. art. 1.
ad 3.

Huius argumenti priorem partem mirè soluit D. Thomas,

ostendens non pugnare cum bonitate diuina hoc genus reprobationis, sed potius conuenire illi. Inquit enim quòd ex ipsa bonitate diuina sumi potest ratio prædestinationis aliquorû, & reprobationis aliorum. Sic enim Deus dicitur omnia propter suam bonitatem fecisse, ut in rebus diuina bonitas repræsentaretur. Necesse est autem quòd diuina bonitas, quæ in se est vna & simplex, multiformiter repræsentetur in rebus, propterea quòd res creatæ, ad simplicitatem diuinam attingere nõ possunt. Et inde est quòd ad perfectionem vniuersi requiruntur diuersi gradus rerum, quarum quædam altum, quædam autem infimum locum teneant in vniuerso, & ut multiformitas graduum cõseruetur in rebus, Deus permittit aliqua mala fieri, ne multa bona impediuntur. Sic igitur consideremus genus humanum ut totam rerum vniuersitatem. Voluit igitur Deus in hominibus, quantum ad aliquos quos prædestinat, suam repræsentare bonitatem per modum misericordiæ parcendo; & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum iustitiæ puniendo. Et hæc est ratio quare Deus quosdam eligit, & quosdam reprobat. Et hanc causam assignat Apostolus ad Romanos 9. dicens, *Volens Deus ostendere iram (id est, vindictam iustitiæ) & notam facere potèntiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum; ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriam.*

Rom. 9. 22.

Sed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobauit, non habet rationem nisi diuinam voluntatem. Vnde Aug. *Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle inuestigare, si non vis errare.*

Sicuti etiam in rebus naturalibus potest assignari ratio, quare materia prima cum ipsa secundum se sit vniformis, vnā habeat partem sub forma ignis, & aliā sub forma terræ, vt scilicet sit diuersitas specierum in rebus naturalibus. Sed quare hæc pars materia sit sub ista forma, & alia sub alia, depēdet ex simplici voluntate Dei. Sicut ex simplici voluntate artificis depēdet quod ille lapis sit in ista parte parietis, & ille in alia.

Et addit, neque tamen propter hoc est iniquitas apud Deū, si inæqualia æqualibus præparet. hoc enim esset contra iustitiæ rationem si prædestinationis effectus ex debito redderentur, & non darentur ex gratia. In his enim que ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus vel minus, dummodo nulli subtrahat debitum absque præiudicio iustitiæ. Et hoc est quod dixit Paterfamilias, *Tolle quod tuum est, & vade, an non licet mihi quod volo facere?*

Quoad secundam verò partē, respondetur, reprobationem diuinam duo importare, primum negationem prædestinationis, quæ consistit in hoc quod est nō eligere, seu non approbare, quia reprobatio opponitur approbationi. Habētque pro effectu adæquato permissionem peccati in-

ferentis damnationem æternā, vt effectus prædestinationis est prouiso operum inferentium æternam viam. Secundum est quid posituum consistens in destinatione & præparatione hominis ad ignem æternum, & exclusionem à gloria per iustam condemnationem. Vnde vnicus effectus eius est, addictio ex diuina sententia ad malum pœnæ: quando autem negamus reprobationi causam, loquimur de illa secundum priorem rationē, quia effectus eius nulla præter voluntatem diuinam potest causa assignari, vt patet in Angelis reprobis, & in his qui cum solo originali decedunt. Quando verò ait D. Thom. reprobationem esse præparationem peccatorum ad pœnam, loquitur de illa secundum posteriorem rationem, id est, quatenus peccata præuisa deputantur ad pœnam. Peccata enim non possunt esse effectus reprobationis, quia hæc est à Deo. Vnde omnes effectus reprobationis sunt à Deo, peccata autem non possunt esse à Deo. Est tamen causa permissionis peccati inferētis æternam damnationem, & causa inflictionis talis pœnæ, sed propter talem culpam. In quo nulla iustitiæ aut æquitatis linea transigitur. Videantur Suarez & Bellarminus.

Quod si tandem animus his non quiescit, clamet vt Paulus, *Quæ alitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini?* & audiat eum

dicens

Aug. tract.
26. in Ioan.

448.

449.

Matth. 20.

Reprobationis
diuinæ vis.

Suarez lib.
5: de reprobatione, cap.
5. 6. & 7.
Bellarm. tit.
lib. 1. de gratia & lib.
2. 1b. cap. 11.

450.

Rom. 9. 25

dicentem, *An nō habet potestatem
figulus luti, ex eadem massa facere
aliud quidem vas in honorem, aliud
in contumeliam?*

CAPVT XXXIV.

*Respondetur decimo argu-
mento secundi capituli,
ex Romanorum 10.3. &
explicatur locus, iusti-
tiam quæ ex lege est,
qui fecerit viuet in
ea, &c.*

451. **D**E sententia Chrysostomi,
Theodoretī, Theophyla-
cti, OEcumenij, Primasij, &
aliorum, hoc verbum quod ex
Mose Paulus citauit, intelligen-
dum venit historicè, siue ad lite-
ram de mādato legis, quam nu-
per ipse Moses tulerat. Vtpote
quòd palam populus eam exce-
perit, perspicuam habuit, ac
manifestam tenuit, & hoc abs-
que agone aliquo sudorè ve-
tis, aut corporis. Hoc enim
(aiunt) significat, *Mandatum
quod ego precipio tibi, non supra
te est, neque procul positum, neque
in celo situm, neque trans mare, ut
possis dicere: Quis deferat illud ad
nos, ut audiamus, & opere com-
pleamus? Sed iuxta te est sermo
valde in ore tuo, & in corde tuo ut
facias illud.* Quasi diceret: Non
te mandatum hoc fugit, neque
tuum superat captum conatū-
ve tamquam aliquid de longin-
quo petendum, sed in tuos in-

Deuter. 30.
21.

currit oculos, corde retines, &
ore promis.

Quæ proculdubio admonitio
frustranea non fuit. Quoniam li-
cet scriptum sit Psalm. 18. *Præ-
ceptum Domini lucidum illuminans
oculos.* & Psalm. 118. *Lucerna pe-
dibus meis verbum tuum.* & Prou.
6. *Mandatum lucerna est, & lex
lux.* Ipse tamen Moyse prædi-
xerat, *Non dedit vobis Dominus*
cor intelligens, & oculos videntes,
& aures que possunt audire usque
ad presentem diem. Quare ne
deinceps aliquam ex ignorantia
legis excusationem prætende-
rent, conuenienter de perspicui-
tate illius claræque notitia apud
eos commonefacti sunt.

452.

Deut. 29. 3.

Item de eorundem præcepto-
rum adimpletione facili, iuxta
eosdem Patres moniti sunt, ut
ipsa verba textus indicant, quæ
habent, *Prope est verbum in corde
tuo, & in ore tuo ut facias illud.*
Ut enim Tertullianus notauit,
esse aliquid intra nos, significat
esse in potestate nostra, atque in
manu nostra. Vti cum dixit Do-
minus, *Regnum Dei intra vos est,*
hoc est, in manu consilij ve-
stri.

453.

*Intra nos, idē
quod in pote-
estate nostra.*

Tertul. 4.
contra Mar-
cionem cap.
35.

Luce 17.

Adduntque Patres isti quòd
Paulus per accommodationem
vel extensionem aptauit hæc
verba ad Christum, transtulit-
que ad iustitiam fidei. Quia (ut
inquit D. Thomas) non est in-
conueniens, si quod Moyses di-
xit de mandato legis, Apostolus
attribuat Christo, quia Christus
est verbum Dei, in quo sunt om-
nia Dei mandata.

454.

D. Thomas
vbi 5.

Nihilominus reclamare vi-
detur. Tum quòd Paulus expref-

455.

Leuit. 18. 5. se distinguit inter iustitiam legis & fidei, per hæc verba, in-
 Deut. 30. 11. quiens, *Moyfes enim scripsit, quoniam qui fecerit iustitiam qua ex lege est, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dixit: Non dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum, aut quis descendet in abyssum? Ut igitur Moyfes in primo elogio egit ad litteram de iustitia legis: consequens est vt in secundo egerit de iustitia fidei. Aliàs quomodo per hæc verba distingueret inter eas: nã per accommodationem etiã illa verba aptari possunt iustitiæ fidei: vtpote quòd qui facit eã, viuet in ea.*

456.

Tum quòd non tantum accommodat verba hæc ad Christum: verum explicat ea de illo, dicens, *Non dixeris, quis ascendet in cælum, hoc est, Christum deducere? aut quis descendet in abyssum, hoc est, Christum à mortuis reuocare?* Hoc autem non est aptare vnum alteri, sed verbi legitimi sensum aperire. Adde quòd facilitas & pronitas adimplendi præcepta, non potest verificari de iustitia legis, hoc est, de scripta, sed tantum de iustitia fidei, hoc est, de lege gratiæ. Illa enim lex iubebat (ait sæpè Aug.) non iuabat; propter quod appellabatur à Petro onus incõportabile. Ista verò iubet quidẽ, sed iuuat; propter quod dicitur onus leue, & iugum suauẽ. Et propterea dixit aliquando idem Paulus, *littera occidit, spiritus autem viuificat; quoniam spiritus est qui adiuuat infirmitatem nostram.*

1. Cor 3.

457.

Et sanè potissimam, imò vnicam, quã hinc Paulus inter vtrãque legem assignat diuersita-

tem, ista tantum est, quòd iustitia fidei omnem propulsat difficultatem. Inquit enim, *Iustitiam qua ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Non dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum, hoc est, Christum deducere; aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in corde tuo, & in ore tuo. id est, pro iustitia legis id tantum promittitur, quòd factores illius viuerent, de iuuamine autem ad eius adimpletionem nullum verbum dicitur. At iustitia quæ ex fide est, omnem quæ nos poterat, in operando difficultatem retardare tota submouet, dicens, ne impossibilium aut difficilium excusationem prætendamus, quoniam dono eius omnia nobis non tantum possibile, verum & factu facilia, nulliusque negotij reddita sunt. Igitur hæc verba de sola hac iustitia secunda, non autem de prima verificari possunt, & proinde ad litteram dici.*

Quòd si obiicias primò Mo-
 sem in illo loco subiecisse hæc
 verba postquam proposuerat re-
 muneraciones dandas illis qui
 legem à se tunc latam custodi-
 rent, vt sic tam præmiorum pro-
 positione, quàm impedimento-
 rum propulsione addicerentur
 ad legis obsequium. Respondeo,
 mihi pro constãti esse hoc, quo-
 niam reuera Deus non solum
 temporibus gratiæ, verum omni
 profus tempore opem requisita
 tulit ad omnium præcepto-
 rum suorum congruentem ad-
 impletionem: ad impossibilia
 enim

458.

Obiectio.
Deut. 30.

Resp.

enim Deus non obligat, vt scdè pessimè hæreticorum nostri tēporis plures blaterant. Verumtamen auxilia hæc non virtute iustitiæ legalis, aut legis scriptæ, sed potiùs iustitiæ fidei perpetuò data sunt : quoniam litteræ tantùm est iubere, spiritus autem iuuare. Quare verba quæ Moyses subiecit circa subsidia hæc & adiutoria, tamquam de mente iustitiæ fidei dicta prolataque docuit hîc Paulus.

459.
Alia obiectio.

Quòd si obiicias secundo, præmia ibi repromissa, utpote prorsus temporalia, ad iustitiam ex lege penitus pertinere, non autem ad iustitiam ex fide. Dicitur enim versu 1. *Cum venerint super te omnes sermones isti, & reuersus fueris ad Dominum, & obediens eius imperiis, sicut ego precipio tibi, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, & congregabit te de cunctis populis, in quos antè dispersit. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & introducet in terram, quam possederunt Patres tui.* & iterum à versu 8. *Si feceris uniuersa mandata quæ ego precipio tibi hodie, abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, & in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate.*

Deut. 30. à num. 1.

Deut. 30. 8.

460.
Resp. prima.

Respondetur primò. Nihil inde contra nos, quoniam Paulus non omnia verba capitis, sed illa tantùm quæ à versu 1. sunt vsque ad 15. de iustitia ex fide intelligendâ docuit.

461.
Resp. secundâ.

Secundò respondetur quòd etiam iustitia ex fide habet suas

temporales remunerationes, vt patet ex illo Matth. 19. *Mites possidebunt terram. & Quicumque reliquerit domum, vel patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* vtique, vt habet Lucas, centuplum in hoc tempore & in sæculo vitam æternam. Quare temporalis remunerationis pollicitatio non abhorret à iustitia ex fide, neque est extra naturam eius, vt est extra iustitiam legis opem ferre, & vires ad promptè operandum suppeditare. In quo hîc maximè hæ duæ iustitiæ à Paulo condistinguntur.

Lucæ 18. 28.

461.

Vt autem hoc (quod valde reconditum est) eruamus, sciendum est quòd de sententiâ Theodoretî, D. Thomæ, Caietani, & aliorum, discrimen quod hîc à Paulo inter vtramque iustitiam inuehitur, est, quòd iustitia quæ ex fide est, consistit in vera, iusta, ac legitima legis obseruatione, quæ est vera iustitia. Quare pro mercede illi promittitur salus & vera vita, quæ est æterna, dicente Paulo, *saluus erit.* Iustitia autem legis sita erat in qualicumque legis obseruatione extrinseca, etiam ex metu, atque præter omne virtutis studiū facta, quæ non est vera iustitia. Propter quod qualiscumque externa salus ac vita conferebatur illi in præmium, vtique vitæ temporalis, dicente hîc Paulo, *Iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea.* & ad Galatas, *Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea viuet in eis.* & Ezechiel 20. *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi*

Ad Gal. 3. Ezech. 20. 11.

eis, qua faciens homo uiuet in eis. utique vita temporalis, qua mox transgressores legis priuabantur, dicente Paulo, *Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione moritur.* Seu vita iucunda, bonisque temporalibus cumulata. Quoniam id apud sacras litteras solet intelligi vitæ nomine. Vti cum Dauid dixit, *Quis est homo qui uiuit vitam diligit diés videre bonos?* & Salomon, *Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino.*

Et potest id probari primò ex eo quòd si iustitia legis esset uera iustitia, ueraque obseruantia, habens pro remuneratiõne vitam æternam, iam homo ex operibus legis posset iustificari, cum tamen Paulus dicat, *Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.* Quod ad eò uerum est, ut dicat, *Si ergo per legem iustitia: ergo Christus gratis mortuus est.* id est, si per opera legis potest obtineri iustitia uera, quid necesse erat mori Christum? Iustitia autem uera est illa, cui Dominus uitam pollicetur æternam. Secundo ex eo quòd iustitia legis distinguitur hic à iustitia

Dei, dum dicitur, *Ignorantes iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitia Dei non sunt subiecti.* ubi per *ly suam* intelligit iustitiam legis, ut ad Philip. 3. *Inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide.* At iustitia uera est iustitia Dei, ergo.

In contrarium nihilominus est primò quòd cum finis legis sit Christus ad iustitiam omni

credenti, ut prædixit Paulus, non uidetur possibile quòd iustitia legis tantum constiterit in nuda atque externa illa præceptorum obseruatione: quoniam illa tantquam nullius ueræ uirtutis opus non poterat referri ad Christum, ut ad causam finalem, neque perfici aut consumari per Christum. Secundo quòd Moyses in promulgatione legis non tantum externa opera, uerum & internum affectum in Deum requisit, dicens, *Cum reuersus fueris ad Deum, & obedieris imperiis eius, sicut ego precipio tibi, reducet te Dominus Deus tuus. Circumcidet Dominus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis uiuere.* Constat autem quòd Deum toto corde diligere, & sic ambulare in uis eius, uera iustitia est: & proinde quòd uita illi in præmium repromissa non tam temporalis, quam æterna erat. Tertio quòd cum uiolatores eius æterna plecterentur morte, consequens est, quòd obseruatores æterna donarentur uita.

Quarto quòd cum Paulus ait, *Factores legis iustificabuntur.* est antithesis ab auditoribus ad factores legis, quia illi non sunt iusti apud Deum, bene tamen isti. Quòd si iusti sunt apud Deum, sequitur quòd ueram habeant iustitiam, & salutem apud illum, ac proinde uitam. Denique quia quis unquam dixit quòd Moyses & Ezechiel excitarunt homines ad iustitiam falsam, aut quòd commendarunt illam, aut præmiis uitæ coonestarunt.

Heb. 11.

Vita nomine quid intelligendum ueniatur in sacris. Psal. 53. 13.

Prou. 8. 33.

463.

Rom. 2. 10.

Ad Gal. 2. 21.

Rom. 9. 3.

464.

Deut. 30.

465.
Rom. 2. 13.

nestarunt? Quod necesse est dicere, si fucata iustitia sit: obseruatio legis Mosaicæ, cum ad illius obseruationem cohortati sint iusti illi.

466.
Iustitia ex lege quid.
Vita quid.
Aug. lib. contra duas ep. Pelagian. cap. 5.
Idem de spiritu & littera cap. 29.

Vnde alij, veique Chrysostomus, Theophylactus & Oecumenius per iustitiam quæ ex lege est planè intelligunt veram legis obseruationem, & proinde nomine vitæ subintelligunt vitam æternam. Quibus consentit Augustinus, dicens, *Alium intelligendum est, propter vitam æternam scriptum esse, qui fecerit ea, viuet in illis.* & alibi, *Opus quod qui fecerit viuit in eo, non fit nisi à iustificato. Iustificatio autem ex fide impetratur, de qua scriptum est: Non dixeris in corde tuo, &c. Et Paraphrastes Chaldaus Levit. 18. 6. de vita sempiterna, quæ nomine non semel accipitur, vt Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & Lucae 10. Hoc fac, & viues.* Cum quo tamè stat quòd simul temporalis, hoc est, longæuitas possit intelligi, tamquam portio illius remunerationis æternæ. Vti cum ad Ephesios 6. dicitur, *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* & ad Timotheum, *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & future.*

467.
Hoc autem diffidium fortè in concordiam vocabimus, si præmittimus distinctiones aliquas breues & viles. Quarum prima est longè aliud esse loqui de legis iustitia prout sic, aliud autem de legis iustitia, quam arbitrabatur Pharisei crucis Christi aduersarij, Secunda aliud esse

loqui de radice ac ratione veræ iustitiæ, aliud autem de materia ac subiecto illius.

Quibus ita præmissis dico primò quòd loquendo de iustitia legis, quam statuere contendebant illi contra quos Paulus procedit, certum est quòd non erat vera iustitia, sed ficta tantum, atque prorsus externa, habens pro remuneratione indemnitate poenæ temporalis contra violatores Mosaicæ legis indictæ. Quare Paulus iustitiam hanc non vocat iustitiam legis, aut ex lege, sed illorum, qui licet haberent æmulationem Dei, at non scientiam, prout ipse loquitur vers. 3. velut ad Philipenses, eam quam ipsi olim statuere conabantur iustitiam aduersus Christum Dominum, vocauit iustitiam suam ex lege, & in hoc habet verum prima sententia.

468.
Dicitur primum.

Dico secundo quòd loquendo de iustitia legis vt sic specificatiue etiam omnino certum est, quòd erat vera iustitia, vt potè plena & integra præceptorum omnium & mandatorum Dei obseruatio ex toto corde ac fide in Deum & in Christum, vt probant argumenta secundæ classis. Vnde non dubium est, quin Moyse, Dauid, Ezechias & similes obseruatione illius iustitiam propriam auxerint, & æternam felicitatem apud Deum promeriti fuerint.

469.
Dicitur secundum.

Dico tertio quòd loquendo de iustitia legis reduplicatiue, hoc est, de ratione & radice talis iustitiæ, tunc non ex lege, sed ex fide fuit. hoc est, non ex notitia & co

470.
Dicitur tertium.

& cognitione, vel etiam executione faciendorum secundum legem, sed ex Spiritu fidei Christi mediatoris processit. Hoc enim est quod probant argumenta quæ nos in fauorem primæ sententiæ inuenimus. Et quod Paulus planè hîc contendit docens Christum esse finem legis: finis autem in operabilibus, proinde est ac suppositiones in Mathematicis secundum Aristotelem. Vnde finis est qui primum mouet. Item finis in vnoquoque est id quod summum atque optimum est. Quare cum finis non tantum debeat cognosci, sed ita vt à sagittario signum secundum eundem Arist. necessum est quod cum Christus sit finis legis, debuerit ab obseruatoribus, & veris cultoribus obseruari, & fide explicita, vel implicita saltem collimari & cognosci: vt inde omnium suorum actuum rectitudo seruetur, & vitetur obliquitas. Vnde Syrus vice finis vertit scopus, & Theodoretus pro fine interpretatur scopum, qui est signum in quod defixis oculis sagittarius adspicit.

471.

1. ad Tim. 1.

Rom. 13.

Finis etiam apud litteras sacras idem est ac consummatio & perfectio. Vti cum dicitur de charitate, *Finis præcepti charitas*. id est, consummatio & perfectio operum quæ præcipiuntur, & tanquam præcepta executioni mandantur. Propter quod dicitur etiam, *plenitudo legis est dilectio*. & iterum, *quod qui diligit legem impleuit*, eo nimirum, quia charitas est perfectionis radix ac ratio. Citra quam nihil non va-

cium & inane, dicente Paulo, *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, si distribuero in cibos pauperum facultates meas, charitatem autem non habeo, nihil sum, nihil mihi prodest*. Quod igitur est charitas respectu operum, id est Christus respectu legis. Quare citra eum omnis legis obseruatio est vana, inutilis & nulla, per eum autem vera ac perfecta iustitia. Et hoc pacto sumitur ratio finis à Victorino, Anselmo, Primasio, Hieronymo & Erasmo.

472.

Ne autem obiiceret aliquis quod si Christus est tota hæc perfectio, aut perfectionis ratio, non in promptu cuique esset perficere sua opera: quoniam Christus aliquando asseritur ad dexteram Patris sedens, aliquando intra terræ viscera iacens, subiicit Paulus verba elogij, *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum? hoc est, Christum deducere; aut quis deducet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare: sed propè est verbum in corde tuo & in ore tuo; hoc est, verbum fidei, quod predicamus*. Quasi diceret, non opus tibi est pro tuorum operum consummatione præsentia localis Christi sensibilis, tibi, quæ tuis est impar viribus, sed satis est si corde credendo, & ore confitendo, prout opus est, eum retineas, & apud te habeas. Quod adhuc ipse expressius probauit, dicens: *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris; corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*.

Ratio autem horum est. Tum quod

473.

Christus finis legis.

Aristot. 7. ethic. cap. 2.
11. Met. c. 1.
6. Polit. c. 4.
2. Physic. text. 23.

Aristot. 1. ethic. cap. 2.

Ioan. 13.

quòd, vt Christus ipse dixit, *Sine me nihil potestis facere*; vtpote quod (vt ipse) *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, sic nec vos nisi in me manseritis*. Tum quòd absque spiritu fidei, nemo potest manere in Christo, neque viuere in illo vita eius, nisi fide viuua quæ per charitatem operatur. Fides ergo viuua in Christū, requiritur ad perfectionem operum. Tum denique, quòd cum Christus sit finis legis, non opus habet ad hoc vt moueat ad agendum, & vt perficiat actiones, esse in exequutione & in re, sed satis est esse in intentione, & in apprehensione operantis. Quare vbique & semper profuit Christus, vt in apprehensione intellectus, fide cognitus, & pro voluntatis affectu intentus, adè vt scriptum sit, *Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Rectè ergo consonant quòd Christus sit finis legis, & quòd non opus sit præsentia realis eius, sed quòd sufficiat fides cum debito studio animæ ad veram iustitiam legis.

Ioan. 21.

Id totum mirè complexus est August. dicens, *Vt possit homo Dei mandata facere, Deus in homine operatur per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam omni credenti*. id est, per spiritum incorporatus factusque membrum eius, potest quisquam, illo incrementum intrinsecus dante, operari iustitiam. De cuius operibus etiam ipse dixit, *Sine me nihil potestis facere*.

474.
Aug. de spiritu & littera cap. 5.

475.

Inde est quòd Iudæi repellentes Christum & eius fidem, consequenter ab obseruatione mandatorum legis, & ab operibus

legis communem veræ iustitiæ rationem repellabant, prout habetur in primo dicto. Vnde capite præcedenti dicitur, *Israel se- Rom. 8. 32. Etando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit*. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus; offenderunt enim in lapidem offensionis. Iudæi verò qui ex spiritu fidei Christi legem tempestinè obseruarunt, vtique vigente lege, seu tempore veteris legis in obseruatione sua veram veræ iustitiæ ratione habuerunt, vt habet secundum dictum. Quare dicitur hîc, quòd qui fecerit ea, viuet in eis. & Deut. 30. *Ipse Deut. 30. est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum*, hoc est, Deus ipse. Radix verò ac ratio huius iustitiæ fuit ipsa fides Christi viuua, per quam legis opera, exitu præstabantur, & tanto ornabantur decore, vt grata Deo fierent, vt habet tertium dictum. Vnde Christus dicitur finis legis ad salutem omni credenti. Actiones enim à fine suam primam bonitatem accipiunt: nam finis est, qui dat speciem actibus, & proinde bonitatem essentialem, atque adè primam & potissimam; qua de medio sublata, necesse est omnem aliam bonitatem perire. Quare Iudæorum opera facta non ex spiritu fidei Christi, non tantum non continebant veram iustitiam, sed neque verè erant legis opera, vtpote facta non ex fine legis. At è contra, *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones*.

Dico quartò quòd licèt inter- ^{476.} *Dictum*
sit multum inter iustitiam Regis *quarsum.*

quam aduersarij Christi contende-
bant statuere, & inter iusti-
tiam ex fide: vtpote quòd illa
prorsus erat externa, & quoad
speciem iustitia, & proinde hy-
pocricis: inter veram tamen &
solidam iustitiam legis, & iusti-
tiam fidei nullum erat essentia-
le discrimen; quoniam ad eun-
dem omnino finem respiciebāt,
& ab vno prorsus spiritu profi-
cisccebantur. Sed illa dicebatur
iustitia ex lege, quoniam mate-
rialiter sita erat in obseruatione
legis, vt lex gratiæ in præceptis
euangelicis: ista verò iustitia ex
fide, quoniam ex fide Christi ha-
bebatur. Quare vtrumque con-
fluebat ad iustitiam legis. Pri-
mum vt materia, secundum vt
forma: illud vt medium, istud vt
finis.

477.

Notanter dixi nullum essen-
tiale interfuisse discrimen, vt
alia non excluderem. Iustitia
enim ex lege, suapte ratione pos-
tulatur iustitiam ex fide: iustitia
autem ex fide non ita. Quare

Rom. 9. 30. Paulus, *Gentes quæ non sectaban-
tur iustitiam, (hoc est, iustitiam
ex lege) apprehenderunt iustitiam.*
iustitia autem quæ ex fide est.

Chrysof. 5. Vnde Chrysofomus: *Gratia &
ad Rom. 10. suam, & quæ legis est, iustitiam præ-
ferm. 16. stat. Et antea: Neque enim aliàs
licet in lege iustificari, nisi qui cuncta*

Aug. sup. ad adimpleuerit. Et Aug. *Quod au-
Rom. 10. tem dicit: Prope est verbum in ore
prop. 6. 7. tuo, & in corde tuo, &c. totus hic
locus ad illum refertur Isaiæ: Ver-
bum consummans faciet Dominus
super terram. Remotis enim innu-
merabilibus, & multiplicibus sa-
cramentis, quibus Iudaicus populus
premebatur, per misericordiam*

*Dei factum est, vt breuitate con-
fessionis fidei ad salutem perueni-
remus.*

Itaque adequatus Pauli sen-
sus est, lex neminem iustifica-
re poterat, siue ad perfectum
ducere virtute sui, sed virtute
Christi: & proinde impugnare
fidem Christi (quod Pharisei
faciebant) erat virtutem legis
prorsus extinguere, & irritam
facere, velut fit cadaver exani-
me vitæ dispendio.

478.

CAPVT XXXV.

*Respondetur undecimo ar-
gumento secundi capitis,
quoad primam partem,
ex Romanorum II. II. &
explicatur, an nos voca-
tionis nostræ beneficium
debeamus Iudæis, cum
Paulus dicat quòd Iu-
dæorum ruinâ Gentiles
erecti sunt.*

PArs affirmatiua huius dubij
eo stabilita videtur, quòd,
vt Paulus dicit, *Dico ergo, num-
quid sic offenderunt, vt caderent?
Absit, sed illorum delicto salus est
gentibus. hoc est: Numquid Iudæi
qui prolapsi sunt, ad id tantum
& ob id tantum ceciderunt, vt la-
berentur, & lapsi iacerent & pro-
cuberent? Minime. Sed potius vt
ruina illorum esset gentibus sa-
lus. Quare Dominus apud Ioan-
nem, Salus ex Iudæis est. Feliciter*

479.

Rom. 11. 11.

Ioan. 4.

ter

ter ergo nobis cessit Iudæorum casus ; & proinde felicitas nostra infelicitati illorum referenda est, atque aded eis gratia habenda, dicente Seneca : *Non referre beneficiis c. nesciis gratiam turpe est, adeo ut de ingratis etiam ingrati querantur.* Et proinde de Iudæorum lapsu nobis gaudendum est, dicente eodem Seneca, *Gratias agere gaudentis est.*

Seneca 3. de beneficiis c. 12.

Seneca ibi cap. 3. 480.

Verumtamen cum Iudæi Gētiuum numquam bono studuerint, aut prospexerint, sed potius exitio ac damno, utpote quod eos atroci semper & pertinaci prosequuti sunt odio, nullum Iudæorum opus potest censerī beneficium, aut etiam beneficium gentibus ; & proinde nec dignum cui habeantur gratia, dicente eodem Seneca : *Beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert, deinde amica & benigna, hoc est, nisi quod consultū spontaneūque est, & cum proposito beneficiendi.*

Seneca ibi lib. 6 c. 7. Beneficium quid.

481.

Probat id autem ipse Seneca primò ab exemplis, dicens : *Itaque nec fluminibus gratias agimus, quamvis aut magna nauigia patiantur, & ad subueniendas copias larga ac perenni aluo currant. Nec quis Nilo beneficium debere se indicat magis quam odium si immodicus superfluxit : nec ventus beneficium dat, licet lenis & secundus adspiret ; nec utilis aut salubris cibus : nec mutis animalibus quidquam debetur, licet quam multos à periculo velocitas equi rapuerit : nec arboribus, licet multos æstus laborantes eorum opacitas texuerit.*

Probat secundò ab inconue-

nienti sic : *Quid autem interest, utrum me subeas nani aut vehiculo, aut lancea debere beneficium, an ei qui aequè quam istam beneficiendi propositum nullum habuit.*

Probat tertio à simili sic : *Beneficium aliquis nesciens accipit, nemo à nesciente. Quomodo multos fortuita sanant, nec ideo remedia sunt. Ut in flumine alicui cecidisse frigore magno causa sanitatis fuit. Quomodo quorundam flagellis quartana discussa est ; nec ideo quisquam horum, etiamsi saluti fuit, salutare est.*

Probat demum ratione, nihil deberi his qui nescientes aut nolentes perficiunt. Quia telum quod missum sit, non quod peruenit, quaritur : & beneficium ab iniuria distinguit, non euentus, sed animus. Vnde concludit, *Non est beneficium nisi quod à bona voluntate proficiscitur, nisi illud cognoscit, qui dedit.*

Seneca ubi sup. cap. 9.

Imò non solam contra intentionem, verum contra adamantinum, (ut ita dixerim) votum illorum prorsus accidit. Nihil enim Iudæis grauius aut iniquius erat, quam quod Gentilibus aditus pateret ad fidem. Aded ut Actorum 13. grauissimas in Apostolos turbas à Iudæis blasphemantibus concitatas legamus, eo quod vidissent Paulum ad Gentiles concionem habentem. Et cap. 21. dicitur, *Hi qui de Asia erant Iudæi cum vidissent Paulum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus, clamantes : Viri Israëlita adiunato, hic est homo qui Gentiles induxit in templum. Et*

Act. 13. 44.

Act. 21. 27.

cap. 22. cum Paulus ad Iudæos profusam orationem fecisset, rationem omnem conuersionis atque legationis suæ narrans eis ac detegens, subiecoritque, *Et dixit ad me, quoniam ego in nationes longè mittam te.* Mox dicitur, *Audiebant autem uerbum usque ad hoc uerbum, & leuauerunt uocem suam, dicentes: Tolle de terra huiusmodi, non enim fas est, eum uiuere.* utpote quòd ægro admodum stomacho, quòd gentibus salutis renuntiarentur oracula, aut de illa aliquem, vel minimum rumorem exciperent.

Act. 22. 11.

Act. 22. 22.

483.

Quis autem dicet pernicioſa ac flagitioſa inimicorum studia & vota, quæ ipsis nolentibus & repugnantibus, nobis ex inopinato profuerunt, beneficia inimicorum eſſe, pro quibus eis gratiæ habendæ ſint? Non ergo nos aliquid flagitiis Iudæorum debemus: quia bonum quod inde reportauimus fortuitum eis, non uerò ex intentione, aut ex conſilio fuit, imò contra conſilium & uotum.

484.

Quinimo ſi ex uoto illorum conſilioque nobis profuiſſet, adhuc beneficij nomen non haberet, & proinde nec beneficij iura: quoniam ad beneficij rationem non ſatis eſt uelle prodeſſe, niſi proficua eligantur, vel uirtute operis, vel potentia operantis. At Iudæorum perfidia neque ratione ſui, neque potentia ſuorum poterat nobis aditum ad fidem referare, ſed potiùs præcludere irato & indignato Deo, cuius donum eſt fides. Deus enim aliquorum iniuriis prouocatus

in alios ſolet etiã uindictã ſpargere, ut patet in infantibus aquis diluuij abſorptis, & igne Sodomitico abſumptis propter aduſtorum ſcelera. Quis autem diceret beneficio nos afficere, & non potiùs maleficio & damno, eos qui letalia planè & mortalia in gratiam noſtri effundunt.

Nullum ergo Iudæis debemus beneficium, etiamſi bene nobis illorum lapſus ceſſerit. Quoniam ruina illorum nullo ex capite potuit nobis eſſe proficua, utique quatenus ruina, neque quatenus illorum, neque ut intenta, neque ut exequutioni mandata. Sed ſi in bonum noſtrum deflexit, id tantum habuit ex diuina bonitate, ſapientia & potentia, quarum eſt ex malis bona eruere, ex morte uitam, atque reſurrectionem ex lapſu.

485.

Præterquam quòd adhuc beneficium illatum Gẽtilibus erutumque ex Iudæorum delicto in eorundem Iudæorum emolumentum & commodum deſtinatum eſt, dicente Paulo, *Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus, ut illos emulentur.* hoc eſt, ut ipſe mox explicat, ſi quomodo ad æmulandum prouocarentur Iudæi & ſalui fierent. Sanè uidentes Iudæi promiſſiones ſibi factas ad gentes deuolutas, & in illis impletas, ſeque excluſos & prorsus reiectos ſancta quadam inuidia tacti, ad Euangelium etiam ipſi conuolarent, ut Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Ambroſius, & alij notant. Virgens enim æmulationis cauſa eſt euaiſſe primos, qui erant

486.

Rom. 11. 12.

Rom. 11. 14.

Clemens 2.
Stromat.
Deut. 3. 2. 21.

erant ultimi, ait Theodoretus. Et propterea Clemens Alexandrinus dictum putat Deuteronomij illud, *In gente stulta irritabo illos.* nimirum in Gentilibus comparatis iumentis, lapidibus ac stipitibus. Ecce qualiter nos debeamus nihil perfidiae Iudaeorum, sed potius illi multum debeant fideli obsequio nostro, quia potius Gentiles profuerunt Iudaeis, quam Iudaei Gentilibus.

487.

Adde quod tantum abest quod Iudaei delicto suo Gentilium fuerint salutem negotiati, quod potius ei, (nisi Deus res aliter temperasset) magno impedimento extiterint, dicente Paulo, *Quod si delictum eorum diuitiae sunt mundi, & diminutio eorum diuitiae gentium, quanto magis plenitudo eorum?* hoc est, si lapsus eorum per occasionem sic profuit ut multis fieret salus; & minima Iudaeorum pars ad fidem Christi conuersa, tantum bonum exitio suo ac doctrina sua peperit mundo, ut ferè in cunctas nationes fides propagata sit: quid si integrum Iudaeorum genus Christo adhæsisset, neque à vera desciuisset fide?

Rom. 11. 32.

488.

Bene verum est quod verba ista aliter interpretari possemus, dicentes, illorum sensum esse quod licet Gentiles nihil omnino debeant Iudaeorum obtectationi, atque indurationi, nihilominus hinc à Paulo exhortantur, ut eorum saluti inuigilent, illorum conuersionem procurantes. Nam si ex defectione Iudaeorum tantum Gentiles commodum reportarunt, quanto vbe-

riori cumulabuntur profectu si eos ad fidem reuocarint, & ad perfectam Christianae religionis normam traduxerint? Si enim Deus bona ex malis elicit, quid non ex bonis optima, atque ex optimis excelsa & incluta? Vnde subdit Apostolus, *Volens enim dico gentibus, si quomodo ad emulandum prouocem carnem meam.* hoc est, ut experimentum capiam num sic Iudaeorum aliquos ad fidem Christi pelliciam, & ad eius amicitiam prouocem & conciliem.

Rom. 11. 15.

489.

Neque obstat quod Iudaei non eo tantum impegerint, hoc est, offenderint, ut caderent, quod argumentum obiicit. Quoniam sensus illorum est, Iudaeos cecidisse quidem, at non absque omni spe resurgendi, quia illorum defectio fuit gentium salus, ordinata ex prouidentia Dei in eorumdem Iudaeorum emolumentum: quatenus scilicet emulationis ac zelotypiae aculeis puncti & instimulati Iudaei, ad Euāgelij lucem, qua potiebantur Gentiles, conuolarent.

490.

Salus autem quae ex Iudaeorum delicto successit gentibus, multa ac multiplex fuit. Primo quidem, quia in praedicatione Euāgelij facti sunt nouissimi primi, & primi nouissimi, dicente Paulo, *Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos facitis aeternae salutis, conuertimur ad gentes.* Vbi (ut notauit Toletus) apprimè notandum est *ly primum* significat enim, gentes quidem vocandas esse ad fidem, at post euangelizatos Iudaeos: eo-

Salus nostra ex Iudaeis multiplex.

Act. 13. 44.

Tolet. annotat. 9. §. ad Rom. 11.

rum tamen delicto prædicationis ordinē inuersum esse. Quod etiam explicatum habemus in illa parabola patrisfamilias inuitatis ad cœnam magnam multis, quorum excusationibus agnitis præcepit seruo, dicens, *Exi cito in vicos & plateas. cito dixit, vt præmoneret ex Iudæorum incredulitate illud Gentilibus bonum succreuisse, quod cito ad fidem adsciti fuerint, qui aliàs non cito vocandi erant.*

Secundò quia (vt monuere Theodoretus, Anselmus & alij) ex delicto crucifixionis Christi occasionaliter omnibus salus suborta est. Tum quia tamquam frumenti granum cadens in terram, nisi mortuum fuisset, ipsum solum maneret, mortuum autem multū fructum attulit: vtique fructum redemptionis nostræ, quia non corruptibilibus auro vel argento redempti sumus, sed pretioso sanguine Agni immaculati, vt dixit Petrus. Tum quoniam Iudæi in pœnam huius aliorumque suæ peruiciæ criminum per mundum dispersi, mundum Scripturis sacris replerunt; quibus aduentus Messia ac reliqua quæ nos profiteamur expressa sunt. Vnde omne contra nos suspicionis crimen rescinditur dum aduersarij Christi Christianæ religionis subsidia, elementaque prima tamquam Dei oracula retinent, euulgant, & defendunt. Et hoc est quod dicitur, *Salus ex Iudæis*, quia, vt scriptum est, *Salutem ex inimicis nostris.* & in Psalmo, *Ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos; nequando obliuiscantur pe-*

puli mei.

Et adhuc omnia hæc in bonū Iudæorum præuisa sunt, dicente Paulo, *Nolo vos ignorare mysterium hoc (ne sitis vobis ipsis sapientes) quia cœcitas ex parte contigit Israël, vt plenitudo gentium iriraret, & sic omnis Israël saluus fieret.* hoc est, quamuis nunc Israël ex parte degenerauerit, & à vera fide descuerit, atque in sua obcæcatione permaneat, donec gentium numerus sit expletus, quibus nunc Iudæorum lapsus aditum aperuit: tamen aliquando sapient, & à malitia sua resipiscant. Vtique vbi viderint orbem florere professione Christianæ fidei quam gentes vsque ad aras profitentur. Ecce gentium salutem in salutem Iudæorum directum. Ex quo sequitur Iudæorum obcæcationem immedicabilem aut perpetuam nō esse, sed aliquando curandam. Vnde mox subditur, *Sicut scriptum est: Veniet ex Sio, qui eripiat, & auertat captiuitatem Iacob, & hoc illis à me testamentum, cum absterero peccata eorum.* Itaque Iudæorum delicto nihil nostra salus debet: debet tamen multum Iudæis, qui rudimenta fidei, primaque elementa docuerunt.

C A P.

Judas 14.

491.

Theodor. & Anselm. sup. Rom. 11.

1. Petri 1,

Joan. 4.
Lucæ 1.

492.

Iudæorū cœcitas quoniam duratura.

Rom. 11. 25.

Rom. 11.

Isaie 59. 20.

CAPVT XXXVI.

Respondetur undecimo argumento secundi capitis, quoad secundam partem, ex Romanorum 11. 32. & explicatur locus, Conclufit Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

493.

HOc verbum aliter Græci, Haliter Latini habent. Græcè enim est, *Conclufit Deus omnes in incredulitate.* Quam lectionem non solum Græci Patres Chrysoftomus, Theophylactus & assecla, verum & ex Latinis Hieronymus & Augustinus retinēt. Latine autem habet, prout præfixi in textu, sed vtro modo legitur nihil refert. Quoniam sententia ista reddit Paulus ad illa priora verba capitis, *Quid igitur præcellimus eos?* id est, numquid nos Iudæi tot beneficiorum Dei diuitiis cumulati excellimus Gentiles, qui iam sunt pietati donati? Nequaquam. *Causati enim sumus,* (id est, rationibus & argumentis planè ostendimus) *Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Non est iustus quisquā, non est intelligens, non est requirens Deum.* & subditur, *Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.* hoc est, totus terrarum orbis declaretur pariter obnoxius Deo, quando Iudæi & Græci omnes peccarunt.

Hier. ep. ad Algasiam q. 8. & super Matth. 2. Aug. 21. de ciuit. c. 18. & de gratia & lib. arb. c. 21.

Imò is est potissimus huius totius epistolæ scopus, vt patet ex supradictis; sibi enim præmissimus, Romæ apud conuersos ex Iudaismo & gentilitate subortum fuisse dissidiū de meritis & iustificatione, dum scilicet vtrique suis meritis Euangelij gratiam arrogabant, dicentibus ac contentiosè certantibus Iudæis quòd meritò suorum maiorum promissionum diuinarum prærogatiuis, quibus pollebant, atque legis operationibus, quibus perpetuò vacabant, Euangelij gratia debebatur: contra verò Gentilibus altercantibus & contendentibus nò attribuendā esse nisi suæ philosophiæ Dei agnitrice meritis, sapientiæ ac virtutum studiis, quibus eximie tam Græci quàm Romani floruerūt. Quos omnes Paulus vt à tanto supercilio deprimeret, erroreque protraheret, monuit per epistolam fuisse peccatis subditos, & à vera iustitia alienos, imò in incredulitate conclusos & circumscriptos; antequam à Deo vocarentur ad fidem & agnitionem Christi, & proinde gratis vocatos & iustificatos medio spiritu Christi fidei propter eius merita. Propter quod dixit, *Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius.* Et propterea etiam nunc dixit, omnes eos sub incredulitate conclusos esse.

494.

Sensus autem huius verbi est, vel quòd Deus omnes incredulitatis

495.

litatis arguit, ac reuinxit, vt sic omnium ora obstrueret, ne amplius de propria iustitia arroganter & insolenter perstreperent, vult Chrysostomus & asseclæ: vel (vt Ambrosius, D. Thomas & Origenes habent) quod permittit Deus eos omnes, vtique tam Iudæos quàm Græcos incredulitatis fouea demergi & concludi, vt nullum sit genus hominum non obnoxium peccato, & sic agnito proprio infidelitatis errore, in quem vicissim inciderat quiuis. Sciat se non suo merito, sed Dei misericordia seruatum, ne insolesceret. quod maximè habet locum in his qui propriæ miseriz conscij sunt. Infirmitatis enim in ægroto agnitio recuperandæ salutis indicium est. Licet miseria non sit effectus permissionis, nec misericordia ipsius permissionis causa finalis, sed euentus dumtaxat. Non enim permittit Deus peccata vt misereatur, sed postquam permittit miseretur.

496.

Explicatur autem permissio hæc cadendi in incredulitate per verbum positiuū, *concluserit*, quoniam permissiones diuinæ non sunt velut permissiones humanæ, puræ negationes, sed potius actus positivi, quibus decernitur vt homines pro libertate arbitrij voluntati suæ habenas laxare vel etiam cohibere patiantur, vt in eum quem libue-

nit, possint motum

erumpere.

CAPVT XXXVII.

Respondetur duodecimo argumento secundi capituli, quoad primam partem, ex Romanorum 12.2. & explicatur locus, Reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona.

Absoluta doctrina de dogmatibus fidei, quam hactenus digessit discussitq; Paulus, ostendens gratiæ originem, pergit nunc tradere eiusdem gratiæ vsum, vtique doctrinam moralem: quoniam veritates morales fidei lumen, vt exteriores sensus oculorum aciem sectantur & sequuntur.

497.

Incipit autem documenta hæc & præcepta à rationabili nostrorum corporum castigatione, dicens, *Obsecro itaque vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuientem, sanctam, Deo placentem, rationale obsequium vestrum.* vtique primò vigiliis ieiuniisque atque congruentibus flagris, vt vel ipse Paulus faciebat, iuxta id 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauero, ipse reprobus efficiar.* & alibi nobis faciendum monuit, dicens, *Mortificate corda vestra que sunt super terram.* Deir-

498.

Coloss. 3.

de

de sensuum exteriorum fida custodia & continentia, eo quod fores sunt ac fenestræ, quibus interior potest animus adiri, & tandem expugnari. Vnde David, Psal. 25. 27. *Averte oculos meos ne videant vanitatem.* & Ieremias, *ascendit mors per fenestram.* & in Threnis, *Oculus meus deprædatus est animam meam.*

499. Notat etiam Chrysostomus Chryf. 7. ad Rom. 12. form. 20. quod non dixit, *Facite corpora vestra hostiam*, sed *exhibete*. quasi diceret, nihil commune deinceps vobis sit cum ipsis; aliis siquidem ea elocastis: nam & illi qui equos bellicosos aliis elocant, nihil deinceps comune illis habent. & tu igitur membra tua ad bellum quod contra diabolum est exhibuisti, non iam ad proprias operas tibi retrahas.

500. Cum autem requirit Paulus hostiam viventem eò tendit, ut iam Deo non hircos aut boues, hoc est, non mortuas pecudes, more Iudæorum & gentium, sed dignas professione Christiana victimas litemus Deo: utique non quidem morte perempta nostra corpora, sed prudenter mortificata in affectibus suis. Nam qui immolat superbiam, vitulum immolat, qui effervescentem iram, libidinem, lasciviam, & ingluviem, quasi immolaret arietem, hircum, columbã & bouem. Quare Chryf. 7. bi 5. *Quomodo corpus hostia fiet? Nihil turpe loquatur lingua, & facta est oblatio, nihil iniqui committat manus, & facta est holocaustum.*

501. Sensus igitur verborum est. Postquam vobis Dei munere

contigit ascitos esse ad iustitiam fidei, & a iugo legis exemptos, obtestor vos per hanc eandem misericordiam Dei, cui summam vestræ felicitatis debetis, ut posthac immoletis ei victimas dignas professione vestra, utique non hircos aut boues, ut olim suo more gentes, & more suo Iudæi, sed vestra ipsorum corpora. Et adhuc nõ mortua, vel etiam membris mutilata, sed pietatis, charitatis, eleemosynæ, orationis, similitumque vitæ spiritualis operibus cumulata, & mortificationibus delibuta. Quoniam mortificatio quædam est velut viua mors, quæ corporeos sensus in officio continet, prauosque subigit & compescit affectus. Vnde qui cohibet linguam, ne turpia loquatur (ait Chrysostomus) oblationem exhibet, & qui continet manus ne aliquid iniquum committant, holocaustum facit. Similiter (ait Origenes) qui superbiam, iram, libidinis & lasciviam affectus frangat, velut vitulum, arietem, hircum, & columbas victimat. Quæ cum sint Christianis digna, sacra, & Christo gratæ victimæ, appellantur à Paulo viuens hostia, sancta. Deo placens, rationabile obsequium. Utique consonæ spirituali legi, quæ spirituales Deo victimas consecrat: utpote quod iam Deo in veritate & spiritu adorandus est, nimirum fide, spe, charitate, aliisque diuinis operibus, hominibus rationalibus dignis, prout habent Chrysostomus, Photius ac Theodoretus.

502. Secundus autem versiculus
Nn pro

pro animæ perfectione habet, *Nolite conformari huic sæculo nequam, sed reformamini in nouitate sensu vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei.* hoc est, in primis animas à malis retrahite: eo quòd primus perfectionis gradus est declinare à malo. Quòd tunc maximè fit, quando sæculo, hoc est, sæculi pompis, moribus, & cupiditatibus abrenuntiamus, ita vt nec vita nec conuersatione ei nos aptemus, aut similes efficiamur. Hoc enim sonat *ly Nolite conformari huic sæculo.* Quòd adhuc magis explicat vetus alia translatio (de qua Chrysol. ser. 120. Cypr. lib. de exhortat. ad marty. c. 8. epist. 77. Chrysol. & Cyprianus) quæ habet, *Nolite figurari huic sæculo.* hoc est, figuram huius sæculi induere, quæ & labilis ac fragilis est, vtpote quòd *præterit figura huius mundi.* & quæ turpis admodum, deformis & indecens est, dum cutis ac lucris semper inhiat, suisque cupiditatibus seruit. Vt videre liquet in huius sæculi filiis, qui ea præcipuè quærunt, quæ sæculi sunt, & in his tantum studia sua collocant, propter quæ facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt, vtpote mundi, cuius contagiis se polluant. Quare dixit Iacobus, *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* & Ad Ephes. 4. Paulus, *Testificor in Domino, vt iam non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant,* vtique secundum veterem hominem cum actibus suis.

503.

Deinde animam sic à malis retractam & abductam secunda præcepti parte ad bona & præ-

clara conuertit. Quoniam altera secundaque pars iustitiæ est, his qui declinant à malo, facere bonum. Fit autem per hoc quòd reformetur anima in nouitate sensus; hoc est, in nouitate mentis, seu rationis, secundum quam homo iudicat de agendis. Sensus enim sic accipi solet in sacris litteris: vt Tobix 4. *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas.* Sap. 9. *Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Eccl. 14. *In sensu cogitauit circumspèctionem Dei.* Rom. 10. *Quis cognouit sensum Domini?* Philip. 4. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum.* Quare quòd dicit Paulus sub voce sensus, alibi monuit nomine mentis & spiritus, vtique ad Ephes. 4. dicens, *Renouamini spiritu mentis vestre.*

Nouitas autem mentis in eo sita est, quòd exuta prorsus vetustate peccati, hoc est, erroribus, ignorantibus, contentioni- bus, cupiditatibus, reliquisque peccatorum sordibus & excrementis, gratiæ nouitati incumbamus, hoc est, gratiæ operibus atque fructibus; quibus renouatur vt aquilæ iuuentus nostra; & traducimur in illum integrum ac vegetem (quo conditi fuimus) iustitiæ statum, non quidem plenè & quoad omnia, sed prout opus est, & quoad mentem. Quare *ly in nouitate,* hic stat pro renouatione. Aduentu enim Spiritus sancti per gratiam creamur ad intra, & facies terræ nostræ, hoc est, mens nostra renouatur. Surgit enim à morte in vitam, à statu peccati in statum gratiæ,

504.

gratiæ, & a vetustate culpæ in nouitatem spiritus.

505.

Inde totius boni à nobis præstandi summa in hanc spiritus nouitatem refunditur: quoniam, vt Primasius inquit, per hunc renouatum sensum regitur corpus, & tota membra diriguntur. Quare quòd sedulò ac semper inuigilemus ei, nobis hoc verbo iniungitur, renouamini spiritu mentis vestre, vel, vt Cyprianus, *Formamini in nouitate sensus*. utique quoniam quotidianæ renouationi mentis atque nouitati, quæ nouum quotidie reddit hominem, nobis insudandum est fuga malorum, & prosecutione bonorum. Ita vt licet præ senio is noster exterior homo corumpatur, tamen qui intus est, renouetur de die in diem; vt ipse Paulus habet.

Cypr. vbi supra.

1. Cor. 4. 16. 506.

Tertia suæ propositionis particula explicat Paulus, cuiusnam gratia optet tantam mali fugam in nobis, tantamque prosecutionem boni. Utique vt probeamus quæ sit voluntas Dei bona ac beneplacens & perfecta. hoc est, vt exploremus, experiamur & practicè cognoscamus, quidquid Deus pro voluntate sua nobis præcipit, siue tanquam bonum, siue tanquam melius, siue tanquam optimum.

507. Probandi verbum.

1. Ioan. 4.

Circa quod est notandum primò quòd *ly probare* significat apud litteras sacras, idem quod explorare. Psalm. 80. *Probante apud aquam contradictionis*. &c. Significat etiam idem quod approbare: vt Eccl. 34. *Dona iniquorum non probat Altissimus*. Ie-

rem. 6. *Scies & probabis vias eorum*. Rom. 2. *Probas utiliora instructus per legem*. Quia verò in tantum homines aliquid approbare censentur, in quantum exitu præstant illud & opere complent, ideo probare aliquid idem est ac in re exequi illud. Et quidem non vtcumque, sed cum speciali aduertentia rationis siue intellectus, & cū singulari oblectamento voluntatis, quia veræ approbationis iudiciū gustusque hæc requirunt.

508. Ad Ephes. 3. 6.

Exemplo nobis est illud Pauli ad Ephes. 3. *Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, iustitia & veritate, probantes quidquid sit beneplacitum Deo*. hoc est, approbantes experimento & exercitio bonorum operum quod Deo placitum est. Et illud ad Philippenses, *Oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in die Christi, repleti fructu iustitia per Iesum Christum*.

Ad Philip. 3.

509.

Cum igitur hinc dicitur, vt probetis, idem est ac si diceretur primò vt probè cognoscatis, secundò vt opere præstetis, tertio vt cum aduertentia rationis & peculiari animæ dulcedine exequamini diuinæ voluntatis præcepta. Hæc enim illos decent, quibus renouati sunt, spiritus & sensus interni. Vnde Psalm. 1. 2. dicitur de huiusmodi, *In lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*. & Ecclesiast. 3. *Altiora te ne*
 N n 2 que

quaesieris, sed quae praecepit tibi Deus illa cogita semper. & ad Philip. 4. *Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, haec cogitate.* & Psalm. 33. *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.*

510.

Deinde est notandum quod Paulus diuinæ voluntatis nomine hic subintellexit diuinæ voluntatis obiecta, hoc est, omnia illa quæ Deus vult fieri à nobis. uti cum Mat. 6. dixit, *Fiat voluntas tua.* & Matth. 13. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei.* & 1. ad Thessalonicen. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Quare idem est probare quæ sit voluntas Dei bona & bene placens & perfecta, atque opere prosequi quidquid bonum, melius, & optimum Deus vult ut nos prosequamur.

511.

Amb. Orig. Sedul. sup. ad Rom. 12. Aug. lib. 10. de Ciuit. c. 6. & 3. Confess. cap. 22.

Inde est quod Ambrosius, Origenes & Sedulius atque Augustinus loco *ly bona, beneplacens & perfecta*, habent bonum, & beneplacitum, & perfectum. Et sic tandem ex Græco vertit Erasmus. Sed quoniam iuxta expositionem hanc videtur quod isti tres gradus ponunt in numero cum voluntate diuina, ita ut fiât quatuor gradus: ideo lectio nostra quæ tria hæc voluntati diuinæ adiungit, tamquam declaratio eorum quæ sub diuina voluntate comprehenduntur, ita ut voluntas Dei de singulis prædicetur, & dicatur voluntas Dei bona, hoc est, quæ vult bonum, & voluntas Dei bene placens, hoc est, quæ vult melius, & voluntas diuina perfecta, hoc est, quæ vult optimum. Quare le-

ctionem nostram commendant non tantum Latini, ut Hieron. & Cyprianus, verum & Græci Origenes, Chrysof. Clemens Alexand. & Basilius, licet illa alia lectio expositioni nostræ lucem ut vidimus afferat. Quare in hoc potius pro commento quam pro textu habenda est.

Ecce Christianæ religionis summam his duobus versiculis comprehensam, utpote constantem ex recessu & fuga, ab omni malo, & accessu & prosecutione omnis boni. Quæ autem sit voluntas diuina in speciali explicat profusè in progressu, dicens, *Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere.* Ex quibus colligitur esse necessariam gratiam auxiliantem & iustificationem ad præceptorum exactam adimpletionem; sed de hoc latè D. Thomas.

Aliter etiam (& quidem satis appositè) possemus cum Aria Montano duos hos versus interpretari, dicendo sic: Hortor vos fratres, ut Dei misericordiam imitando, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum in mortem, ut vosmetipsos singuli deliberato, prompto, constanti, alacrique animo comparetis & exhibeatis siue in mortem, siue in vitam ad ipsius laudè, nominisque sanctificationem, hostiam viuentem; quæ illas antiqui cultus hostias mortuas virtute, dignitate, atque decore excedat, atque hoc pacto grata probataque Deo sit. Neque cultus iste

Hier. lib. 1. cōtra Iouin. Cyp. ep. 77. Orig. Chrysof. Clem. 2. Strom. Basil. reg. breu. resp. 176.

512.

D. Th. 1. 1. q. 109. art. 7. 8. & 9.

513.

iam brutorum atque ratione ca-
rentium animalium sacrificiis
peragatur, sed vosmetipsos of-
feratis ratione, intellectu & sa-
pientia vtentes. Id verò quod
dico vt clarius percipiatis sic ex-
ponam, non conformemini hu-
ius mundi tum opinionum, tum
morum corruptelis, sed trans-
formati ab huiusmodi conuer-
satione, renouate sensum ve-
strum, ita vt exemplis ipsis ostē-
datis & probetis quid sit id,
quod Deus velit, perfectumque
definiat, & gratum ratumque
habeat. Quod ego vobis per grā-
tiam quæ data est mihi sic ostē-
do.

CAPVT XXXVIII.

*Respondetur duodecimo ar-
gumento secundi capituli,
quoad secundam partem
ex Romanorum II. &
explicatur vltimus capi-
tuli versus, Si esurierit
inimicus tuus, ciba il-
lum, si sitierit, potum
da illi: hoc enim fa-
ciens carbones ignis
congeres super caput
eius. Noli vinci à ma-
lo, sed vinci in bono
malum.*

HOc est vnum ex præceptis
quæ Dei voluntas perfecta
exigit à nobis: vtique non mo-

dò pacificos esse etiam cum his
qui oderunt pacem, & dare lo-
cum iræ illorum, nullique ma-
lum pro malo reddere: sed for-
titer atque hilariter illatas iniu-
rias tolerare, vt Paulus ipse pro-
ximè edixerat; verum contrariis
contraria rependere, & pro ac-
ceptis malis bona retribuere, &
opem in necessitatibus nostris
aduersariis ferre.

Huius autem præcepti acer-
bitatem & duritiem (quæ maxi-
ma mehercle est) vt liniret Pau-
lus, subiecit id nobis omnino
expedire, vt vel sic carbones
ignitos super eorumdem aduer-
sariorum nostrorum capita con-
geramus. Sed num ad puniēdos,
num ad coarguendos, & ad me-
liorem mentem reuocandos sit,
non vna est omnium mens.

Sanè Theophylactus existi-
mat, quòd ad durius puniendos:
ait enim, *Vis ulcisci te de hoste?*
beneficium illi exhibe: tunc acriori
eum supplicio affecisti. Eapropter
dixit: Carbones ignis congeres su-
per caput eius; graue videlicet sup-
plicium designans. Quam senten-
tiam prius Origenes, & Chry-
ostomus docuerunt, & vide-
tur ab antiquis tracta Philoso-
phis. Quoniam, vt refert Plu-
tarchus libro de vtilitate ca-
pienda ab inimico, cuidam quæ-
renti à Diogene quo pacto pos-
set ab inimico ulcisci, dictum
est: Si te ipsum honestum ac bonum
virum præstiteris. Et subdit Plu-
tarchus: Qui se superari ab inimi-
cis conspiciunt probitate, diligen-
tia, & beneficentia, linguam suam
detorquent (vt inquit Demosthenes)
os obturant, & obsepium, præfo-

515.

516.

Theoph. 5.
ad Rom. 12.

carum gurgur, silentium indicunt, non audent hiscere. Itaque si scrutari vis inimicum, da operam, ut eum humaniter tractes. Hæc Plutarchus. Unde sapienter Seneca, *Gravioꝝ multo pœna videtur, quæ comiti viro constituitur. Virorum autem mitissimus est, qui maledicta beneficii exprobrat.*

517. Addunt tamen citati Patres quod quia non oportet tali sententia cibare hostes, ut maius supplicium illis adsciscamus, subiicit continuo Paulus, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malo.* hoc est, ne vincaris a malo. Vel ne ultionis auida mente & deliberatione illud facias, nec mala patientem imitare, hoc enim effret te succubere & vinci: quia potius beneficentia vince illum, atque eum a sua malitia transfer. & subdunt: *Quod ergo supra dixit, ad pusillanimitatis consolationem dixit, nunc autem quod perfectum est, induxit.* Quasi diceret, illud permissivè, hoc autem consultativè dixit. Cùmque stat illud Senecæ, *Qui dolorem regerit, tantum excusatus peccat.*

Seneca 2. de Ira cap. 3. 518. Matth. 5. At cùm Paulus hæc diuina præcepta (ut cap. præcedenti vidimus) tradat: utique benefacere his qui oderunt nos, ut sic extinguere illorum iram qui iniuria & damno affecti sunt (ut Theodoretus notavit) non autem bono malum augere, sed potius extinguere & dissipare doceat: consequens est ut dicto illo, *Carbones ignis congeres super caput eius*, non ultionis, sed amoris & charitatis flammam intelligat. His enim citissime scandet, qui experitur sibi in

necessitate amicum, & benevolum, illum eundem, quem probris & calumniis, vel contumeliis affecerat, læseratve incommodis.

Vix vllum est (ait quidam) ingenium tam barbarum, tam efferum, tam immitte, quin officiis possit deliniri, quando hac via mansuescunt & feræ; hic expugna hostem. expertus tantam lenitatem, tantam pietatem tuam, fortassis respiscet, pudebit, pigebit, pœnitebit veritatis, iamque victus tua charitate inflammabitur ad redamandum. Hac via finiri possunt similitates, cùm multa malorum retaliationone propagentur in immensum. Benefactis certare pulcherrimum; malefactis certare turpissimum. Verum hoc fatentur Ethnici.

Sanè Seneca ait, *Non ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita iniurias iniuriis. Inhumanum verbum est ultio, & à contumelia non differt nisi ordine.* Marcum Catonem in balneo quidam percussit imprudens (quis enim illi sciens faceret iniuriam?) postea satisfaciendi Cato inquit: *Non memini quidem percussim me. Melius putavit non agnoscere quam vindicare. Magni animi est iniuria despiciere. Ultionis contumeliosissimum genus est. Multi leues iniurias atrocius sibi demisere. (hoc est, impressere quasi ferro) dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ latrans minusarum canum securus exaudit.* Hæc Seneca. Si autem hæc Ethnici, quid Christiani? Quid spiritu sensus renouati per gratiã

Quid

Seneca 1. de Clem. c. 23.

Seneca 2. de Ira cap. 3. 1.

518.

Matth. 5.

520. Seneca 2. de Ira cap. 31.

519.

Quid qui probatam voluntatem Dei bonam, meliorem, optimam? Allexit hos ergo Paulus non vt mala bonis vindicent, sed quod dissipent, sed quod superent. Vnde subdit, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* id est, caue ne qui malus est, tuam bonitatem expugnet sua malitia, quin potius tua bonitas illius expugnet feritatem, vt victus in tuas partes rapiatur.

521.
Primas. sup.
Rom. 12.

Vnde Primasius: *In sensibus, vel motibus animorum, ille dicitur vicisse, qui alterum ad suam partem traxerit, sicut hereticum aut pagannum. Si ergo male vicissitudinem a te receperit, ille te vicit, & passionis similitudinem vitio suo subdidit. Si autem per patientiam suam cessare eum ab ira vel iniuria feceris, tu vicisti, & de peccato ad salutem adquirendo proximum transtulisti.* Ergo hoc secundo sensu Apostoli verbum accipiendum est.

521.
D. Thom. ad
Rom. 12.
lect. 3.

Hæc omnia D. Thomas quasi vno verbo perstrinxit, dicens: *Elogium istud vno modo potest intelligi in malum, vt sit sensus, si tu ei bene facias, bonum tuum & vertetur in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitudinem.* Sed iste sensus repugnat charitati contra quam ageret, qui alicui subueniret, vt beneficium ei veniret in malū. Et ideo est exponendum in bonum, vt sit sensus, *hoc enim faciens, id est, in necessitate ei subueniens, carbones ignis, id est, amorem charitatis, de qua dicitur, Lampades eius lampades ignis atque flammarum, congeres, id est, congregabis, super caput eius, id est, super mentem, quia, vt Au-*

Caat. 18.

gustinus dixit, *Nulla est maior Aug. lib. de prouocatio ad amandum, quam prae- cate chizan- uenire amando; nimis enim durus rudibus. est animus qui dilectionem, etsi no- lebat impendere, nolit rependere.* Deinde cum dicit, *Noli vinci a malo,* probat quod dicit per rationem. Naturale enim est homini vt velit aduersarium vincere, & non vinci ab eo. Illud autem ab aliquo vincitur quod ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne, quia trahitur ad calorem ignis.

Quod si fortè inimicorum aliqui tam efferis irrationabilibusque rigentes moribus inueniantur vt nullo vincantur obsequio, non propterea de sententia benefaciendi eis recedendum est. Quoniam nullus est tam noxius tamque inaccessus hostis, qui ad multa nobis maxime opportuna vsui non sit, velut serpentes ac scorpiones illis qui plurimum valent stomacho; prout late & argute Plutarchus profertur, ostendens plures ex inimicis utilitates. Sed quam ille nec subolfecit, nec alij quam Christiani adorarunt assertam a Christo legimus Matth. 5. dicente, *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri qui in cœlis est.*

521

Plutarc. vbi
sup.

C A P.

CAPVT XXXIX.

*Respondetur decimotertio
argumento secundi capi-
tis, ex Romanorum 13. 1.
& explicatur locus,
Omnis anima pote-
statib. sublimioribus
subdita sit. & utrum
magistratus impiorum
sint à Deo.*

Profulam de versiculo isto
disputationem texui certami-
ne 5. expositiuo Laureæ Sal-
mantinæ: at de præfectura im-
piorum non sic late disserui, dis-
serunt tamen Thomas VVal-
densis, & Bellarminus. Et ipse
non pauca digessi dicto certami-
ne cap. 5. à numero 60. Ibi enim
pluribus ostendi omnem, impio-
rum etiam, præfecturæ potesta-
tem à Deo esse. Quod sanè Pau-
lus elogio isto sic expressit, vt
omnem ambigendi ansulā prorsus
resciderit. Dicit enim, *Non
enim est potestas nisi à Deo.* id est,
nulla est potestas sublimior præ-
fectorum & magistratuum (de
hac enim tantum sermo inerat)
quæ non sit à Deo. Negatiuæ
enim propositiones absolute
prolatæ vniuersalium vim ha-
bent, & omnibus particularibus
affirmatiuis aditum præcludunt.
Vt cum dicimus, non est bonum
nisi à Deo, idem omnino est, ac
si dicamus, nullum omnino bo-

num est nisi à Deo. Quare con-
sultò Paulus negatiua quam af-
firmatiua potius loquutione
vltus est: quia mitius vigeret
suum institutum, dicendo, *pote-
stas enim à Deo est,* quam cum di-
xit, *non est potestas nisi à Deo.*
Cum igitur præfecturæ infide-
lium verè ac propriè potestates
sublimiores sint, consequens est,
vt sint à Deo.

Confirmat id D. Paulus mox
vehementi oratione, & commi-
natione dicens, *Itaque qui pote-
stati resistit, Dei ordinationi resi-
stit. Qui autem resistunt, ipsi sibi
damnationem acquirunt,* vtique
æternam, vt habent Græci Pa-
tres. Vnde paucis interiectis sub-
iicitur, vtique numero 5. *Ideo
necessitate subditi estote, non solum
propter iram, sed etiam propter con-
scientiam. Ideo enim & tributa
prestatis: ministri enim Dei sunt,
in hoc ipsum seruientes.* Constat
autem tunc temporis omnes to-
tius orbis magistratus & princi-
pes infideles esse. Si igitur pote-
stas dominatiua illorum erat à
Deo; consequens est impiorum
& iniquorum principum pote-
statem dominatiuam à Deo esse.

Ratione etiam id Paulus ipse
demonstrat, dicens, *Quæ autem
sunt, à Deo ordinata sunt.* Pro cu-
ius rationis efficacia est notan-
dum quodd secundum rectam ra-
tionem oportet esse potestates
& præfecturas inter homines;
eo quodd est secundum naturæ
rationalis dictamen & ordinem
vt inferiora per superiora regan-
tur, & multitudo per vnum.
Quare dixit Philosophus quodd
vniuersum ad modum exercitus
ordina

Præfecturas
etiã infidelium
à Deo esse.

525

Rom. 13. 1.

124.

Th. VVal-
lib. 2. doctri-
nae fidei c. 8.
Bellar. lib. 3.
de laicis
cap. 8.

526.
Præfecturas
necessarias in-
ter homines.

Arist. 12. met.
taph.

Idem i. Po-
litico,

Prælationes
utrum à Deo
sint.

527.

ordinatur sub Principe vno. & in Politicis quòd in omni pluralitate ordinata naturale est & expediens quòd vnus princeps, & cætera sint subiecta. Cum ergo in hoc consistat ratio & ordo prælationis, sequitur prælationes à Deo esse: quoniam expediens naturæ rationalis ordo, à Deo ipso est. Plura de his vide in Laureæ Salmantina certamine dicto 5. expositiuo.

Quòd si roges quid Paulum impulerit ad hæc nobis præcepta intimanda? Respondeo primò quòd, vt capite præcedenti monui, cœpit Paulus moralia præcepta proponere, inter quæ non infimum tenet gradum observatio & obedientia Præfectorum reipublicæ, vtpote qui publicæ pariterque diuina authoritate pollent; ministri enim Dei sunt. Quare si non tantum circa domesticos fidei, sed etiam circa hominum omnium consuetudinem Christiani officia debent & obsequia; quanto magis ad eos qui publicæ utilitatis causa præfecti & in supremo Reipublicæ gradu constituti sunt.

Respondeo secundò quòd (vt notarunt Chrysostomus, Oecumenius, Hieronymus, Augustinus, Didymus & alij) Apostoli diffamati sunt initio nascentis Ecclesiæ tamquam qui fideles ab obedientia Regum & suorum magistratum eximerent. Vnde Tertullianus dixit, *Circa maiestatem Imperatoris diffamamur, tamen numquam Albiniani, aut Nigriani, aut Cassiani inueniri potuerunt Christiani.* & iterum, *Christianus nullius est hostis, nedum*

Imperatoris, quem scimus à Deo constitui: necesse est vt & ipsum diligat, & reueretur, & honoret, & saluum velit cum toto Romano imperio. Colimus Imperatorem, quomodo vobis licet, & illi expedit. Sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius.

Huius imposturæ semina tribuuntur cuidam homini, Iudas Galilæus nomine, qui, vt patet ex actis Apostolicis, profitebatur non licere populo Dei pendere tributa Cæsari Ethnicæ & Gentili, cui maxima Phariseorum & reliquorum Iudæorum pars protinus adhæsit, vt Iosephus refert. Vnde habuit ortum primò quæstio illa proposita Christo Matth. 22. si licet census dare Cæsari, an non? Deinde criminatio illa aduersus Christum coram Pilato: Hunc audiuimus prohibentem tributa dari Cæsari. Paulus igitur vt tam cõfictum contra Apostolicæ dogmata crimen exterminaret, & rem omnibus sæculis expediens, & tiffimam in omnium animos induceret, hæc de præfectorum reuerentia præcepta sancit.

Quasi verò Paulus rem hanc non satis liquidò definiisset, sed reliquisset nutantem, ac sub iudice, non defuerunt post Apostolorum tempora plures qui effutièrunt, principatus & præfecturas in impiis esse non posse, hoc est, in eis qui quolibet peccato mortali laborant, vtique Armachanus, VVicleff. Ioannes Hus & alij apud Thomam VValdensem & Bellarminum. Et, vt refert nobis Cochlaus in gestis Lutheri, rustici quidam

529.

Act 5. & 21.

Ioseph. lib. 18. antiquit. cap. 2. & lib. 20. cap. 5.

530.

Th. VVald. vbi sup. Cochlaus in gestis Lutheri.

518.
Chrysof. &
Oecumen.
Rom. 13.
Hier. sup. ad
Titum 3.
Aug. ep. 5. &
34. Didymus
sup. 1. Petri
3.
Tertull. lib.
de Scapula.

Germani hoc errore decepti contra nobiles Luthero duce arma sumpserunt, quibus plusquam centum millia hominum perierunt.

531.
Osee 8. 4.

Psal. 111.

Potissimum argumentum illorum locus ille Osee est, *Ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes exiiterunt, & non cognoui; argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent.* Cui possumus nos adicere, tum illud Psalmi, *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* utpote quod impij atque scelerati principes ad impia & nefaria sæpè solent suos compellere, diuinum & ipsum cultum diuinæque iura temerare. Quare fideles & pij, Moyses Exodi 5. & 10. Elias 3. Reg. 18. Tobias cap. 1. & 2. Machabæi libro 1. cap. 2. & 2. lib. cap. 7. & Apostoli Actor. 4. suorum Principum decreta spreuerunt. Et de Martyribus canit Ecclesia, *Contemnentes iussa Principum meruerunt habere coronas perpetuas.* Tum quia non est expediens ordo naturæ, ut piis ac morigeris subditis impius & sceleratus præficiatur Dominus. Nam si monstrum esset quidem ridendum pariter & horredum, humano capiti cervicem iungere equinam; (ut ille alius dixit) quid rationali cervici ferinum caput hoc est, fidei populo magistratum infidum. Cum ergo dominandi potestas, in tantum à Deo sit, in quantum omnia quæ sunt, à Deo ordinata sunt: consequens est, ut ordo iste rectus & expediens non sit, & proinde

Horat. in arte poetica.

quod neque potestas huiusmodi sit à Deo, sed potius à diabolo, vel mundo, vel aliquo simili.

At ne ista nos terreant, audiemus D. Thomam sic rem istam illustrantem. Dicendum est quod regia potestas, & cuiuscumque alterius dignitatis, potest considerari quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad ipsam potestatem, & sic est à Deo per quem Reges regnant. Alio modo potest considerari quantum ad modum adipiscendi potestatem, & sic quandoque potestas est à Deo, quando scilicet aliquis ordinatè potestatem adipiscitur, secundum illud Hebræorum 5. *Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron;* quandoque verò non est à Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionem, vel quocumque alio illicito modo potestatem adipiscitur. Amos 6. *Numquid non in fertitudine nostra assumpsimus nobis coronas?* Tertio modo potest considerari quantum ad usum ipsius; & sic quandoque est à Deo, puta quando aliquis secundum præcepta diuinæ iustitiæ utitur concessa sibi potestate, secundum illud Prouerb. 8. *Per me Reges regnant;* quandoque autem non est à Deo, puta cum aliquis potestate sibi data utitur contra diuinam iustitiam, secundum illud Psalmi, *Adstiterunt Reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.*

532.
D. Th. sup.
ad Rom. 13.
lect. 1.

Psal. 111.

His autem planè perspicitur
qua

533

qualiter rectè sibi cohæreant potestatem dominantis esse à Deo, impium autem magistratum, impiaque iussa eius non ita. Veluti potentia peccandi (de qua ibi D. Thomas) à Deo est: nam eadem potentia est qua peccatur, & qua rectè viuitur, abusus tamen eius à nobis tantum. Vnde stat Principes & Principum iussa non à Deo, sed potius contra illum, etiamsi eorum regia & dominatiua potestas à Deo sit. Quapropter Principibus obediendum quidem est, at tamen vsque ad aras, quoniam reddenda sunt Cæsari quæ Cæsaris sunt, Deo autem quæ Dei, non verò è contra. Cùm enim decreta Principum apertam impietatem aut iniquitatem inuoluunt, detestanda sunt; & illis cum Apostolis respondendum, *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* hac enim ratione memorati fideles suis obstiterunt Principibus. quorum assumptio ad regimen, non magis quam regimè ipsum fuit à Deo: bene tamen ipsa regendi potestas.

Principes eorumque iussa vnde.

Actor. 4.

CAPVT XL.

Respondetur decimotertio argumentum secundum capitis, quoad primam partem, ex Romanorum 13. 14. & explicatur locus, Induite Dominum Iesum Christum.

Hoc verbo planè præcipimus vt nos intus & cute amiciamur Christo; hoc est, donis, moribus ac virtutibus Christi. Id enim in præsentem significat *Iesum Christum*, vt alibi passim. v. g. ad Galatas 5. *Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit.* & ad Colossenses, *sicut accepistis Iesum Christum.*

534.
Christus pro donis, moribus ac virtutibus ipseus.

Ad Gal. 5. 2.

Coloss. 2. 6.

535.

Dupliciter autem amictus iste nobis aptari potest. Primò per sacramentorum susceptionem: iuxta id ad Galatas, *Quicumque baptizati estis, Christum induistis,* id est, Christi dona. Secundò per imitationem, ex quo id ad Ephes. 4. *Spoliantes veterem hominem cum actibus suis, induite nouum.* Quod fanè hîc nobis iniungitur. Quoniam postquam Paulus dixit, *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in conientione & emulatione,* quæ sunt actus veteris hominis & inueterati, subiicit illico, *sed induimini Dominum Iesum Christum.* Vnde Theophylactus, *exuit nos prauis vestimentis Apostolus, deinceps nunc exornat nos, non porrò luminis armis nos vestiens, sed, quod longè est mirabilius, imò & terribilius, ipsum Dominum pro indumento nobis largiens.*

Galat. 3.

Rom. 13. 13.

Rom. 13. 14.

Theoph. 5.

Rom. 13.

536.

Itaque præcipimur intus & cute Christum induere, hoc est, Christi moribus, motibusque exornari, velut amictu, qui nos vndique munit, foueat & ambiat: eo quòd vestimentorum est omne latus tegere, circumdare atque honestare. Propter quod dicit Isaias de iusto quòd iustitia Isaiæ 52. induitur. hoc est, quòd omni sui parte iustitia decoratur. Et de

Prou. 31.

perfecta coniuge dixit Salomó, *Fortitudo & decor indumentū eius.* vtique, quoniam tota fortis, tota pulchra est. Et Psalm. 108. de Iuda proditore dicitur, *Induit maledictionem sicut vestimentum;* ad significandū quod totus maledictionibus obductus erat. & rursus, *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur.* & mox de Iudæis, *Induantur qui detrahunt mihi pudore, operiantur sicut diploide confusione sua.*

537.

Consequenter etiam præcipimur his Christi Domini dotibus virtutibusve abundare; quoniam huius verbi phrasis apud litteras sacras abundantia symbolum est: vt patet ex illo Psalm. 64. vbi inter alia quæ inducuntur ad amissim delineandam anni feracitatem in vbertate fructuum, illud proponitur, *Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento.* id est, præ abundantia pastus pinguescent arietes, & velle re promisso discurrent; ipsæque valles vestientur frumento, vt est in Hebræo, ita enim habetur; *Induerunt se campi pecore, & valles operuerunt se frumento.* Vt enim pro modulo nostro tenemur exuere veterem hominem, id est, ita viuere vt similitudo peccantis Adam in nostris non appareat actionibus; ita tenemur induere Christum, id est, sic nos gerere vt in omni conuersatione nostra vita Christi manifestetur in corporibus nostris.

538.

Ex his planè habemus Christianum hominem in vtroque homine, hoc est, in corde & in

facie, coram Deo & hominibus teneri se Christi imitorem referre; & vel ipsum Christū imitatione virtutum (quæ Christianos veros concernunt) apprimè representare: vt pote quod totus Christo indutus est, aut indui debet, non specie tenus, neque intus tantum, sed forinsecus & intrinsecus; hoc est, in vtroque foro conscientia & fori. Scriptum quippe est, *Qui negauerit me coram hominibus, negabo ego eum coram Patre meo.* & alibi, *Nō omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est.* Hæc de Christo induendo.

Mat. 10. 33.

Matth. 7. 21.

Deus etiam ipse suos induit iustos, dicente Isaia, *Vino ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris.* Propter quod inquit Gregorius super Psalmum 5 pœnitentialem, *Opertorium Dei Sancti dicitur, quia sicut homini nihil est vicinius quam vestis, ita Deo nihil est vicinius Sanctis. Sicut enim vestimentis suis homo circumdatur, ita sanctis suis Deus vestitur.* Et alibi explicans id Psalmi 103. *Confessionem & decorem induisti; dicit, Confessionem hic quippe induit, illic decorem, quia quos per pœnitentiam confitentis fecerit, illic fulgentes per decorem iustitie ostendet, lucē autem sicut vestimento amictus est, quia sanctis omnibus quibus dictum est, vos estis lux mundi, in illa aeterna gloria vestitur. Vnde per Euangelium dicitur quod transfigurato in mōte Domino vestimenta eius facta sunt candida sicut nix.* Marci 9. *In qua trans*

539.
Isaia 49. 18.Greg. in Ps.
101. qui est
5. ex pœnit.Gregor. 31.
moral. c. 7.Psalm. 64.
à vers. 13.

transfiguratione, quid aliud quam resurrectionis ultima gloria designatur? In morte enim vestimenta eius sicut nix facta sunt, quia in superna claritatis culmine, sancti omnes ei luce insititia fulgentes adhererunt.

540.

Nullum tamen inconueniens est quod Christus & Sancti mutuo se induant, nam etiam mutuo se continent, cum scriptum sit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* & 1. Ioan. 4. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* maximè quod alia & alia ratione mutuo se induunt. Iusti enim induunt Christum, per hoc quod de plenitudine eius accipiunt plenitudinè, ita ut nihil desit in illis in nulla gratia, iuxta quod Paulus ad Corinth. dixit, & ut illo se foueant, muniant, & honestent: Christus autem suos induit iustos, ut sol suos radios, quos emittit, & ut arbor fructus quos fert.

Ioan. 6. 54.

1. Cor. 11.

C A P V T X L I.

Respondetur decimoquarto argumento secundi capituli, ex Romanorum 14. à numero 1. & explicatur totius capituli argumentum, quas scilicet abstinentias ciborum Paulus hic reprehenderit.

Certa & explorata res est, quam hic omnes sancti Patres, Chrysoströmus, Theodoretus, Primasius, Anselmus, D. Thomas & August. omnesque boni asseuerant interpretes, Paulum in hoc capite non exprobrare omnem omnino delectum ciborum; quoniam in primis damnare non potuit eum, quem sibi quisque conscius suæ propriæ infirmitatis, aut imbecillitatis siue in his quæ corporis, siue in his quæ animæ sunt, consultò præscribit, postquam expertus est cibos aliquos esse aliis salubres & optimos, sibi tamen insalubres & noxios: siue quia excitant corpori morbos, siue animæ motus iniquos. Sanè ut tenemur corporis & animæ salutis prospicere, & proinde cibis neutiquam nos ingurgitare, hoc est, cibos non in nimia quantitate sumere; sic etiam tenemur ab illorum ciborum qualitate abhorreere qui prædictæ aduersantur salutis. Quis hoc neget?

541.

Chrysostr.
Theodor.
Primas. A66.
D. Thom. 5.
Rom. 14.
Aug. lib. 2.
cōtra Iouin.

Rursum neque inculcauit ciborum delectum qui legis expressè præscripto est. utique ex lege Romanæ Ecclesiæ prohibentis statutis diebus carniū esum; quoniam Paulus eam in præfenti tantum abstinentiam coarguit, quæ derogat perfectioni fidei: ut patet ex eo quod assertores eius appellat infirmos in fide. At lex prohibens esum carniū non derogat perfectioni fidei, ex eo quod eam nunquam apud sacras litteras, scriptorūve sacrorū, aut etiam apud præfatos illorum interpretes in-

542.

terdictam videmus, aut prohibitam, sed eximie potius commendatam, & cœlos vsque euectam. Nam videmus Danielem abstinuisse prorsus à carnibus & vino, imò & à pane desiderabili. & Matth. 3. Ioannem Baptistam continentem se ab omni prorsus cibo, præterquam à locustis & melle siluestri. Et in Gregorio Nazianzeno Petrum Apostolorum Principem cum solo edulio lupinorum à se coemptorum diu vitam egisse, & in Clemente Alexandrino Matthiam Apostolum in oleribus tantum, baccis, ac seminibus victitasse. & apud Eusebium Iacobum fratrem Domini nunquam degustasse carnes, neque vinum.

Item apud eundem Eusebium ex Philone atque apud Epiphanium, & Hieronymum Christianos, qui apud Alexandriam sub Marco erudiebantur, certis diebus à carnibus & vino penitus abstinuisse. Item in libro Constitutionum Apostolicarum Apostolos constituentes legimus ieiunium aliquorum dierum, edulia in solo pane, sale & oleribus ponentes, absque omni prorsus vini aut etiam carnis gustu. Habemus etiam Athanasium sic de Antonio dicentem, *Inedia ac vigiliarum summe patiens erat. Sumebat panem & saltem potumque aque perparuum. De carnibus vero & vino melius tacere puto quam quidquam dicere: quoniam neque apud plurimos quidem monachorum istiusmodi esca in usu habentur.* Similia etiam & duriora refert de Hilario Hier. & Concilium Carthaginense IV.

ita, *Baptizandi abstinentia vini & carniū, ac manus impositione crebra examinati Baptismum percipiant.* Et Conc. Aurelianense I. *Litaniis triduo ante ascensionem Domini placuit celebrare, quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.* Similia Concilium Gerundense. & sanctus Pater noster Benedictus cap. 36. Reg. *Carnium esus infirmis omnino debilibusque concedatur. At ubi meliorati fuerint, à carnibus more solito omnes abstineant.* Sed de his plura apud Iodocum Coccium in Thesaurō Catholico.

Ratione etiam August. ostendit ex eo quòd ieiunij finis & scopus est maceratio carnis ne aduersus spiritum concupiscat. Ex quo sequitur quòd fieri debeat cum abstinentia à carnibus. quia illæ inter omnia cibaria potissimè carnem fouent, roborant, muniunt, & insolentem reddunt, adhuc plusquam vinum. Quia flamma quam vinum excitat, nisi robustiori nutriatur pabulo, citò concidit; carnes autem sunt, quæ carnem robustam, fortem ac valentem reddunt. Vnde non ita oportuit vinum vt carnes interdiceret ieiunij lege. Licet etiam interdictum fuisset, in experimento constaret, quòd vulgus vino priuare, etiam ad diem, idem omnino esset atque omnes pro eodem tempore illius eneruare vires ad suas operas præstandas: præsertim in aliquibus regionibus frigidissimis, in quibus etiam delicatissimi vino opus habent. Quod tamen inconueniens non militat

Dan. 10. 2.

Matth. 3. 4.

Naziã. orat. de pauperũ amore.

Clem. 2. pædagog. c. 1.

Euseb. lib. 1. hist. c. 12.

543.

Euseb. ibi cap. 17.

Epiph. heresi 29.

Hieron. de Viris illustribus in Philone.

Lib. 1. Constitur. Apost. cap. 19.

Athan in vita Antonij.

Hier. in vita Hilarij. Carthag. IV. can. 85.

Aurelian. I. cap. 19.

Gerundens. can. 3.

Coccius lib. 3. de iustificatione hominis art. 10.

544.

Finis ieiunij quis.

Aug. 2. contra Faustum c. 5.

militat in abstinentia à carnibus; quoniam vsualis populorum cibibus non tam carnes, quàm panis & vinum sunt.

545.

Igitur in hoc capite Paulus non intendit exprobrare prædictos delectus ciborum. Quos ergo taxauit? Mehercle illos, quos aliqui Iudæorum faciebant intuitu seruandi in hac parte legalia cum Euangelio. Quasi Euangelium sine illis non satis ad salutem esset. Hac enim de causa Paulus huius abstinentiæ assertores appellauit infirmos in fide, utpote quod de fide Euangelij perperam iudicabant; autumantes quòd sine ope horum saltem legalium neminem poterat ad perfectum perducere; seu quòd lex Euangelica fideles ab huiusmodi onere non vindicauerat, neque exemerat, sed adhuc obseruandam esse legem Moyli in ciborum delectu. Vtique in abstinentia à carne suina, leporena & aliis, de quibus Leuitici 2. & Deuteronomij 14. Ita Patres omnes & interpretes supra relati.

546.

Rom. 14. 5.

Huius rei ingentem fidem facit quod isto capite versu 5. subiicitur, *Nam alius indicat diem inter diem, alius autem indicat omnem diem. Quasi diceret, non tantum est delectus ciborum, sed etiam dierum, dum alius sacer ac festiuus, alius verò profanus putatur. Quod aper constat esse iuxta ritus Mosæicos, secundum quos aliqui obseruabantur dies præ aliis. Quare Gentiles idem de omnibus diebus iudicium ferebant; non quidem absolutè & simpliciter cum Pascha & Pen-*

teosten saltem colerent, sed ratione legis Moyli: ratione cuius nullum agnoscebant festum, sicut nec ratione illius ab aliquo se continebant edulio. Quod fuit in causa ut contentiosè Iudæi illi cum his diu ac multum agerent, & hoc etiam quod Paulum mouit ad huiusmodi admonitionem.

Sed videntur obstare ferè omnia & singula verba capituli: utpote quòd omnibus ac singulis interdicitur in alterutrum murmuratio, liberaque datur cuique comedendi & abstinendi facultas, atque in proprio sensu abundandi: cum tamen legalium obseruatio nemini licita esset; sed potius irrita post sufficientem saltem Euangelij promulgationem.

547.

Sanè versus 1. & 2. ita habent, *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est olus manducet.* hoc est, illum qui in fide satis imbutus non est, non propterea abiicite, sed potius vobis eum adiungite. Et adhuc non ad disceptandum cum eo contentiosèque altercandum, sed potius ad eius piè infirmitati medendum. Quod dixerim propterea quòd sicut sunt aliqui apud quos persuasum est vescendum esse quibusuis, ita sunt alij adèd infirma præditi fide, ut timeant cibis vetitis inquinari. Hos autem tamquam infirmos finite oleribus dumtaxat vesci, quæ nullo tempore interdictæ sunt.

548.

Versus 3. & 4. *Is qui manducat,*

549.

cat.

cat, non manducantem non spernet, & qui non manducat, manducantem non iudicet, Deus enim illum assumpsit. Hic enim licet præferat conditionem manducantis, hoc est, eius qui non habet delectum ciborum, dicens de eo quòd Deus assumpsit illum; utique per Euangelij gratiam in feruum; tamen honestat conditionem illius qui delectum habet. Imò æquiparat eos & adæquat in hoc quòd neuter alterum in hac re iudicet.

350. Et tandem (ne omnia persequar) de utroque dixit, versu 6. *Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diē Domino sapit, & qui manducat Domino manducat.* hoc est, ob tam leuē disceptādi causam fraterna inter vos non scindatur concordia, sed suo quisque animo fruatur, & animi sequatur sententiam, non damnata opposita, præsertim cum utraque vacet crimine, & in utroque constet hoc quòd est veræ pietatis caput, videlicet cultus Dei, quem vterque facere se credit. Cum igitur non solum crimen, verum nefarium crimen fuerit existimare legalia seruanda fore cum Euangelio ad salutem: consequens est Paulum ad huiusmodi ciborum delectum non respexisse, sed ad alium longè disparem.

351. Verum iam his durioribusque argumentis sufficienter prouisum est, dum tractatu de actibus Apostolorum cap. 32. ostendimus, quòd licet legalia à morte Christi mortificata vel mortua potius extiterint, non tamen mortifera vsque ad sufficientis-

simam Euangelij promulgationem, quæ adhuc Romanis non obtigerat: utpote quòd Petrus anno secundo Claudij, hoc est, anno Christi 42. Romam appulit, prima Euangelij semina iacturus. Quare cum epistola hæc scripta sit Chenchris anno secundo Neronis, hoc est, anno Christi 58. consequens est tunc prima incunabula Ecclesiæ Romæ fuisse, & proinde Euangelicam lucem non satis irradiasse, maximè quòd tunc nodum Paulus Romam venerat: cum tamen Irenæus dicat, quòd Petrus & Paulus Romæ euangelizarunt, & fundarunt Ecclesiam. Iren. lib. 3. cap. 1.

352. Taxauit igitur Paulus tamquam infirmos in fide eos, qui adhuc legalia ciborum sub viridi & in præcepto credebant: at quoniam id pro tunc lethale non erat, neque ex praua intentione animi, sed potius ex æmulatione Dei, licet non ex scientia profectum; ideo ferendum pro tunc & dissimulandum præcepit; quia diu insita longaque consuetudine radicata (præsertim religionis prætextu) paulatim, non autem subito euellenda sunt, si aliàs possunt æquamiter tolerari. Quare superstitionis hæc sensim euauit, crescente sensim veræ pietatis cultu. Ergo contra ciborum delectum ex præscripto cuiuscumque legis, præcipue antiquæ, Paulus insurrexit in hoc capite.

353. Quòd si adhuc vrgeas sequi ex his quòd saltem iam diu multum est quòd delectus ciborum ex præscripto cuiuscumque legis debuit cessare: siquidem iam diu

diu multum est quod Euange-
lij veritas subiit, superque mun-
do illuxit, atque prorsus inno-
tuit, & proinde abstinentiam
à carnibus ex statuto Ecclesie
nunquam honestam fuisse; quod
est potissimum hæreticorum
nostri temporis irritamentum.
Respondetur delectum cibo-
rum intuitu legis antiquæ, tam-
diu exoleuisse, & mortiferè
peruisse, quamdiu ipsa lex: at in-
tuitu aliarum legum nunquam
irritum fuisse, aut posse, magis
quàm finis ipse ad quem desti-
natur, qui est mortificatio cor-
poris, ne aduersus animam
exorbitet.

petuam ad destruenda & contem-
nenda, & abominanda opera creato-
ris. Nos autem & creaturam om-
nem laudamus Dei, & macrem sa-
gina, abstinentiam luxuria, ieiunia
preferimus saturitati. quæ ex
Tertulliano desumpta videntur.

Tertul. ad
Phis-chicos
cap. 5.

Inde Clemens in canone 5.
Apostolorum: *Si quis à carnibus
& vino abstinerit, non propterea
quod mens ad cultum Dei reddatur
exercitator, sed propter abomina-
tionem, corrigitur, & ab Ecclesia eli-
citor.* Abominationis nomine
intelligit Clemens execratio-
nes, quas hæretici aduersus
Dei animantia faciebant: De
Tatianis enim dicit Epipha-
nius, & de Encratitis, quod ani-
mantia abominantes interdi-
cunt, non continendi, sed ob
timorem & imaginationem ut
non condemnentur ab animarum
esu. Et de Manichæis dixit Aug.
carnes non gustare, quia ex quo
iugulantur, recedit ab eis diui-
na substantia, id est, anima quæ
à Deo est, & remanet corpus
quod à malo principio est fa-
ctum, & proinde indignum quod
à fidelibus sumatur in cibum.

356.

Aug. lib. de
hæret. c. 56.

Cum igitur superstitionis aut
abominationis nihil aduersus
creaturas Dei aut factorem il-
larum admisceatur in ab-
stinentia Ecclesiastica, sed po-
tius religionis atque pietatis
multum, sequitur Ecclesiam
hunc ciborum delectum sanc-
cientem, non pugnare cum Pauli
mente, sed potius obsecundare
illi, quatenus nos monet fieri
viuentes honestos, hostias san-
ctas, Deo placentes. Unde Ter-
tullianus, *Quidam ipsam Dei*

357.

Tertul. de
cultu foer-
cap. 19.

Pp creatu

Leo Papa
ser. 4. de ie-
iunio septi-
mi mensis.

554.

Inde est illud Leonis Papæ.
*Cum vos ad quedam, quæ etiam in
veteri Testamento instituta sunt, co-
hortamur, non Iudaica vos obser-
uantia iugo subdimus, nec consue-
tudinem carnalis populi vobis indu-
cimus. Excedit supra illorum ieiun-
ia continentia Christiana. Et si
quid illis & vobis commune est in
temporibus, non concordat in meri-
bitis.*

555.

Obiectioni
occurritur.
1. Ad Tim.
4.1.

Quod si demum obiicias cum
hæreticis Paulum dicentem, *In
nouissimis temporibus discedent qui-
dam à fide, attendentes spiritibus
erroris, & doctrinis demoniorum
prohibentium nubere, & abstinere
à cibis, quos Deus creauit ad per-
cipiendum cum gratiarum actione.*
Respondetur cum Hieronymo
dicente; *Reprobat quidem Aposto-
lus eos qui prohibebant nuptias, &
à cibis inbebant abstinere, quos
Deus creauit ad utendam cum gra-
tiarum actione. Sed Marcionem
designat, Tatianum & alios hæreti-
cos, qui abstinentiam indicunt per-*

Hier. lib 2.
cōtra Iouin.

creaturam sibi interdiciunt, abstinentes vino & animalibus exultantes, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant.

558.

Rom. 14. 15.
Alij obiectio-
ni responde-
tur.

Quòd si tandem obiicias, sequi ex his quòd saltem adstringi non possumus abstinentiæ præceptis, quia semper stat illud Pauli monitum: *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Respondetur primò quòd sermo procedebat in favorem illorum, qui non satis firmi erant in fide. Secundò monitum factum non quidem illis qui indicebant abstinentiam, sed his qui auersabantur illam tanquam legalem. Tertio quòd potius Ecclesia abstinentiam indicit, ne pereant illi pro quibus Christus mortuus est: quoniam huiusmodi abstinentia consulitur salutem animarum. Videatur de hoc Bellarminus.

Bellar. lib. 2.
de bonis o-
peribus c. 5.

CAPVT XLII.

Respondetur decimoquinto argumento secundi capituli, & expenditur, an Paulus in Hispaniam venerit.

559.

Nihil est quod certo oculo in hac parte discernere possimus: cum sacræ literæ (à quibus hæc foret veritas petenda) nihil de profectu Pauli in

Hispaniam, sed tantum de voto quod in animo ad id conceperat, statutum reliquerint. Vnde varij, etiam ex validioribus Ecclesiæ proceribus, in varias existimationes difiecti sunt.

Sanè Gelasius Papa quasi exploratum supponere videtur quòd Paulus Hispanias non lustravit. Relatus enim à Gratiano nostro ita inquit: *Beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum ad Hispanos se promississet iturum, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit quod reuera voluisset efficere. Quantū verò ad diuini secreta consilij (quæ vt homo omnia non potuit) superna prætermisit dispensatione præuentus.*

Innocentius etiã Rom. Pont. id argumento probare videtur dum abnuens Apostolorum aliquem præter Petrum Occidentalium Ecclesiarum Doctorem extitisse, dicit, *Legant si in his prouincijs Apostolorum aliquem inuenitur aut legitur docuisse. Quòd si non legunt quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi quod Romana Ecclesia custodit, à qua eos particulariter accepisse dubium non est.* Et certè cum nec Lucas, qui Pauli gesta narravit, nec vetus aliqua comprobet historia, nec aliqua in tota Hispania notetur Ecclesia à Paulo fundata, cum tam ipse quàm ceteri Apostoli vbiuis gentium prædi-

560.

Grat. 21. q.
2. c. Beatus.

Paulum non
venisse in
Hispaniam.

561.

Innoc. ep.
Decentius.

prædicabant, fundabant Ecclesias, non probatur quod aliquando in Hispaniam venerit.

§ 62.

Nec solum ab auctoritate negatiua, sed etiam (quod fortius est) ab impedimentis itinerum, & à repugnantia speciali profectiois Pauli ad nos id adhuc probari posse videtur. Sanè verba Pauli promittentis in Hispaniam profectioem, sic habent:

Rom. 15. 24. *Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos. Cum igitur Ierôsolyamã ingressus ibi per biennium vinculis detentus fuerit, & exinde Romam trãllatus vinculis restrictus, vthabetur in Actis, ibique cum Petro post diutinam concatenationem sit mortuus: consequens est quod Hispaniam lustrare potuerit.*

Actuum ultimo.

§ 63.

Quod si dixeris Paulum post exactum in vinculis Romæ biennium habuisse copiam eundi quò libitum, (vt apud omnes in confesso est) & proinde tunc in Hispaniam migrasse. Contrà sunt literæ quas ad Philippenses dedit, & superiori anno misit, inquit, *Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito.* Ex his enim colligi videtur quod dum erat in vinculis, propositum adeundi Hispaniam, quod habuit in Chenchris, mutauit. Quoniam profectio ad Orientales prouincias pugnat cum profectioe ad Occidentales. Vnde Sedulius in hanc sententiam propendet, atque etiam D. Thomas & Dominicus Soto illi adhærēt. Imò ipse Hieronymus anceps ad vtrumlibet manet quod Paulus

Ad Philipp. 2. 24.

Sedulius s. ad Rom. 15. D. Thom. s. ad Rom. 15. Hiero. sup. ad Ephes. 3. Idem aduersus Heluidiũ. Idem sup. ad Rom. 15.

voluit in Hispaniam ire, aut saltem quod ire disposuit. Et alibi ait non ex eo quod Paulus voluit ire in Hispaniam, posse concludi quod iuit. & supr. hũc locum ait, incertum esse vtrum Paulus Hispaniam iuerit, necne.

His tamen non obstantibus plausibilior opposita sententia est, vtpote cui fidem & lucem, eamque maximam, maxima Ecclesiæ lumina præbent, vtiq; ex Græcis Dorotheus, Hippolyt. Athanasius, Cyrillus, Epiphanius, Chrysostomus, Theodoretus, Sophronius & alij apud Baroniũ. Et ex Latinis Hieron. S. Gregorius, Ilidorus, Beda, Ado Viennensis, Anselmus, Martyrologiũ Romanũ, Monologium Græcorum, die 20. Septembris. Vele etiam refertur Xantipæ & Polixenæ conuersio ad fidem.

Et licet omnia & singula prædictorum Patrum elogia notatu hinc digna sint, quia tamẽ pro altera parte vnũ Hieronymum veluti nutantem induximus, ideo illius tantum pro re ista verba inducemus, vt omnis ambiguitatis ratio excludatur. Sanè Hieron. lib. 2. super Amos explicans id Amos 2. *Vocauit aquas maris, & effodi eas super faciem terræ, sic habet: Paulus Apostolus quasi turbo violentus & sanna tempestas & tumentis maris gurgites persequabatur, & optime renitebatur Ecclesiam Dei. Qui vocatus à Domino effusus est super faciem vniuersæ terræ, vt predicaret Euangelium de Ierôsolyma vsque ad Illyricum, & vsque ad Hispanias tenderet, imitans Dominum suum, & solem iustitiæ, de*

564. *Quod Paulus in Hispaniã venerit.* Dorothei in Synopsi. Hipp. lib. de 72. discipulis. Athan. ad Dracoetium. Cyrill. catech. 17. Epiphani. heresi 27. Chryl. ho. 7. de laud. Pauli. Theod. sup. Timoth. vi. Sophr. serm. de Natal. Apost. Baron. an. Christi 61. num. 3. Hier. sup. Isaia 11. & Ephes. 3. Greg. 31. Moral. c. 22. Ilid. de vita SS. c. 71. Beda Mart. tyrol. 11. Kal April. Ado Vienn. chro. an. 59. Ansel. 5. ad Rom. 15. Martyrol. Rom. die 22. Martij.

quo legimus Psalm. 18. *A summo caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Ut ante eum terra deficeret, quam studium predicandi.*

§ 66.

Ratione etiam id possumus nos fulcire deducta ex eo quod neque Hispanis defuit necessitas fruendi doctrina Pauli, neque Paulo voluntas iuandi Christianos Hispaniæ, neque tandem sufficientissimum tempus ad lustrandas non tantum Hispanias, verum & occidentales simul & orientales prouincias omnes, ad quas se profecturum promiserat. Siquidem à biennio Romæ in vinculis exacto ad ipsius consummatum Martyrium fluxerunt octo anni, iuxta vniuersas historias. Quoniam ex quo scripsit Epistolam ad Romanos, vtique anno Christi 58. vsquedum Romam venit fluxerunt anni duo, quos egit in vinculis apud Ierosolymanam. Et ex quo Romam intrauit, ad diem quo liber emerfit intercesserunt alij duo. Vnde eum ipse extremum diem non clausit vsque ad annum Christi 69. sequitur quod octo anni intercesserint, quibus liberè potuit quouis gentium ire. Cum autem mutandi consilium nulla ratio cœgerit, sequitur quod stetit promissis: & proinde quod corpore præstitit tam in Hispaniam quam in Asiam, quas promiserat profectiones.

Theod. vbi
supr.

Præsertim quoniam (vt Theodoretus monuit) prophético spiritu has profectiones promisit & præsciuit. Quæ autem propheticè annunciantur, certo

certius explentur.

Neque obstant quæ ex Gelasio induximus, quoniam verè Gelasius non negat Paulum Hispaniam adiisse, sed non tam citò vt meditatus fuerit: sicque ab eo mutatum non profectionis, sed temporis quò proficisceretur, consilium. Vtpote quòd Ierosolymanam primum ingressus ibi per biennium compedibus impeditus est, ne illico voti compos euaderet. Inde etiam Romam translatus alterius biennij impedimenta pertulit. Quare citò non potuit (prout præoptauerat) ad Hispanos transire. Quando se vidit in libertatem assertus, quis iudiciabitur quòd concitus & festinus Hispanias peragraret.

§ 67.
Loci in cor.
trarium re.
spondetur.

Ad illud etiam de Innocentio Papa respondetur similiter quòd ipse non negat Paulo profectionem hanc in Hispaniam: sed negat nobis historiam sacram, vnde id certò haurire possumus. Quod nec nos diffitemur. Nam Lucas qui Pauli res gestas monumentis mandauit, nihil de his scripto tradere potuit, eo quòd tantum retulit historiam de actibus Apostolicis vsque ad biennium Pauli Romæ commorantis, iuxta quæ Hieronymus monuit.

§ 68.

Sed hæc non obstant quominus dicamus Petrum à Paulo adiutum in Romanæ Ecclesiæ fundatione. Cum (vt Irenæus ait) Petrus & Paulus Romæ prædicarint, & Romanam Ecclesiam fundarint. Quare verbum

§ 69.

Iren. lib.
cap. . .

brum Gelasij alios à Paulo, non verò Paulum excludit, & se- iungit in hac parte à Petro.

570.

Ad illud de Luca iam respon- sum est. Ad illud de historia respondetur quòd pro authen- tica historia est nobis ratio ex Scriptura & ex communi histo- ria confecta. Ad illud de nul- lius Ecclesiæ fundatione re- spondetur, satis esse quæ Me- taphrastes notat sermone de Apostolis die 29. Iunij apud Surium, & quæ ex Græ- corum Monologio induxi- mus.

Surius tom. 3. die 29. Iunij.

571.

Ad ea demum quæ ex com- pedito Paulo tum Ierosolymis, tum Romæ per quadriennium obiecimur, dico quòd satis elu- cidatè manent ex illo octo an- norum spacio, qui à compre- hensione Pauli vsque ad mar- tyrij eius consummationem fluxerunt. Quæ si consultissi- mus pariterque doctissimus Dominicus de Soto obseruasset, certum est quòd patriæ suæ tantam gloriam non inuidisset. Eximium enim Hispaniæ decus est se Pauli pedibus pressam, præsentia illustratam, & ore edoctam fuisse. Sed fortè tunc temporis supputatio non ita vt nunc in aperto erat.

CAPVT XLIII.

Respondetur decimosexto argumento secundi ca- pitis, ex Romanorum

ultimo, & explicatur, cur inter tot salutatio- nes, quas Paulus Ro- mam misit, nullam ad Petrum direxerit, neque ullam de Petro mentio- nem fecerit.

HVius rei diuersas rationes meditantur diuersi. Ego illam amplector, quam Cardi- nalis Baronius & alij obseruât, dicentes, fuisse in causa quòd Claudius Imperator Iudæos omnes ab Vrbe procul edicto publico ire coëgit, iuxta quæ habentur in Suetonio, & in Luca Actorum 18. ex quo infe- runt quòd simul Petrum à Ro- ma pepulit.

572.

Baron. anno Christi 58. num. 51.

Suetonius in Claudio cap. 25.

573.

Maximè quòd (vt innuit Sue- tonius) Christi causa expulsio ista facta est, quasi altercanti- bus Christianis Iudæisque de religione, cum iam Romæ Christi fides disseminata esset. Aquilæ enim & Priscillæ Chri- stianis inde exeundum non es- set, nisi Christianos æquè ac Iudæos dicta compressissent. Hoc autem cum accidisset anno 9. Claudij (vt antiquiores qui- que, Beda vtrique, Ado Viennen. Marianus Scotus & Onuphrius cum Orosio constituunt,) qui quatuordecim tantum annos regnauit. Consequens est, vt tempore, quo Epistola hæc scri- pta fuit, vtique initio regni Neronis, nimirum anno 2. Pe- trus extra Romam fuerit; non

Beda supr. Actor. 18. Ado in Chron. Marianus lib. 2. Onuphrius in fastis. Orosius lib. 7. cap. 6.

quidem quasi redire non potuerit, cum complures Christiani rediissent; sed quia extremas orbis oras predicare & ad fidem conuerrere profectus erat. Ut enim vniuersi gregis Domini curam susceperat, vniuersum voluit mundum sua predicatione replere, dicente ipso: *Elegit Deus per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere.* Quare non erat eius officij in vno tantum consistere loco, sed quantum homini licuisset, vniuersum peragrarè or-

bem, & nondum credentes ad fidem perducere, credentes vero in fide confirmare.

Præterquam quod esto Petrus Romæ tunc fuisset, adhuc salutationem ei conscribere non deberet in hac Epistola: quoniam inciuile est quod inferiores non iubeant per Epistolam superiores suos saluere: Paulus autem vrbanius admodum & multum comis erat, maximè cum maximo Ecclesiæ vertice Petro, Vicario Christi. Cui laus & gloria. Amen.

INDEX





INDEX RERVM ET VERBORVM.

Secundum numerum paginarum, columnarum, & eum qui in margine ponitur.

A



A BORTIVVS idem quod præcox. 78. 1. 309.	Ex cap. 6. vna.	ibid. 2. 17.
Abortiui qui. ibid.	Ex cap. 7. tres.	ibid. 18.
Abrahæ fides & circumcisio. 192. 2.	Ex cap. 8. vna.	ibid. 19.
Abrahæ quomodo terra Palæ- stinæ promissa. 64. 1. 260.	Ex cap. 9. vna.	4. 1. 20.
Abstinencia ciborum quæ repre- hensa à Paulo. 293. 2.	Ex cap. 10. vna.	ibid. 21.
Abundantia quid. 210. 2. fin.	Ex cap. 11. vna.	ibid.
Aceldama quid. 21. 2. 112.	Ex cap. 12. duæ.	ibid. 22.
Actuum Apostolorum liber an sit canonicus. 1.	Ex cap. 13. vna.	ibid. 2.
Partis negatiuæ Auctores. ibid. 1. 1.	22.	
Argumenta. ibid. 2.	Ex cap. 14. vna.	ibid. 23.
Propositiones quinque ex cap. 1. ibid. 2. 3.	Ex cap. 15. vna.	5. 1. 24.
Ex cap. 2. quatuor. 2. 1. 8.	Ex cap. 16. vna.	ibid. 25.
Ex cap. 3. duæ. ibid. 2. 12.	Ex cap. 17. vna.	ibid. 26.
Ex cap. 4. vna. 3. 1. 14.	Ex cap. 18. vna.	ibid. 27.
Ex cap. 5. duæ. ibid. 1. 5.	Ex cap. 19. vna.	5. 2. 28.
	Ex cap. 20. vna.	ibid. 29.
	Ex cap. 21. vna.	ibid. 30.
	Ex cap. 22. vna.	6. 1. 31.
	Ex cap. 23. vna & altera. ibid. 32.	
	Ex cap. 24. vna.	ibid.
	Ex cap. 25. vna.	ibid.
	Ex cap. 26. vna atque altera. ibid. 36.	
	Ex cap. 27. vna.	ibid. 37.
		Ex

INDEX RERVM

- Ex cap. 28. vna. 7. 1. 38.
 Pars affirmatiua ostenditur ex
 Conciliis & Patribus. *ibid.*
 39. 40.
 Ex file miraculorum huius li-
 bri. 8. & 9.
 Ex euentu rerum quæ Christus
 prænuñciauit. 9. 2. 64. &
 seqq.
 Ex profectioe aliquorum Apo-
 stolorum ad prædicandum
 Euangelium. 10. 2. 69.
Aduentus Spiritus sancti quo-
 modo promissum Patris. 14.
 2. 84.
Adulter accedens ad baptismum
 cum peccato originali & per-
 sonali, an dolore aliquo
 egeat, vt gratiam regeneran-
 tem obtineat. 41. 1. 184.
 Adulterum conditio ad susci-
 piendum baptismum. 40. 1.
 178. & seqq.
Ager sanguinis, vulgo, Ager
 proditoris Iudæ dictus. 22. 1.
 initio.
Altera die Sabbati, pro die Do-
 minico. 30. 1. initio.
Ananias & Saphira ob quod
 flagitij genus mortui. 55. 2.
 232. & seqq.
Anathematis vox. 251. 1. med.
ibid. 2. 410. & 253. 1.
 415.
Angelus idem quod Missus. 70.
 1. 280.
Apostoli quo tempore sint pro-
 fecti ad concionandum. 11.
 2. 73.
 Quas prouincias singuli fue-
 rint fortiti. 12. 1. 76.
 Ex quo Spiritu sancto sunt
 repleti, cœperunt loqui
 variis linguis. 76. 1.
 392.
Apostolorum signa. 8. & 9.
 Profectio ad disseminandum
 Euangelium per orbem.
 11. 1. initio.
 Pressuræ, torturæ, labores.
ibid. 71.
 Eorum munus quotidianum
 quod. 63. 1. 259.
Apparentes, Deus, aut Domi-
 nus. 69. 2. med.
Apparitiones Christi in terris.
 48. 2. 211. & seqq.
Appetitus insolentia. 220. 2.
 303.
Afferiores nouorum dogmatum
 quandiu tolerandi. 59. 1. 244.
 & seqq.
- B.
- B** *Baptismus* in nomine Christi
 datus an valeat. 107. 1.
 & seqq.
 Datus à quodam Iudæo va-
 luit. *ibid.* 2. 407.
 Ab hæretico Marcione in
 nomine tantum Christi
 collatus. valuit. *ibid.*
 fin.
 ad Baptismum qui accedere
 possint. 39. 1. 176.
Barbari olim qui. 155. 2.
 109.
Barbarismus quid. 275. 1. med.
Bonis quare mala eueniant. 163.
 2. 130.
Brachium apud sacras litteras
 quid. 205. 1. 256.
 Facere potentiam in brachio,
 quid. *ibid.* 257.
- C.
- C** *Calix* Christi calix patien-
 tia. 83. 1. 328.
 Calicem

E T V E R B O R V M.

- Calicem Christi bibere, quid. ibid. 2. initio.
- Caluarij* mons à cranijs decollatorum dictus. 82. 2. 326. Refellitur. ibid.
- Capillorum* abrasio libertatis nota. 105. 2. initio. Eorum crescentia durationis voti signum. ibid.
- Capillorum* vsque ad cutem abrasio lugētium habitus apud Ethnicos. ibid. 401.
- Capitis* nudatio quid denotet. 107. 1. 405.
- Carnis* sumtio in Scriptura. 226. 1. 322.
- Carnis* sumtio prout corrupta. ibid. 323.
- in *Causis* clericorum aditus interdicitus ad iudices sæculares. 122. 2. 459.
- Causas* sæcularium primis Ecclesie temporibus dignoscebant Ecclesiastici. 123. 1. 460.
- Charitas*. 180. 1. med.
- Christus* cælo semper residens, quomodo aliquando apparuerit in terris. 48. 2. 211. & seqq.
- Christus* sedens & stans à dextris Dei. 71. 2. 287.
- Cur Spiritu sancto inūctus. 79. 2. in fin. & seqq.
- Verè Deus est & dicitur. 85. 2. 338.
- Qualiter agnitus dicatur secundum carnem, & non à Paulo. 141. 1.
- Quo iure dicatur prædestinatus ad esse filij Dei. 148. 1. 2. initio.
- Quomodo prædestinatus filius Dei in virtute. 149. 1. 89.
- Pluribus profuit quàm Adā. 197. 1. 235.
- Angelorū beneficus est. 201. 1. med.
- Est finis legis. 272. 1. initio.
- Christus*, pro donis, moribus ac virtutibus ipsius. 290. 2. 534.
- Christi* iudicium quomodo in humilitate sublatum. 73. 2. 194.
- Christum* Spiritu sancto inungi, quid. 79. 1. 313.
- Resurrexisse propter iustitiam nostram, quid. 184. 1.
- Christum* inter & Adamum similitudo & dissimilitudo quæ. 197. 2. 236.
- Ciborum* abstinentia quæ reprehendatur apud Paulum. 293. 2.
- Circumcisio* Timothei. 98. 2.
- Abrahæ. 182. 2.
- Cæpi*, verbum, magnorum operum nota. 13. 2. 81.
- Collum* Mariæ cur velut turris. 206. 2. 260.
- Comam* quare nutriebant Nazaræi. 105. 1. 399.
- Comam* radendi ratio quæ. ib. 2. initio.
- in *Conceptione* Mariæ providentia Dei specialissima. 208. 1. 265.
- Concionatorum* munus. 77. 1. 306, 308.
- Concupiscentia*, vide *Appetitus*.
- Conscientie* vis. 161. 2. fin.
- Consilium* Gamalielis de assertoribus nouotū dogmatum. 59. 1. 244.

INDEX RERVM

- Reprobatur. *ibid.* 2.
 246.
 Corruptio, pro impietate & idola-
 latria. 173. 2. fin.
 Creatura quid. 245. 2.
 med.
 Creaturæ perfectio. 246. 1.
 fin.
 Creaturis minoribus maior re-
 spondet prouidentia. 207. 1.
 263. & 208. 2. 266.

D

- D**amnatorum reprobatio
 quando fiat. 256. 1.
 Prædicatorū electio quan-
 do. *ibid.*
 ly *De*, idem quod *in*. 74. 2.
 297.
 Decollationis supplicium apud
 Iudæos. 82. 2. 325.
 Descensus Spiritus sancti in
 Apostolos. 28. 1. 140. &
 seq.
 Eius descensionis causæ se-
 ptem. 36. 1. 165. &
 seqq.
 Destinatus, pro, declaratus, de-
 monstratus, definitus, &c.
 150. 1. initio.
 Deus Pater qualiter filium tra-
 diderit passioni. 53. 1. 221. &
 seqq.
 Quomodo ignotus apud A-
 thenienses. 102. 1.
 Saluator singularis Mariæ.
 203. 2. initio.
 Rex terræ, cur. 207. 1.
 med.
 Diaconorum munus. 62. 2.
 255.
 Dignioribus qui consulit, omni-
 bus prospicit. 208. 2. med.

- Dilectio quid. 264. 1. initio.
 Discipulorum munus ministran-
 di sacræ mensæ. 62. 1.
 253.
 Discrimen Mariæ ab aliis. 204.
 2. 255.
 Dissensio Pauli & Barnabæ. 96.
 2.
 Dogmatum nouorum assertores
 quamdiu tolerandi, aut tol-
 lendi sint. 59. 1. 244.
 & seqq.

E

- E**cclésiæ Catholiciæ animad-
 uersio in hæreticos. 61.
 1. 251.
 Effundendi verbum. 16. 1.
 89.
 Electio Matthiæ an sortitione
 facta. 24. 2. 126.
 Prædicatorū quando fiat.
 256. 1.
 Reprobatio damnatorum
 quando. *ibid.*
 Electio quid. 264. 1. initio.
 Electiones per sortem. 22. 2.
 215. & seqq.
 Epistola B. Pauli ad Romanos
 utrū canonica. 131.
 Partis negatiuæ Auctores.
ibid. 1. 1.
 Argumenta ex singulis ca-
 pitibus ad Romanos.
 132. 2.
 Pars affirmatiua ostenditur
 autoritate Ecclesiæ.
 137. 1. 41.
 Auctoris. *ibid.* 42.
 Argumento Epistolæ. *ibid.*
 2. 44.
 Doctrinā singulorum capi-
 tum ad epitomen re-
 ductā.

E T V E R B O R V M.

dactâ. 139.1.49.
Epistolarum Pauli ordo & numerus. 146.2.& seqq.
Illa ad Romanos cur primum locum obtineat. 147.1.83.
Ethnici, homines iniusti. 122.1. fin.
Euangelium omnibus ex æquo necessarium. 157.1.114.

F

F*elix ore cunctorum quis.* 204.1.med.
Fides sine operibus contemnitur. 38.2.174.
Fides Abrahamæ. 182.2.
Fidelia, idem quod infallibilia & indeficientia. 90.1. initio.
Filij Dei, iusti. 174.1. initio.
Finis legis Christus. 272.1. initio.
Finis in factis litteris idem quod consummatio & perfectio. ibid.471.
Finis ieiunij quis. 294.2. 524.
Frangendi verbum. 63.1. initio.

G

G*amalielis consilium de nouorum dogmatum assertoribus.* 59.1.244.
Reprobatur. ibid.2.246.
Gaudium in spiritu, cur. 203.1.251.
Gentes, pro infidelibus. 170.1. initio.
Gratia triplex. 147.2.84.

Semen Dei. 242.1. initio.
Gratia Christi in quibus abundauerit super culpam Adami. 176.1.med.
Gratia Christi effusior, quam culpa Adami. ibid.2. 231.
Gratiæ Christi efficacia. 211.1.1. initio.
Eius prouentus & abundantia. 212.2. fin.
Gratiam inuenire, quid. 202.1. 249.

H

H*eresis quid.* 120.1. 451.
Pertinaciæ & peruicaciæ nota est. ibid.2. 452.
Hæretici an sint exterminandi. 60.2.250.
in Hæreticos animaduersio Ecclesiæ Catholicæ. 61.1. 251.
Herodes in Iudæa tres. 83.2. 331.
Herodes Agrippa iure ab Angelo lethaliter percussus. 85.1.& seqq.
Hominum numerus æqualis sub Christo & Adam. 197.1. 234.
Humilitas duplex. 203.2. fin.

I

I*acobus quomodo occisus gladio.* 82.2. & seqq.
Eius martyrium. 11.1. 71.
Ieiunium Deo acceptabile. 127.472.
Ieiunij virtus & afflictio.

INDEX RERVM

127. 1. 472.
Ieiunij tempus variè sumunt interpretes. *ibid.* 2. 474.
Ieiunij finis quis. 294. 2. 544.
Ignorantia voluntaria & supina, interdum scientiâ dicitur. 48. 1. 209.
 Interdum nesciëntia, & ignorantia. *ibid.*
ly In virtute, idem quod diuinitus. 154. 2. 106.
 Idem atque, in potentia, seu, cum potentia. 155. 1. 107.
Infantum conditio ad suscipiendum baptismum. 39. 2. 177.
Infideles gentium nomine significantur. 170. 1. initio.
Inscriptio, Ignoto Deo, vel *Ignotis Deis*. 103. 1. initio.
 Eius inscriptionis causæ duæ ex Lyra. *ibid.* 392.
 Aliæ duæ ex OEcumenio. 103. 2. 393.
Intra nos, idem quod in potestate nostra. 267. 2. 453.
Innuocere idem quod credere. 37. 2. 171. & 38. 2. 175.
Inuocatores Dei qui. 39. 1. initio.
Ira, pro vindicta iustitiæ. 265. 2. fin.
Iudas non habuit verum dominium agri Actuum 1. 21. 1. 109.
Iudæ mors. 18. 2.
Iudeum inter & Gentilem criminis ratio. 99. 1. 382.
Iudæi crucifixo Christi. 45. 1. 198. & seq.
Iudæorum cæcitas quousque duratura. 278. 2. 492.
Iudicium Christi in humilitate quomodo sublatum. 73. 2. 294.
Iuguli supplicium vsitatum factis apud Hebræos. 84. 2. initio.
Iuramento firmatum, idem quod sanctum, vel sancta. 90. 2. 354.
Iustificatio aliquando ex operibus legis, aliquando non, & quomodo. 178. 1.
 Pro prima sanctitate, qua homo fit iustus. 179. 1. initio.
 Pro primæ iustificationis argumento. *ibid.*
Iustificatio Abrahæ. 182. 2.
Iustificatio omnis ob Christi merita. 200. 1. 243.
 De iustificatione plura cap. 16. 179.
Iustitia ex lege quid. 271. 466.
Iusti, filij Dei. 174. 1. initio.
Iustorum tribulationes multæ. 162. 2. 127.
- L
- L** *Ex Mose* data, quomodo. 66. 1. 266.
Legis opus quod. 167. 2. 145.
Legis nomine ea intelligitur quæ excipitur sensibus. 171. 2. 156.
Legis finis, Christus. 272. 1. initio.

ET VERBORVM,

initio.
 Legem subintrasse, quid. 214.2.
 281.
Libri sub Pauli nomine nothi
 & apocryphi. 147. 1.82.
Lucam narrasse omnia quæ
 Christus cœpit facere & do-
 cere, quid. 13.1.79,80.

M

Magna quæ Deus Virgini
 fecerit. 204.2.254
Magnificari Deum, quid. 202.
 2.250.
 Magnificencia Dei. 203. 1. ini-
 tio.
Malorum conditio quæ. 161.1.
 123.
 Malis quare bona affluent. 163;
 2.132.
 Malos comitari angustias, bo-
 nos verò gloriam, quo sen-
 su dictum ab Apostolo.
 159.2.
Maria sola ab originali exem-
 ta. 201.2.248.
 Omni creatura maior est.
 209.1. initio.
Mariæ Deus Saluator singula-
 ris. 203.2. initio.
Mariæ discriminè ab aliis quod.
 204.2.255.
Mariæ præseruatio opus solius
 Dei. 205.2.258.
Mariæ collum car velut turris.
 206.2.260.
Martyr Christi quis. 83. 1.
 328.
 Martyrum Christi supplicium
 vñtatissimum quod. 84.2.
 initio.
 Martyrium Iacobi. 11. 1.
 71.

Matthiæ electio. 24. 2.
 126.
Meritum de condigno quid.
 237.2.368.
Ministerium quotidianum A-
 postolorum quod. 63.1.
 259.
Miracula, vide *Signa*.
Mons Caluarie vnde sic no-
 minatus. 82.2.326.
Monstra apud cælos nulla. 207.
 2.264.
Mors quid. 189.1. fin.
 Mortem regnare, quid. 190.2.
 210.
 Regnasse ab Adam vsque
 ad Mosem, quid 191.
 1.212.
 Regnasse in eos qui non
 peccauerunt, quid. 192.
 2.216.
ly Multi cur sæpe idem quod
 omnes. 197.1.233.
Munus discipulorum Domini
 factæ ministrare mensæ. 62.
 1.253.
Munus Diaconorum. ibid.
 2.255.

N

*ly N*aturaliter, pro lumine
 rationis omnibus à
 natura indito. 170. 1.
 initio.
Navigatio non tutz, apud Pau-
 lum quid. 127.1.
Nazaræis comæ nutriendæ
 causæ quæ. 105. 1.
 199.
Novitius, pro, renouatio. 282.
 2.504.
Nudatio capitis vitam puram
 denotat. 107.1.405.

INDEX RERVM

Numerus æqualis hominum
sub Christo & Adam. 197. 1.
234.

O

O *Mnes* pro plurimis, vel
primoribus. 13. 2.
80. 173. 2. 162. & 176. 1.
initio.

ly *Omnia*, non vniuersale,
sed particulare. 175. 3.
med.

Operatio idem quod meritum.
237. 1. fin.

Operationes Pauli quæ. 223. 1.
312.

Ore cunctorum felix quis. 204.
1. med.

ab *Originali* sola Maria exempta.
201. 248.

P

P *Parabola* zizaniorum. 59. 2.
247.

Quomodo intelligenda. 60.
1. initio.

Passio Domini ex traditione
Patris. 53. 1. 221. &
seqq.

Passionum condignitas. 243. 1.
383.

Patientia virtus. 188. 2.
205.

Patria Pauli. 114. 1.
431.

Paulus cur prædicare statim à
sua conuersione publicè
cœperit. 75. 2. 301.

Cur circumciderit Timo-
theum. 98. 2.

Alapâ cæsus iussu Pontificis.
115. 2. 434.

Non Petrum, sed Cæsarem
appellauit, & cur. 122. 1.
457. & seqq.

Nihil aduersus patriæ mores
molitus est. 129. 1.

Cur aliquando locutus sit
obscurius. 144. 1.

Græcis ac Barbaris, sapienti-
bus & insipientibus
quomodo debitor. 156.
2. fin.

An venerit in Hispaniam.
298. 2. 560. & 299. 2.
564.

Pauli tonsio 104. 2.

Patria. 114. 1. 431.

Operationes quæ. 223. 1.
312.

Paulum inter & Barnabam dif-
fensio quæ. 96. 2.

Peccare in similitudinem præ-
uaricationis Adæ, quid.
193. 1. 220. & 194. 1.
initio.

Pentecostes, pro Spiritus sancti
descensu super Apostolos.
30. 2. 149.

Vno tantum die contenta
fuit. 34. 2. 161.

In memoriam datæ legis
instituta. 35. 1. 163.

Quo tempore celebrata.
ibid.

Philosophorum ignorantia. 157.
2.

ly *Plures*, idem quod multi. 197.
2. 237.

Pœna quando lethalis. 199. 2.
med.

Pœnitentia. 180. 1. med.

Pompeius primus aduersus Iu-
dæam arma mouit, illamque
subiecit. 114. 2. 432.

Populi contra Paulum commo-
tio

E T V E R B O R V M.

- Probo*, idem quod *exploro*.
 283.1.507.
- Profectio* Apostolorum ad prædicandum, quando. 11.1.73. & seqq.
- Promissum* Patris quo sensu Spiritus sancti aduentus in Apostolos. 14.2.84.
- Propheta* post Ioannis Baptistæ tempora, quomodo. 111.1.
- Provide*, quid. 206.2.261.
- Providentia* diuina erga omnia. 207.1.262.
- Providentia* maior, creaturis respondet maioribus. *ibid.* 263.
- Providentia* Dei in conceptione Mariæ, specialissima. 208.1.265.
- Provincia* quas singuli Apostoli sunt sortiti. 12.1.76.
- R
- R** *Adendi* verbum. 106.1.402.
- Regni* Israël's restitutio (Act. 1.) quomodo sumenda. 16.2.90. & seqq.
- Religio* Christi quomodo secta dicatur apud Paulum. 119.2.
- Reprobationis* diuinæ vis. 266.1. *fin.*
- Restitutio* regni Israël's, vide, *Regni Israël's restitutio*.
- Resuscitans*, idem quod in lucem efferens. 87.2. *initio*.
- Reprobatio* electorum quando fiat. 256.1.
- Reprobatio* damnatorum quando. *ibid.*
- Prædestinatio* quid, ex Augustino. 262.1. *initio*.
- Quid ex D. Thoma. 264.1. *initio*.
- Prædestinare*, idem quod animo præfigere, & statuere. 150.1. *fin.*
- Prædestinatus* idem quod manifestatus. *ibid.* *med.*
- Idem quod præmonstratus, seu præcognitus. *ibid.* 2. *med.*
- Predicare* publicè cur Paulus statim à sua conuersione cœperit. 75.2.301.
- Præfectura* etiam infidelium à Deo. 288.2. *initio*.
- Præfecturatum* necessitas inter homines. 288.2.526.
- Prælationes* utrùm à Deo. 289.1. *initio*.
- Præscientia* quid. 264.2. *med.*
- Præscire*, noscere, & scire, idem quod statuere & approbare. 264.2.445.
- Præseruatio* Mariæ opus solius Dei. 205.2.258.
- Præuaricatio*, pro, transgressio. 193.2.222.
- Præuaricationis* nomine quid Paulus intellexerit. 193.2.222.
- Præuaricator* quis. 195.1.226.
- Principes* eorumque iussa vnde. 291.1. *med.*
- Prinilegium* Mariæ. 211.1.

INDEX RERVM.

Rex terræ Deus, cur. 207. 1.
med.

S

Acri vsus. 251. 2.
med.

*Sacerdotes forte aut pretio eligi
apud Gentiles vetitum.* 25. 1.
129.

Sacerdotum turba. 10. 2.
68.

*Salus nostra ex Iudæis multi-
plex.* 277. 2. 490.

*Sancta, pro, pactum sempiter-
num.* 90. 1. initio.

*Sanhedrim summum Sacerdo-
tum consilium.* 123. 1.
fin.

*Sapientes & insipientes qui, ex
Hieron. Anselmo & aliis.*
156. 1. 111.

*Secta quomodo apud Paulum
dicatur religio Christiana.*
119. 2.

Secta quid, & vnde. ibid.
450.

Pro via sumitur. 121.
2. 455.

Sedere ad dexteram Patris, quid.
72. 1. 288.

*Sedere idem quod accumbere,
manere, regnare.* ibid.
289.

Servi inutiles qui. 244. 2.
med.

*Sicut, similitudinem impor-
tat, non æqualitatem.* 82. 1.
324.

Signa Apostolorum. 8. & 9.

Sors quid. 23. 1. 119.

Sors tumultenta. 24. 1. 123.
Fatidica. ibid. 124.

Periculosa. ibid. 2. initio.

Temeraria. ibid.

*Sors diuisoria casui omnino
commissa, quatenus bona
& licita.* 26. 1. 133.

*Commisa astrorum dire-
ctioni, profus illicita.*
ibid. 2. 135.

*Sub demonis regimine
exercita, omnino est il-
licita.* 27. 1. 177.

*Diuisoria & consultoria,
sub Dei patrocinio exer-
cita, licita & pia.* ibid.
138.

Sors bonorum quæ. 162. 1.
125.

*Sortis nomine quid intelli-
gendum veniat.* 25. 2.
initio.

Sortis species tres. ibid.
131.

*Sorte aut pretio eligere Sa-
cerdotes vetitum apud Gen-
tiles.* ibid. 1. 129.

Sortium vsus. 23. 1. 120.
Damnatur à Patribus.
ibid. 2. 121.

A Conciliis. ibid. 122.

A lege ciuili. 24. 1. initio,
& cur. ibid. 123,
124.

Spes. 180. 1. 180.

*Spiritus sanctus pro tertia per-
sona Trinitatis.* 28. 2.
311.

Pro ipsa natura diuina. 29.
1. 311.

*Pro donis & virtutibus ipsius
Spiritus.* ibid.

*Spiritus sancti aduentus in A-
postolos, quomodo pro-
missum Patris.* 14. 2.
84.

*Eius defensus super Apo-
stolos.*

E T V E R B O R V M.

stolos. 28.1.140. &
seq.
Spiritum sanctum cecidisse
super Gentiles, sicut ini-
tio descenderat super
Apostolos, quid. 80.2.
 319. & 81.2.322.
Stare, idem quod firmum esse,
fouere, seu opem ferre. 72.
 2.290.
Idem quod in folio ma-
iestatis sedere. 75.1.
 292.
Stipendium quid, & unde. 219.
 2.299.
Subintrandi verbum. 214.2.
 282.
Suffocato & morticina carne
ex quo vesci Christiani
ceperint. 93.2.med.
Suffocato & sanguine vesce-
bantur idololatæ: vt gra-
tum diis suis facerent. 95.
 1.initio.
Suffocati & sanguinis vsus
prohibitus. 93.1.2. &
seqq.
Superbi quando dispersi. 206.
 1.259.
Supplicium decollationis apud
Iudæos nec lege sancit-
um, nec approbatum
consuetudine. 82.2.
 325.
Iuguli non ita insolens.
 84.2.initio.
Suscitans & resuscitans Iesum,
eadem. 87.2.344.

T

T *Empus quo digressi sunt*
Apostoli diuersis or-
bis partibus euangeliza-

turi. 11.2.73.
Testamentum, idem quod pa-
ctum. 2.354.
Timor. 180.1.180.
Timotheus circumcissus. 98.
 2.
Titus & Vespasianus vltimò
belli vexarunt Iudæos.
 114.2.432.
Tondendi verbum. 106.1.
 402.
Tonsio Pauli. 104.2.
Tonsura mœtoris atque lu-
ctus argumentum apud
Ethnicos. 105.2.
 401.
Tribulatio quomodo patientiam
operetur, & non iram.
 186.1.
Tribulatio leuis & momenta-
nea. 242.1.380.
Tribulationes iustorum multæ.
 162.2.127.
Tribus Israël quo pacto duo-
decim. 126.1.469.
 & seq.
Turba Sacerdotum. 10.2.
 68.

V

V *Anitas quid.* 245.2.
 fin.
Virgini quæ magna Deus fece-
rit. 204.2.254.
Vis magna quæ reperit perdita.
 211.1.273.
Vita æterna quid. 220.1.
 301.
Corona est & merces. 237.
 2.367.
Vita quid. 271.1.466.
Vitæ alterius conditio quæ.
 159.2.120.
Vitæ nomine quid intelliga-
R r tur

INDEX RERVM ET VERB.

tur in sacris. 270.1
initio.

Ungere, idem quod designare & constituere. 78.2.
310.

Idem quod sanctificare & consecrare. ibid.

Vulgus vnde. 92.2.med.
Feritate & leuitate mon-

strum horrendum est.
ibid.

Z

Z *Izani* parabola. 59.
2.247.

Eius sensus quis. 60.1.
initio,

INDICIS FINIS.

